Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

KW 224
D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

27

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Nobiliſſ. Magn. & Clariſſ.

Viris Dn.

Dn. Theo. Buſſio. I. V. D. & pot. Reg. Daniæ, Ducumque Holſ. Provin. Cancell.
Dn. Ia. Steinbergio. I. V. D. & glor. Reg. Sueciæ Conſiliario intimo, ac legato.
Dn. Ant. Wolfio. I. V. D. & Haſſiæ Sup. Cancellario.
Dn. Ioh. Prot. I. V. D. & Oldenburg. comit. Cancellario.
Dn. Frid. ab Vdern. hæred. in Wernroda & Thinungen. Com. Stolb. Cancell.
Dn. I. Zinzerlingo. I. V. D. & Provin. Megapol. ac Com. Oldenburg. Conſil.
Dn. Ioh. Preiſwerck inclytæ Reip. Bremenſ. Syndico. I. V. D.
Dn. Ioh. Camanno I. V. D. & Syndico Brunſvicenſis.
Dn. Her. Schradero inclytæ Reip. Brunſvic. Conſuli.

Nec non

Dn. Mathiæ Overbeccio litteratorum apud Belgas εὐεργέτῃ ſingulari.
Dnn. amicis veterib. cõpatrib. collegiſq; & fautorib. obſervandiſſ. colend. ſuis.

S. C. P.

Ioh. Angelius VVerdenhagen. I. C. C. & Q. Archiepiſcop. Mag. Conſ. intimus.

Regula vitæ humanæ omnis & norma unica eſt Verbum Dei, atque iſtud eadem cũctis, in quocunq; & quali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

qualicunque quis vivat ſtatu, ſemper, mortalibus permanet. Quod certè adeo firmum axioma ſubſiſtit in tenore ſuo, ut nemo aut ſummus aut minimus imorum hinc ſe aliquouſque eximere, vel ullam heîc excuſationem prætendere queat. Etenim ejus veſtigia undique ita firmiter expreſſa patent, ut nihil in natura ſit, ubi non loquela & ſermo ejus in clara audiatur voce, *pſal. 19. 4.* Imo dies ad diem eructat ſermonem hunc, & nox ad noctem oſtendit ſcientiam. *ibid. 3.* ut etiam cœli enarrent gloriam Iehovæ fortis. & fabricationem manuum ejus indicet ipſum firmamentum. *16. 1.* Ἀνήγγειλαν γὰρ οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ εἴδοσαν πάντας οἱ λαοὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Indicant enim cœli juſtitiam ejus, adeo, ut videant omnes populi honorem ejus, *pſal. 97. 6.* Ideoque non tantum ex inde conſcientiis mortalium hoc Verbũ impreſſum aut inſcriptum hæret. *Rom. 2.* Sed etiam, ut eo expreſſius voluntatem ſuam Jehova detegeret paſſim gentibus, apertis mandatis & præceptorum legibus inviolabilibus id explanavit & in Moyſe repetẽdo toties nobis inculcavit: Imo & in novo Teſtamento nos penitus ad Filium ſuum ſingulos & univerſos remiſit, ut eundem audiamus, *Mat. 17. 5. Marc. 9. 5. Luc. 9. 25. Mat. 3. v. ult.* Quis igitur heic erit excuſabilis? An non voluntas Iehovæ ſatis manifeſta

habetur

habetur undique? Ipſe ſolus vult in Verbo ſuo audiri: Ille vult ad nutum ejus Verbi vivi in cunctis actionibus vitæ? Quiſnam heic ſe excipiat, quum tota natura hujus Verbi legibus parere cogatur? An homo, quid privilegii ſingularis habeat, vel is ſupra Deum ſit? At nequid deſit, ait David, *pſal. 98. 3. 4.* Notum facit Dominus *τὸ Σωτήριον αὐτοῦ* ſalutare ſuum; ante oculos ipſarum gentium manifeſtat juſtitiam ſuam. Meminit benignitatis ſuæ, & veritatis ſuæ erga domum Iſrael. Vident omnes fines terræ ſalutem Dei Jehovæ noſtri. *& Pſ. 68. 12.* Iehova dat Verbum ſuum cum magna poteſtate Euangelizantium. An igitur quid heic deeſt, quod obſtaculum aut remoram gignat aut objiciat hominibus, quo minus id poſſent exequi aut aſſequi, Jehova certè plana fecit omnia; & omnia fecit benè. *Mar. 7. 37.* Sit nomen Domini benedictum *Iob. 1. 12.* Vnde tamen zizania habetur? *Matt. 13. 27.* Nōne *ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν*, inimicus quiſpiam hoc fecit? *16. 27.* Nimium profectò inimici ſibimetipſis ſunt homines, in naſutula ratione ſua, quum potius id pertinaciſſimè & perverſiſſimè ſequantur, quod Spiritus carnis & mundi in falſitate, & multarum opinionum collectione, quàm quod ipſe Spiritus Iehovæ & Verbum ejus dictitat. Atque ut eo magis in tali confirmentur obſtinacia

pervicaci ejuſmodi, potiſſimum haben-
tur argutiæ, quibus penitus corda ſub-
vertuntur mortalium aut in ſecuritatem
nimium perverſam abripiuntur, ut tene-
bras magis quàm lucem amare pergant.
Ioh.3. Aliis enim uſque ſimplex videtur
Sacra Scriptura, ut non tantum dubia &
imperfecta illis appareat, quæ non om-
nia ſatis expeditè & congruè explicet;
ſed etiam vix elegantiæ quid in puritate
ſermonis delicatioris, contineat; unde
nec verentur improbiſſime (ne quid
gravius dicam) ipſi Barbariem imputa-
re; veluti tam nefaſtos imo & blaſphe-
mos ructus plurium alibi ſæpius, & nu-
per in Politices noſtræ Generalis præ-
fatione ſatis luculenter refutavimus.
Sunt etiam adhuc alii, qui S. Scripturam
& Verbum cœleſte è contra modo pla-
nè inverſo ſub ſpecie falſæ pietatis adeo
ſanctum proclamant, ut non omnibus
aut competat, de eo quid prædicare, aut
alio quodam medio id perceptibile fa-
ciendum nobis putent, quum nimia ob-
ſcuritate ſua laboret. Vnde nolunt, quod
alteri jus ſit, id ritè cognoſcendi, quàm
qui ex ejus profeſſione ſibi victum &
habitum quærunt: Sed clamant ſtatim,
quoties vir Politicus ſe in Verbo Dei
cotidiè in converſatione quavis homi-
num exercere, idque ad praxin vitæ ve-
ram revocare ſtudeat, quod talis falcem
ſuam in alienam meſſem mittat, Ac ſi
id non

id non clamoribus aut imprecationibus diris horrendiſque minis aut torvo vultu impedire ſatis queant, continuo acerbiſſimas omnibus technis & machinis ſupponunt cuivis bono perſecutiones, quæ crudelitate non careant ſua, ſic promotores Verbi cœleſtis qui in efficacia & veritate eſſe debebant, ſub ſpecie alicujus fucati juris acerbiſſimi ejus efficiuntur hoſtes, & ſaltem omnem iſtius obſervantiam, aut in diſputaces articulos, aut logomachias vanas, condemnationes miras & atroces, excommunicationes ſævas, aut in opinionis alicujus vanam ſcientiam convolvunt, vitæ ſanctæ energiam prorſus ipſi abnegando, ne populus animadvertat ſcilicet, quod vis omnis Fidei, non tam in opinione mentis & ſermocinationis reverentia, quàm in ſanctitate vitæ & cordis regeneratione conſiſtat, atque fruſtrà Fidei gloria jactetur, niſi in dilectione proximi per opera vivida eluceſcat; quodque ipſi doctores exemplum vitæ ſanctæ in carnis mortificatione & ſui abnegatione præmonſtrare debeant. Nimirum hoc tanto conatu undeque prohibere ſatagunt, ne Theologi in cœtu Chriſtianorum ſint plures, quàm qui habitu ethnico litteralem Sacræ Scripturæ enumerationem perorare noſcant. Ideoque volunt ſemper irreprehenſibiles videri, & quaſi cum admiratione adorari. At-

quę ut eo magis & citius poſſint ſuam invenire divinitatis præcellentiam ſive auctoritatem ; toties illud intonare ſolent fucata allegatione *ex pſal. 105, 15.* Ne attingitotę unctos meos, & prophetas meos afficitote malo,

Verum manifeſta eſt hæc textus & ſenſus corruptio. Etenim David in iſta gratiarum actione ſolemni non ſaltem de uno ſtēmate Iſraelitici populi, aut de nudis ſaltem Levitis aut Sacerdotibus ex eorum agit numero; ſed de tota multitudinis univerſitate , quotquot ex Ægypto cum Moſe tranſierant mare Rubrum ; omne nimirum ſemen Abrahæ, & electos Jacobæos heic intelligit. *v. 6.* adeoque omnes univerſi populi Iſraelitici poſteros comprehendit hoc nomine , qui ex uno regno in aliud peregrinationes ſuas confecerant per 40. annos, donec ad terram optatam & promiſſam à Iehova perveniſſent. Hos ita omnes unctos Dei & Chriſtos vocat, nō ſaltem ſacerdotes. Etenim omnes fideles & credentes imo & vocati, qui Chriſtum per fidem induunt, uncti ſunt Dei, ut *D. Ioh. 1. ep. 2.20. & 27.* expreſsè docet: At vos, ait, unctionem χρίσμα ἔχετε habetis à ſancto illo , & noſtis omnia : unde & merito Chriſtiani dicuntur, qui Spiritum Chriſti induerunt, quos etiam D. Petrus regium vocat ſacerdotium. Atque illis, quum ſint ſancti in oculis Ie-

lis Ie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

lis Jehovæ, & ipſo Spiritu ſuo inuncti, non vult Jehova, ut ulla inferatur vis aut injuria. Tantum abeſt, ut illos tangi indecenter ab ullo patiatur, ut etiam reges tunc populi ſui cauſſa corripuerit. Et quos David heic unctos Dei vocat, paſſim alibi juſtos, pios, ſanctos, *pſal. 37. 84. &c.* appellitat. Qui itaque tam manifeſto textui audent ſuæ falſitatis gloſſam ſubmiſcere, ſuæ ipſeitatis & ambitionis cauſſa, quid non in aliis committant? Simili ratione non levem hallucinationis errorem ſubeunt, quando à Verbi cœleſtis tractatione omnes reliquos abarcere deterrereve conantur mortales, quaſi ſaltem ipſorum peculiaris debeat eſſe habitus, qui inde victum & amictum ſibi quærunt: Quùm tamen Jehova adeò Verbum vitæ univerſalis ſuum populare in ſanctitate cupiat apud omnes, ut etiam ori lactantium & infantium illud debeat ingeri, in laudis & gloriæ ſuæ profluxionem. Non certè David ita invidus in hac voluit reperiri materia, *uti dict. pſal. 105.* id declarat, ubi omnibus, & alias paſſim imponit, ut ſeduli & aſſidui ſint in prædicatione Verbi & factorum Dei ad gentes. Celebrate, ait Iehovam, invocate nomen ejus: annunciate inter gentes opera ejus. Cantate ei, & pſallite eidem: loquimini de omnibus mirabilibus ejus. Gloriamini in nomine ſancto ejus: Lætetur cor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

quærentium Iehovam. Quærite Iehovam & robur ejus : inquirite faciem ejus adſiduè, &c. Quippe hoc omnium hominum verè proprio incumbit officio, ut undique adſidui ſint in opere Gloriæ divinæ, & Verbi ejus obſervatione. Lux ſata eſt juſtis, & lætitia rectis corde. Gaudete juſti in Iehova & celebrate memoriam ſanctitatis ejus *pſal. 96 11. 112.* Adorate Iehovam in decore Sanctuarii ſui : Dicite inter gentes; Iehova regnat : utque ſtabilietur orbis, ne commoveatur: reget populos cum rectitudine. *pſal. 96. 9. 10.* Ita hominis Chriſtiani cujuſvis hoc adeò eſt proprium munus, ut talis eſſe nequeat, niſi totus ſit cotidiè & ubique in Verbo Dei & ejus prædicatione, uti *Dav. pſal. 1. v. 2.* neminem beatum vult, niſi qui in hac muneris ſui functione nocte dieque viuat: *Et D. Paul. 1. Cor. 14.* id ſatis apertè mõſtrat, quomodo in ipſa Eccleſiæ congregatione nobis ſit degendum, ut cunctis ordine prædicatio Verbi Dei libera concedi deberet, juxta donorum Spiritus Sancti diſtributionem, exceptis mulieribus. Sic & *Rom. 15.* laudat omnes, quod pleni ſint & ſe mutuò moneant. *v. 6. 7. 14.* Hinc *D. Luth. Tom. 7. Ger. p. 341.* ait rectè, quod quiſque baptiſatus Chriſtianus tam ſit ſacerdos quam D. Petrus, aut Paulus. Veluti id pluribus in noſtra explicavimus Politica. Vnde etiam ſyn-

ceriores noſtri Theologi, qui minus invidiæ & livoris impetitione urgentur, ſatis hoc cernunt quod non ſatis bonum & laudabile ſit illorum conamen, qui lucem Verbi uſque adeò obtenebrare aut obfuſcare ſuis ethnicis habitibus abſque Spiritus reſpectu laborant. Sicuti nuper inſignis quidam Theologus quem omnibus anteponere ſoleo, quum ipſi hoc detegerem deformis turpitudinis ſcandalum, ita mihi per litteras reſpondit. Corruptiſſimum ſanè eorum eſt judiciũ, ait, qui à Politico Chriſtiano alienũ putant, Theologica tractare, & promovere ea, utpote, qui eo ipſo, quàm longiſſimè à Chriſto & Chriſtianiſmo abſint, ſe produnt; nolentes ſcire, & eſſe, quod *Apocal. 1. 5. 6. Iohan.* teſtatur de nobis, quod Agnus nos ſanguine ſuo redemerit, & fecerit ſacerdotes, ut regnemus ſuper terram. Si vera illi Pſeudo-Chriſtiani ſtatuerunt, quæ *1, Theſſal. 5. v. 11. 14. Hebr. 3. v. 12. 13. & cap. 10. v. 23 24.* habentur, crederent, aliter utique ſentirent. Atqui quùm velamen adhuc cordibus illorum impoſitum ſit, ut nimio carnalitatis & mundi ſtudio faſcinati, aliter non poſſint, quàm NB. decipere, doleamus illorum vices, &, ut Deus viſum illis reddat, oremus, ſimulque eorundem inſultus, injurias, nugas, ſi non datur alia via, patienti animo perferamus. Erit, erit, ubi nos tripudiantes; il-
los

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

los verò ejulantes, niſi citò reſipiſcant, ſimus viſuri. Ah quis non cœcitatem tantam, tamque ſpiſſas deploret tenebras, quibus uſque adeo Verbum Dei in ethnico Chriſtianiſmo obſcuratur! Spiritus Dei undique pœne excluſus eſt, dū homines ſuis rationis profanæ viribus ita ſapere cuncta aut inſanire magis laborant. Video, *mi Angeli*, & auguror vaſtationem Germaniæ noſtræ, & jam devaſtatoribus victoriam datam, etiam ruinam Scholaſticarum profanitatum, vanæ gloriæ & ventri, imò diabolo potius quàm Deo & animarum ſaluti vividæ inſervientium, circumferre. Non pauci ſunt, qui reformationem optant, & precantur. Spero jam propè lucem ad Veſpertinum tempus per Zachariam 14. promiſſam. Hactenus enim vera fuêre, quæ antecedunt. Tempore Antichriſti nulla nulla lux fuit. Deinde, in ſequenti tempore, nec dies nec nox fuit inter Pſeudo-Chriſtianos. Ergo tandem lux erit conſpicua in tertia parte ſuperſtite, auri inſtar probata & finita ( ) quando nomen Dei invocans exaudietur, & dicet: Dominus mihi Deus &c. *ut cap. 13.* idem confirmat Propheta: Idem noſter Teutonicus Spiritu diviniori tinctus, tam humana quàm divina detegens. Vnde mihi quàm optimè ſapit, & ad imitandum quotidiè me allicit, &c. Ita magna ſanè differentia eſt inter eos, qui profa-

profanis animi conceptibus cognoſcunt quidpiam, & qui Spiritu Dei informati ad S. litteras accedunt. Et quur non illud D. Pauli apud omnes potius valeat, ubi dicit *1.Theſſ. 5. 21.* Omnia probate; quod bonum fuerit, retinete. Qui hoc non ſedulò agunt, ſibi ipſi ſunt defectui, in carnis nimio ſuæ ſtudio. Vnde etiam fit, ut quæ bona, quæ pia, quæ vera, non omnibus placere poſſint: At quæ falſa, nugacia, rationi delicioſa in modo diſputabili, quæ carni accommodata & voluptuaria, pluribus undique, imo etiam fermè omnibus ad palatum ſapere benè videntur. Quippe pauci ſunt, qui vera Spiritus Iehovæ incitatione & ductu excitantur aut in eo lætantur debitè, quùm ita omnes à Dei Verbo averſi vivant, ut etiam ipſi Iehovæ mortui in ſua malitia appareant. Sic omnes potius ardore hujus mundi fervent, ut in eo potius ſibi & ſuæ rationis viribus vivere, quàm in abnegatione ſui ſe Deo Iehovæ juxta carnem captivos in Spiritu autem verè liberos tradere & devovere expetant. An non igitur ſtatus modernus Chriſtianiſmi ad extremum fermè ſit deductus halitum? Nec tamen eſt, qui id ritè agnoſcat, quùm ſecuritas adeò ingens ſit, ut nemo quid ſibi conſciẽtiæ ex perverſitate cœcitateve tali extrema confingat. Imo quiſque putat, ſe in ſuo commodo quàm optimè ſapere

ſibi; unde rectè dicit D. Luth. quod opera infidelium maneant condemnata & idololatrica, licet optimè ſplendeant, quùm non ex fide in Chriſtum progrediantur; ſed ſaltem vel ex timore pœnæ, vel ex amore ſui & proprii commodi proficiſcantur. *Tom. 1. lat. 147. & 301. Tom. 2. p. 154.* Omnes autem maximè inde deſipiunt, quod potius ex Ethniciſmo, quàm ex Verbo Dei Sapientiæ vires per tales habitus rationis ſibi acquirere tam obſtinatè laborant, ut ſibi ita in ſua placeant mente. At quæ non inde miſeria calamitoſiſſima exurgat? Vtinam tanto ardore urgerentur Chriſtiani (qui ita ſe vocitatos rectè putant) erga Verbum Dei, quàm erga Deum ſuũ Stagirenſem, cui omnes habitualiſticas adſcribunt intelligentias rerum, præſertim ſi eas ſyllogiſticè noſcant promptiſſimi includere. Non certe tunc aqua illis effluit ex manu, ſed lupum ſimul in cauda tenent captum. Qui volunt eorum videri verſutiores, multum clamant de habitu infuſo. An vero Spiritus Dei eſt habitus. Chriſtus afflatu ſuis Spiritum dedit. *Ioh. 20. 22.* An hoc eſt habitum infundere? Pudeat merito eos talis locutionis. Verũ hoc certiſſimi eſt argumenti, ut quam diu quis ethniciſmi tanti defenſorẽ agat fortem, tam diu minus idoneus auditor veniat Spiritui Dei in ſuo Verbo. Etenim ait D. Luth, bene, *Tom.*

2. lat.

2. *lat. p. 309.* Scripturæ S. non niſi ex Spiritu intelligendæ ſunt, quo ſcriptæ ſunt. Qui Spiritus nuſquam præſentius & vivacius, quàm in ipſis ſuis ſacris, quas ſcripſit, litteris, inveniri poteſt, Proinde impoſſibile eſt, quod Verbum Dei abſque ductu & dictamine Spiritus Dei, qui in verè renatis, non in iis, qui opinatione ſibi regenerationem imaginativam ſaltem ſomniant, efficaciter vivit & degit, poſſit intelligi aut in minutiſſimis verè percipi: Sed vanitas vanitatum, & afflictio Spiritus eſt, quicquid extra Fidem Veritatis Dei laboratur, *ait idem Luth. Tom. 2. lat. p. 285.* Si ergo non tantum Vanitas Vanitatum, ſed etiam afflictio eſt Spiritus Dei, quodcunque extra Fidem in Veritate Verbi cœleſtis quæritur; quæſo quanta afflictione illi omnes Spiritum Jehovæ afficiunt, qui Ethniciſmi culturam hujus Verbo infarcire tanto ſemper conatu laborant? An Illi poſſint dici veri Chriſtiani cogitent ipſi ſecum? Fides enim unde eſt? An profana Philoſophia eam nobis poſſit ingenerare? An non eſt opus Spiritus Sancti? An non *καινὴ κτίσις Gal. 6. 15. & alibi* toties à Divo Paulo vocatur? Vnde rectè dicit *Luth. Tom. 2. lat. p. 188.* quod Fides ſit oculus imo pupilla oculi, quam quia facillimum eſt lædi, diligentiſſimè eſt cuſtodienda. Alias Speculativa Theologia, ſui oblita, in divinis ſurſum

ſum fertur, Satanæ præcipitium quærit & invenit. *Tom.2. lat. p. 114.* Ideoque neceſſum eſt, ut ſola Fides & Verbum in Anima regnent. Etenim quale eſt Verbum, talis ab eo fit anima, ceu ferrum ignitum candet ſicut ignis, propter unionem ſui & ignis, *Tom. 1. lat. p. 465.* Ceu nec fieri poteſt, ut bene de Fide & Spiritu ſcribat, aut rectè ſcripta bene intelligat, qui non Spiritum ejuſdem, urgentibus tribulationibus aliquando guſtaverit *Tom. 1. lat. p. 464.* Vt veriſſimè & Sapientiſſimè dixerit D. Gregorius: Scripturam eſſe fluvium, in quo agnus peditat, Elephas natat. Sapientia enim eſt, cujus Principium timor Dei, quæ intellectum dat parvulis, & Sapientiam Sapientum reprobat. *Tom. 2. lat. p. 337.* An quæſo hæc non ſatis clara ſunt dicta? Nũ adhuc quid aliud clarius expeti queat Verbum? Quid putas? Nihilominus tam perverſæ plurimi acriores Ethniciſmi propugnatores ſunt veſaniæ, ut, contra apertum Spiritus Sancti teſtimonium, per meram oppoſitionem non vereantur, abſque pudore, ignominioſiſſimo affirmare, quod Verbum Dei non poſſit rectius quam per illam ethnicam Sapientiam cognoſci: & ſi alicubi repudietur, id paſſim non de uſu vero, ſed abuſu Philoſophiæ talis ſit intelligendum. Sed certe illi ſatis dilucide oſtendunt, quàm pertinaces Spiritui Iehovæ ſe opponere refra-

refractarios non dubitent, præterquam quod ſint in hac excuſatione ſtolidè arroganti ſatis abſurdi. Nec certe major abſurditas inter mortales dari poteſt, quàm quæ tam atrociter Spiritui Iehovæ contradicere in tam manifeſto nititur Eloquio ſuo. An non etenim paſſim Jehova in Verbo ſuo omnem gentilitatem & Ethniciſmum à populo ſuo remotum cupit? Quid eſt & dicitur Sapientia carnis? Quid Sapientia mundi? *Rom.8.1.3.& 1.Cor.6.& 2 Cor.1.12.* An non ea eſt Philoſophia, quam Spiritus mundi vel aſtralis dictitat? *1.Cor.2. 12.* Quid homo Ψυχικὸς? *1.Cor.2.14.* Quid *ἡ σοφία, ἀντεϱοπίνη*, humana Sapientia? *1.Cor.2.4.5.13.* An non ipſe *Luth.ad dictum loc.Cor.* Hominem Ψυχικὸν ſic deſcribit, quod ille ſit talis totus, quemadmodum juxta univerſam rationem in omnibus viribus, ſcientiæ, artium, ſenſus cogitationes & facultates uſque ad ſummum naturæ gradum ſit exornatus? Qualis igitur eſt ejuſmodi hominis Sapientia ſive ἐγέϱγἁα, juxta omnes artis ſuæ vires? Div. Paulus optime reſpondet & ſatis diſerte diverſis in locis id explicat. *1.Cor.1.17.* quod talis Sapientiæ ſermo aut termini inanem reddant Crucem Chriſti. *& 19.* quod aboleri debeat talis Sophia aut Sapientia Sapientum. *It.20.* quod Deus eam mundi Sapientiam infatuarit & in ſtultitiam redegerit. *It. 21.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Quod hæc Sapientia mundi Deum i
ſua Sapientia non poſſit cognoſcere. *I*
25. Quod ſtultitia Dei Sophia hac ſa
pientior ſit, & ſapientia talium hom
num. *It. 27. 28.* Quod Deus pudefacia
tales ſapientes, & loco eorum elegerit
quæ ſtulta & ignobilia ſint mundo. *2 Co*
1. 12. quod nequeat illa teſtimonium co
ſcientiæ exhibere, nec in ſimplicitat
& ſynceritate incedat. *It. 17.* quod ſa
tem carnales ſuggerat deliberatione
It. 2. Cor. 2. 17. Quod Verbum Dei ex e
corrumpatur. *It. 2. Cor. 4. 4.* Quod pe
eam Deus hujus mundi occœcet men
tes, ut infideles maneant, ne irradie
eos lumen Euangelii: *It. 2. Cor. 6. 14*
Quod tales tenebræ nihil commune ha
bere poſſint cum luce. Quid enim Chri
ſto cum Beliale ſit commune. *It. 2. Cor. 7*
1. quum nihil ſanctitatis habeat vera
& pietatis. *It. 2. Cor. 11. 3.* Quod callidi
tate ſua ſeducat mentes, à veritate &
ſimplicitate Chriſti eas retrahendo, ſicu
ſerpēs ſeduxit Evam. *It. Gal. 2. 14.* Quod
juxta eam non poſſit incedi ad veritat
Euangelii. *1, Cor. 2. 14.* Quod per eam nõ
poſſimus apprehendere, quæ ſunt Spiri-
tus Dei. *Gal. 5. 17.* Quod hoſtilis ſit op-
poſitio inter eam ex carne emergentem
& Spiritum Dei. *It. 25.* Quod per eam
non poſſimus in Spiritu Dei vivere; ſed
faciat inanis gloriæ cupidos. *It. Eph. 2.*
Quod ſaltem operationem rationis præ-
ſter

ſtet juxta principem mundi, nec novum hominem edat. *It. Eph.3.6.* Quod ſeducat inanibus ſermonibus, propter quæ venit ira Dei in homines contumaces. *It.11.* Quod pariat opera infrugifera tenebrarum. *Phil.2 3.* Quod nihil faciat abſque lite & gloria ſui. *Coloſſ.2.4.* Quod ratiocinando ſemper fallat ſermonis probabilitate. *It.8.* Quod Philoſophia ſit deprædatrix piorum, & inanis deceptio, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum. *It.20.* Quod captivos ducat homines dogmatibus mundi. *It.23* Quod ſpeciem ſaltem habeat Sapientiæ. *It.1.Tim.1.7,& 6.3.4.5.* Quod per eã diverſa doctrina introducatur, nec accedere poſſimus ad ſanos ſermones Ieſu Chriſti & pietatem veram, ſed potius turgeamus nihil ſcientes, & inſanientes circa quæſtiones & logomachias ſive verborum pugnas, ex quibus naſcitur invidia, maledicentiæ, ſuſpiciones malæ, perverſæ exercitationes hominum mẽte corruptorum, & qui privati ſint veritate, & quæſtui habent pietatem, à quibus omnino ſit ſecedendum. *It.2.Tim.2.26.* Quod per eam non poſſit recipi ſana mens ex diaboli laqueo, quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem. *It.2.Tom.3.5.* Quod per eam vis pietatis abnegetur, *Item. 15.* Quod per eam in pejus procedant homines tum ſeducentes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tum ſeducti, *It.7.* Quod per eam ſempe[r] diſcant, & nunquam ad Veritatem per[-] venire poſſint; ſed potius ita reſiſtan[t] Veritati, ut Jannes & Iambres Moſi[,] homines mente corrupti, & rejectane[i] circa fidem. *It, Tit.1.10.* Quod pariat re[-] fractarios, vaniloquos & mentium de[-] ceptores. *v.16.* Qui quidem Deum pro[-] fitentur ſe ſcire, ſed factis negant, quum ſint abominandi, & rebelles, & ad omne opus bonum rejectanei. Tandem *1. Cor. 8.1.* Quod omnis talis ſcientia inflet. & inflatos ſenſus reddat carnis ſuæ. *Col.2. 18.&c.* En an non ſatis graphicè, ſit ta-lis Philoſophia ex Rationis profanitate depicta? En modo, quid aliud heic facit Spiritus Dei, quàm quod totam falſitati adſcribat, falſamque penitus pronun-ciet, quum tales ex ſeſe edat fructus? Et num poſſit meliores ex ſeſe progenera-re ratio profanitatibus immerſa? An ἐνέργεια ſit melior ipſa cauſſa operante? Ideoque Divus Paulus non tantum om-nes ſuos Chriſtianos fideliſſime ab ea de-terret, toties eoſdem mandatis additis admonendo adhortandoque, ut accuratè hoc caveant. *Col.2.8.* Videte, inquit, ne quis ſit, qui vos deprædetur per Philo-ſophiam. Ac ut clarius hoc percipiant, qualis illa ſit, ait, quod inanis ſit dece-ptio, ſecundum traditiones hominum; nec ita ſimpliciter comportata, ſed juxta elementa mundi, & non ſecundum Chri-

ſtum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tum, uti ita ex natura ſua Chriſto ſit
prorſus contrariè oppoſita, veluti lucu-
entius id docet *Rom.8.7.& Gal.5.17.* Ac
lios Timotheumque & Titum monet,
ut eam rejiciant in dialogiſmis ſuis ſive
atiocinationibus & conſequentiis ſyl-
logiſticis (ut hodiè loquuntur) *2.Cor.6.
14. & 1. Tim. 3. 14.* Ne ducatis jugum
alienum cum infidelibus. Nam quodnam
commercium eſt juſtitiæ cum injuſtitia?
aut quæ communio lucis cum tenebris?
&c. Ne quis vos decipiat inanibus ſer-
monibus: Propter hæc enim obruit ira
Dei filios inobedientes. Ne ſitis igitur
conſortes eorum, &c. *Eph.5.6.7 8. Col.
2.4.& 1.Tim.1.3.4.& 6.5.& 2.Tim.2.21.
& 3.33.14.Tit.2.1. & 3.9.* Sed etiam A-
poſtolus *ἀντιπερίστασιν* oppoſitionem,
contradictionem hoſtilitatem utriuſ-
que Sapientiæ profanæ & divinæ, nec
non impoſſibilitatem connexionis aut
ſubſervitii ullius cunctis ad oculum de-
monſtrat & mundanæ Sapientiæ falſita-
tem, depeculationem,& occœcationem
tenebroſam adverſitatemq; extremam.
Ita planè contrariæ ſunt viæ, qua ambu-
latur ſecundum elementa mundi car-
nemve, & ſecundum Spiritum. *Rom.8.
4.* Nam qui ſecundum carnem ſunt, quæ
carnis ſunt, ſapiunt, qui verò ſecundum
Spiritum, quæ Spiritus ſunt. Nam NB.
quod caro ſapit, mors eſt: quod autem
ſapit τὸ φρόνημα Spiritus, vita & pax.

Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς τὸν Θεὸν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται. οὐδὲ γὰρ δύναται. Quoniam quod ſapit caro inimicitia eſt adverſus Deum. Legi enim Dei non ſubjicitur: Nam NB. ne poteſt quidem. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. *Ergo qui in carne ſunt, NB. Deo placere non poſſunt*, &c. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. *Quod ſi quis Spiritum Chriſti non habet, NB. is non eſt ejus* &c. Ita carnis Sapientia hoſtis eſt Dei, & qui in ea ſunt non tantum nequeunt placere Deo, ſed etiam planè excluſi ſunt à Chriſto, quùm Spiritum ejus non habeant. Vnde etiam nec mundi Sapientia Dei cognitionem habet per ſuam Sapientiã, *1. Cor. 1. 21.* Sed rejecta eſt in ſtultitia ſua, imo & deleta. *ibid. 20.* Ideoque non multos Sapientes ſecundum carnem, non multos potentes, non multos nobiles; verùm quæ ſtulta ſunt mundo elegit Deus, ut pudefaciat Sapientes. *1. Cor. 1. 26.* Quia Fides non conſiſtit in Sapientia hominum, ſed in potentia Dei *1. Cor. 2. 5.* Inde Sapientia ſeculi hujus, & principum ſeculi hujus aboletur. *ibid. 6.* Tantum Spiritus hujus mundi cum donis ſuis diſtat à Spiritu Dei. *ibid. 12:* ut quoque Ψυχικὸς homo non ſit capax eorum, quæ ſunt Spiritus Dei. *16. 13.* Sapientia enim mundi hujus eſt ſtultitia apud Deum: Scriptum eſt enim, convellit Sa-

lit Sapientes ἐν τῇ πανουργίᾳ ipſorum. 1.
Cor.3.19. Et rurſum ; Dominus novit
Sapientum cogitationes eſſe vanas. Ita-
que nullus glorietur in hominibus. *ibid.*
20.21. Etenim non poteſtis ſimul pocu-
lum Domini bibere, & poculum dæmo-
niorum : Non poteſtis menſæ Domini
participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.
1.Cor.10.21. Ideoque cum ſimplicitate
& ſynceritate Dei, NB. non cum Sa-
pientia carnali, ſed cum gratia Dei no-
bis verſandum eſt in mundo. *2.Cor.1.12.*
ut arrhabonem SpiritusDei in cordibus
noſtris habeamus inditum. *2.Cor. 1.22.*
quem aliàs non habemus, ſi in carnali
Sapientia hæreamus. Hinc etiam eſt,
quod non ſimus, velut illi, qui caupo-
nantur ſermonem Dei ; ſed ut ex ſynce-
ritate, ſed ut ex Deo, in conſpectu Dei,
de Chriſto loquimur. *2. Cor. 2. 17.* Non
quod idonei ſimus ex nobis ipſis ad co-
gitandum quicquam, velut ex nobis ipſis;
ſed quod idonei ſumus, id ex Deo eſt,
&c. *2. Cor.3 5.6.* Et quum habeamus Spi-
ritum fidei, propterea etiam loquimur.
2.Cor.4.13. Quoniam Deus, qui dixit, ut
è tenebris lux ſplendeſceret, is eſt, qui
ſplenduit in cordibus noſtris, ad lumen
cognitionis gloriæ Dei in facie Ieſu
Chriſti. *ibid. v.6.* Quod ſi igitur tectum
eſt Euangelium noſtrum, iis, qui pereunt,
tectum eſt : in quibus Deus hujus ſeculi
excœcavit mentes, ne irradiet eos lumē

 Euan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. *ibid.3.4.* Etenim nulla communio poteſt tenebris eſſe cum luce, à cujus copulatione planè eſt abſtinendum. *2. Cor.6.14.* Arma enim militiæ noſtræ nō ſunt carnalia, ſed divinitus valida, & ad ſubverſionem munitionum, quibus evertimus, NB. λογισμὺς ratiocinationes (ſyllogiſticasvè in terminis Metaphyſicis concluſiones) omnemque ſublimitatem, quæ ſeſe extollit adverſus cognitionem Dei; & in captivitatem redigimus πᾶν νόημα omnem mentis conceptum ad obediendum Chriſto. *2.Cor. 10. 4. 5.* Quandoquidem experimentum, quæritis in me loquentis Chriſti, qui erga vos non infirmus, ſed potens eſt in verbis. Non enim poſſumus quicquam adverſus veritatem, ſed pro veritate. *2. Cor.13.3. 8.* Adeonè amentes eſtis? In Spiritu inceperitis, in carne nunc perficimini? Num fruſtrà tam multa pertuliſtis? *Gal.3.3.4.* Currebatis pulchrè, quis vos inhibuit, ut non obſequeremini Veritati? Paululum fermenti totam maſſam fermentat. Hoc autem dico: Spiritu incedite, & quod concupiſcit caro, ne perficite. Nam caro concupiſcit adverſus Spiritum; Spiritus autem adverſus carnem: Hæc autem ἀντίκειται ἀλλήλοις oppoſita ſunt inter ſe invicem &c. *Gal. 5.7.9.16.17.* Si vivimus Spiritu, Spiritu etiam incedamus. *ibid. 25.* Hoc itaque dico,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

dico, & obteſtor per Dominum, ne amplius incedatis ſicut reliquæ gentes incedunt in Vanitate mentis ſuæ, obtenebratam διάνοιαν habentes, abalienati à vita Dei, propter ignorantiam, quæ eſt in ipſis per obdurationem cordis ipſorum. *Eph.4.17.18.* Non date locum diabolo, &c. Et ne triſtitia afficite Spiritum illum Sanctum Dei, per quem obſignati eſtis in diem redemptionis. *ibid. 27.30.* Eratis olim tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis incedite; probantes, quid ſit acceptum Domino; & ne commercium habete cum operibus illis infrugiferis tenebrarum. Sed potius etiam eas arguite. &c. *Eph. 5.6. 7.8.10.11.12.*

Ex his & aliis pluribus S. Scripturæ teſtimoniis ſatis luculentiſſimè conſtat, quo loco Spiritus Dei illam habeat ex Ethniciſmo petitam, profanam & falſam Philoſophiam, & ex quo antro maximè Antichriſtus prodeat, quiſque ejus fons & fundamentum ſit ſeductionum omnium, quùm nihil niſi perverſam adulterationem, in applicatione ſua, Verbo Dei ingerat. An verò nondum hæc ſatis aperta dicant ponantve profanis illis ethnicarum vanitatum cultoribus? Num ita fruſtrà has querelas; admonitiones, culpationes & reprehenſiones, imò mandata & indictiones Spiritus Dei nobis per Verbum ſuum inculcârit?

 Aſt,

Aſt,inquit *D. Luth. in Tom.2. lat. p.* 2[illegible]
Certum eſt nec iota nec apicem fruſtr[illegible]
in Sacris litteris ſcribi;quod etiam Chri-
ſtus ipſe *Matt.5.18.* ita teſtatur, & quod
potius cœlum & terram interire debe-
ant, quàm iota & apex unus Verbi ſui.
Proinde ſi ſaltem unico dicto hoc eſſet
indicatum à Spiritu Dei; quod ipſi pro-
fanitas mentis in Philoſophiæ inanis
profana cultura diſpliceret,an non omni
debita reverentia & obedientia id eſſet
acceptandum? Quippe *ait D.Luth.Tom.*
2.Germ.pag.258. Vnicum vel ſaltem di-
ctum S.Scripturæ plus valet quam totius
mundi libri; imò quam cœlum & terra.
Jam verò apertis verbis toties teſtatur
Spiritus Dei,quod hanc ſibi prorſus ini-
micam habeat, & planè nos ab ea retra-
hit. An non igitur verus ſit Antichri-
ſtus, qui tam obſtinatè Spiritui Dei cō-
tradicat? Quur tamen nihilominus tam
perverſi ſumus, ut in contrarium tanto
tendamus conatu fervidiores, uti ait
verſiculus
Nitimur in vetitũ sẽper cupimusq; negata?
Vnde Antichriſtus hic ſit adeò invin-
cibilis, quæris. Reſpondet *D. Lu-*
therus Tom. 7. Germ. pag. 383. Mun-
dus non ſolum eſt diaboli, ſed diabolus
ipſe. Et maximè,*ait Tom.1.Germ p.469.*
Eruditi,docti,ſanctuli,potentes, magni,
divites, & quod optimum mundus ſibi
vendicat,contra Deum pugnat, & cogi-
tur dia-

ut diabolo mancipatum vivere. Atta-
men ineloquens & balbutieus veritas
andem victoriam obtinet,& nullatenus
la pulchella ſplendidè nitens fraudu-
entaque rhetorica. *Tom 2. Germ. pag.*
66. Ideoque, ait idem, omnimodè S.
criptura, id eſt ſtultæ arti & miſeræ
vium ſcientiæ alligatus manebo. *Tom.*
. Germ. p. 352. Et ubi mihi Scripturæ
ictum eſt, non curo prophetam licet è
œlis dilabatur. *Tom. 1. Germ. p. 408.* Nā-
que heîc omnia, quæ ſcripta ſunt, aut
ræcepta aut promiſſa ſunt: Præcepta
humiliant ſuperbos in actionibus ſuis:
Promiſſa exaltant humiliatos remiſſio-
nibus ſuis. *Tom. 2. lat. pag. 301.* Proinde
Chriſtus ait, niſi converſi fueritis & ef-
ficiamini ſicut pueri, non ingrediemini
n regnum cœlorum. *Matt. 18. 2.* Non
ait, niſi ad Philoſophiam profanam ab-
eatis,& ibi Metaphyſicales terminos cō-
ſequentiaſque formales ex ſyllogiſmis
conſuendo vobis addiſcatis: Sed potius
D. Paulus vult πᾶν Νόημα rationis ca-
ptivandum eſſe, ad obediendum Chri-
ſto. *1. Cor. 10. 5.* Nam non multos ſapien-
tes ſecundum carnem, non multos po-
tentes,non multos nobiles; ſed quæ ſtul-
ta ſunt mundo elegit Deus. *1. Cor. 1. 25.*
Vnde Chriſtus ait: Gratias ago tibi Pater
cœleſtis, quod hæc abſcondiſti à ſapien-
tibus mūdi,& infantibus revelaſti. *Matt.*
11. 25. An etiam fruſtra ſit, quod Chri-

ſtus

ſtus. *Ioh.20.22.* diſcipulos ſuos afflaverit Spiritu ſuo;Spiritu ſuo eos voluit donatos, non habitu aliquo litterali indutos. Quùm omnia ille præſtare poſſit, qui Spiritu prævaleat. Idem ait, ſi in me maneatis, & Verba mea in vobis maneant,quicquid volueritis,petite,& fiet vobis *Ioh.15.7.* Chriſtus hæc ſeriò præcipit & mandat, qui verum judicium in extremo die ob hæc & talia exercitaturus eſt; non certè judicium logicum in Notionibus inſtrumentalibus.

Cui igitur ſit magis credendum, an Chriſto, an vero Rationaliſtæ alicui,qui tam granditer habitus ſuos ſyllogiſticales oſtentat: quorum virtute ne quidem res palpabiles poteſt penitus pernoſcere? *Sap.9.* Etenim clamat hic, & iſtud perſuadere conatur,rudioribus; hæc & ſimilia dicta non de uſu ſed abuſu Philoſophiæ in Theologia ita accipi. An verò non hæc eſt impudentia ſumma, imo & blaſphemia acerrima in SpiritumDei, qua tam audacter obloqui huic & obſtrepere,imo & mendacii eundem arguere non veretur? Quæſo enim, quomodo Spiritus Dei in Verbo ſuo clarius explicare ſe potuerit, quàm dum ſeveriſſimè hoc affirmat, quod Sapientia carnis ſit inimicitia adverſus Deum, quodque non tantum talis falſa ſit, & falſos conceptus Verbo Dei ingerat.ſed etiam homines deprædetur, tenebris eos involvat,eoſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

rat, eoſdem ſeducendo, adeo ut quoque Deus eam infatuet, repudiet, imo & abo-itam velit & è medio prorſus ſubla-ã? quum corda mortalium obduret, aba-ienetque à vita Dei, &c. Quomodo igi-ur quod ſtultum, vanum, profanum, car-ale, rejectum, infatuatum, & ob hoſtili-atem ſuam repulſum à Deo juxta ali-quam uſus ſaltem ſpeciem poſſit Verbo Dei accommodari? An non hoc fit con-ra voluntatem & mandatum Dei, qui d tam longè à nobis vult remotum, ut tiam cupiat abolitum? Quomodo quis elit lucem cum tenebris connectere? uomodo falſum cum vero? An falſita-is ullus poſſit locus eſſe in Veritate? Quomodo duo hoſtiliter oppoſita velis onjungere? An poſſis illud quod Spiri-uale eſt carnaliter aut rationaliter judi-are? *1. Cor. 2. 13.* Quis eſt Spiritus nundi, & quis Spiritus Dei? *ibid. 12.* Quo-nodo iſti cohærent? Quid externa ra-io hominis, & cujus ductu Spiritus ra-itur? Num ea Sapientia, quæ non po-eſt Deo ſubjecta eſſe; ſed à vita Dei mnes abalienat, & Spiritum Dei triſti-a afficiat. *Eph. 4. 27.* eidem præſtet mi-iſterium aut ſervitium? Quæ major po-eſt dari contradictio? Quis aquæ uſus in gne abſque alterutrius læſione? Quis te-ebrarum in luce? Quis viſus in cœcita-e? Nonnè antiperiſtatis maxima undi-ue? *Num morbus eſt ſanitas?* Aut nox eſt dies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

dies? Ideoque non tantum ſtultè ſ[illegible]
etiam abſurdè illorum exceptio he[illegible]
adhibetur, rationaliſtarum, qui propt[illegible]
abuſum philoſophiam talem heîc e[illegible]
cuſant. Vbi propter evidentem non ta[illegible]
tum ἀντιπεϱίςασιν & perpetuam opp[illegible]
ſitionem hoſtilem ſed etiam abolitio[illegible]
Dei non datur rei alicujus uſus legit[illegible]
mus in contrarium objectum niſi p[illegible]
violentiam, an ibi poteſt ritè quid [illegible]
abuſu quæri? Vbi per naturam ſuam [illegible]
aliquo non poteſt eſſe verus rei uſus, il[illegible]
nec quid de abuſu poteſt proferri. Se[illegible]
dum ejus adhibetur uſus eo ipſo fit ab[illegible]
ſus ſtatim: quia ei rei adhibetur cui no[illegible]
debebat applicari. Quod quùm olim re[illegible]
ctè cerneret *Dan. Hoffmannus*, & illu[illegible]
Rationales ejus adverſarii tam acrite[illegible]
exagitarent, rectè reſpondit; quod no[illegible]
intelligeret abuſum talis Philoſophiæ i[illegible]
Verbo Dei condemnatum; ſed ipſum u[illegible]
ſum verum, veriorem, veriſſimum, quer[illegible]
ita putarent: quum res ſe non aliter ha[illegible]
beret, quam ſi aquam infunderes igni, &
tenebras cum luce commiſcere labo[illegible]
rares; *ubi mutuo expellentia ſeſe nequaqu[illegible]*
poſſunt inter ſe connecti; ſed quod prædo[illegible]
minium obtinet, illud hoſtem ſuum evo[illegible]
mendo expuit. Ideoque Divus Paulu[illegible]
combinationem talis ethnicæ & falſa[illegible]
Sapientiæ cum Verbo Dei tam impoſſi[illegible]
bilem rationi externæ proclamat, ut eti[illegible]
dicat, ὀ δύναται γνῶναι, *non poteſt cogno[illegible]*

ſcer[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſcere ea, quæ ſunt Spiritus. Sed ea, quæ docet Spiritus Sanctus ſpiritualia, cum iis, quæ ſpiritualia ſunt conjungi debent. *ibid. 13.*

An ita jam perversè mali redditi ſunt homines, ut ὀ δύναται illis idem ſit, quod poſſibile, & Caro idẽ ſit cum Spiritu? Potior igitur erit & potentia & auctoritas Rationaliſtarum, quàm ipſius Jehovæ Chriſti & Spiritus Sancti. Sed num hac inverſione pervicaciſſima & obſtinacia inobedientiſſima perventuri ſint ad beatitudinem cœleſtem, ipſi videant. Ego certè ex ore Chriſti, qui veritas eſt ipſa & ipſa Sapientia Patris, hoc novi certus, quod qui non exceperit regnum Dei ſicut puerulus, nequaquam ſit in id introiturus. *Luc. 18. 17.* Et qui non ſeipſum abnegare poterit ſibi, ac mortificare, non valebit Chriſti eſſe diſcipulus. *Matt. 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 9. 23. & 14. 26. Rom. 6. 4. & 2. Cor. 4. 10. & 5. 17. Gal. 5. 16. Eph. 4. 1. 2. 22, & 2. 5. Tit. 2. 12. Hebr. 4, 10. & 12. 16. & 1. Pet. 1. 22. & 2. 5. 24. & 4. 1. & 1. Ioh. 5. 19.* Vſque adeo ſyncere vult Chriſtus ſui Verbi voluntatem obſervari, ne alicubi fiat fornicatio, Vnde enim tot errores, opinionum cumuli, ſchiſmata, mutuæ cõdemnationes, articulorum compoſitorum quæſtiones inutiles, niſi aliena rationalia ex cultu Ethniciſmi tam fervido Verbo Dei ſubmiſcerentur, & interim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

t erim vitæ pietas ac probitas,quam u
cè in nobis expetit Chriſtus plane ob
teraretur. *Vbi igitur manet vita ve
Chriſtiana, ſi dicantur ſaltem illi beati, q
opinioni communi alicujus ſectæ adhærea*
At Spiritus Sanctus non ſane indig
rationis noſtræ profanæ Logica,nec r
gnum Fidei ſubjacet regno Sapient
ethnicæ aut ſeculi hujus,imo neq; pri
cipum ſeculi hujus,qui abolentur,*1. C*
2. 6. Vnde etiam fit, ut, quoties Sp
ritualia in intellectum carnalem ſive r
tionis leges Logicales detorqueamu
toties Veritas Dei transformetur ἐν τ
Ψεύδει in mendacio,& in injuſtitia n
biſcum detineatur. *Rom. 1. 25. 28.* Hin
eſt,quod Sapientes hujus mundi ita no
ſolum ματαιοι ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐ
τῶν evadant, ſed etiam Deus tam forti
ter ἐν τῇ πανουργίᾳ eoſdem carpat.*1. Cor*
3.20.19. Quippe toties protenus forni-
catur Ratio hominis externa adverſu
Verbum,quoties Myſteria ex ſuo profa-
no conceptu extra regenerationem me-
tiri,& ad menſuralem ſuum conceptum
taxare cupit. Homo enim non renatus
in externæ rationis ſuæ viribus & car-
nali ſua natura nihil habet. quod Spiri-
tualia & cœleſtia apprehendere poſſit,
quùm ratio ea, ſit addicta Ratio ſuis te-
nebris,id eſt carnis pravitas, ac corru-
pta faſcinatrix rerum ſanctarum, quæ
omnia in ſuam convertat ſuperſtitioſam
& ſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

& ſuperbam malitiam. Ideoque Chriſtus ait, quod ex carne naſcitur Caro eſt, & quod ex Spiritu naſcitur Spiritus eſt *Ioh.3.6.* Imo homo nihil poteſt ſumere niſi è cœlo detur. *Ibid. v. 27.* Quando Spiritus veritatis venerit ille vos in omnem ducet veritatem. *Ioh.16.13.* Et. Spiritus Veritatis, qui ex Patre procedit, ille teſtabitur de me *Ioh.15.27.*

Quod ſi aliàs nemo poſſit dici aut debeat eruditus Chriſtianus & bonus Theologus, ut hodierna fert locutio juxta talem eruditam pietatem Habitualiſtarũ, quã qui argute & magnifice diſputationes Metaphyſicales detonare, fulmina variarum litium cum condemnationibus ſtrenue concluſivis diſſeminare, adverſarium terminis Metaphyſicæ diſtinguibilibus variis fortiter confundere, & ſyllogiſticis technis callide conſtringere quempiam noſcat: Profecto longe optimus, & in hac Sapientia perfectiſſimus, longeque potentiſſimus foret diabolus & Chriſtianus & Theologus; utpote qui non tantum Sacræ Scripturæ verba litteralia ad unguem recitare, ſed etiam inde artificioſiſſimas quaſque acutiſſimorum ſyllogiſmorum conſuere callet formas. Verum licet tot myriades Syllogiſmorum aut dialogiſmorum juxta omnes dianoetico smodos in Barbara, Celarẽt, Darapti, Felapton quis cõſarcinet; tamen omnis ſyllogiſticatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

erit fruſtra, niſi Fidem habeas : Ac quidem Iheſum Dominum quis pot vocare, niſi per Spiritum ſanctum. *1. C* *12.3.* Imo in Spiritu & veritate Deus a pellatur Pater. *Ioh. 4.24.* S. Paulus di næ Scripturæ facit doctores, qui Fide habent, & alias neminem: Illi debent d judicare & dignoſcere omnem doctr nam, *ait Luth. in Poſt. Eccleſiaſt.* Ade certe nil facit litteralis & logicalis co gnitio ad verum intellectum Spiritus, tiamſi cum verborum notionibus om nes connectantur termini ſyllogiſmi & modi argumentationum; Sed meræ ma nent tenebræ menti, & in corde nuga tiones aut hypocriſes. Quod etiam totie obtingit ipſis Chriſti diſcipulis, quotie in rationis ſuæ vires relabuntur, lice ipſum audiant Chriſtum concionantem Quamvis Chriſtus ſuis diſcipulis paſſio nem ſuam annunciaret verbis ſatis aper tis, tamen nihil eorum percipere pote rant, quùm illis occultus eſſet ſermo, nec cognoſcerent, quæ dicebantur, *Luc. 18* *34. & Ioh. 10.6.* Quæ cauſſa? nonne car nalitas animi. Nolite enim, ait Chriſtu in ſublime tolli. Hæc namque omni gentes mundi quærunt. *Luc. 12.29.* Ver bum hoc non percipit quivis, ſed cu datum eſt. *Matt. 19.11. & Luc. 8.9.* Vo bis datum eſt, noſſe myſteria regni cœ lorum. Myſterium inter illos eſt, qui ti ment Jehovam, & ſuum iis ſinit noviſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

eſtimonium. *Pſal.25.14.* Non eſt major gloriatio in Scholis, quàm de Ariſtotelis arte, & tamen laus hæc falſa eſt: quia ars nihili eſt, & ſaltem in oppoſitionem Chriſto adinventa, ad hunc ſupprimen-lum inquit, *Luth.in Poſt. Eccl. ad feſt.3r. reg.* Quapropter O dilectiſſimi mei, ait *Arnd.in Poſt.ad Euang. in Dom.Eſto mihi p.184.* addiſcite heîc diſcrimen Spiritus mundi hujus & Spiritus Dei; quia ingens hoc lumen affert in cordibus noſtris, ut docet Paul. *1.Cor. 2.* Et Chriſtus *Lucæ 9. ait*: Hæc eſt cauſſa, quur nos baptizemur, ut Spiritum novum cœleſtem accipiamus, & denuo regeneremur ad regnum Dei.

Inde cernimus, quid mundi occœcatio faciat, ut etiam aperta dicta & pueris ferme nota nõ intelligat &c. Tã argutus eſt diabolus artifex, ut etiam ſanctiſſima in peſſimum abripiat contemptũ, priuſquam hoc perſentiſcas; & ex peſſimis nobis optima conficiat in ratiocinio ſuo &c. Proinde quod hominibus commune eſt cum Diabolo & impiis, id ſane non efficit Chriſtianum, ſed magis condemnat eos. Verus igitur Theologus & quilibet ſolide Chriſtianus in Verbo Dei cum ſancta Fide acquieſcit, nec quidquã ſubſidii ponit in carnalitatem logiſmorum ad Regulam *D. Paul. Tit.3.14.* Tu autem maneto in iis, quæ didiciſti & quæ tibi concredita ſunt, ſciens à quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

didiceris. *It*. Expreſſam formam tene to ſanorum verborum, quæ à me didiciſti cum fide & Charitate in Chriſto Iheſu. 2. *Tim*. 1. 13. Verbum Dei enim eſt Depoſitum illud, in quo deponitur totus theſaurus ſalutis noſtræ: *Velut D. Lut. ait*, Habens Verbum, dives eſt, nullius egens, quùm ſit Verbum vitæ, Veritatis, lucis, pacis, juſtitiæ, ſalutis, gaudii, libertatis, Sapientiæ, Virtutis, gratiæ, gloriæ, & omnis boni inæſtimabiliter *Tom. 1. lat. p. 454*. Ideoque Jehova ipſe undique prohibet ſeveris mandatis, ne quid profani aut ex propriis cogitatis Verbo Dei admiſceatur. Hæc eſt via, ait Jehova, quam perambuletis, alias neque ad dextram aut ſiniſtram flectite vos. *Eſa*. 30. 21. Fruſtrà me colunt, docentes doctrinas, quæ nil niſi præcepta ſunt hominum. *Matt*. 15. 9. *Marc*. 7. 7. In meo nomine falſa vaticinantur: non eos miſi, nec quidquam iis mandavi, nec quid cū illis ſum locutus: prædicant vobis falſas imaginationes, interpretationes, Idola, & cordis ſui figmenta (per terminos ſyllogiſticales) *Eſa*. 14. 14. *ſic & Ezech*. 5. 6. acriter conqueritur. Jehova de hac gente eruditæ talis Sapientiæ. Mutarunt, inquit, leges meas in perverſam doctrinam Ethnicorum. Et inde monet omnes ut caveant, dicens *Ier*. 7. 4. Non confidite nugis etiamſi dicant, heîc templum Domini, heîc templum Domini. *It*. Ex o-

re meo

e meo accipito Verbum meum, & illos
moneto *Ezech.3.17.* Ideoque ducit *D. Apoſt.Rom.15.18.* Non auderem quid-
quam loqui, quod non effecerit Chriſtus
per me ad obedientiam gentium verbis
& factis. Et Pſalmiſta Regius David u-
bique talia effundit in Jehovam ſuſpiria
quotidie in Pſal. duc, doce, paſce, mon-
ſtra viam, largire Spiritum, aperi mihi
oculos, revelato mihi teſtimonia tua, in-
forma me, &c. ut tuis inambulem ſe-
mitis. Etenim Verus Chriſtianiſmus non
item nuda eſt Fidei ſermocinalis aut
lingualis opinio; ſed factum pium in o-
pere ſancto charitatis exigit & perfi-
cit, aliàs Fides non eſt. Namque ait, *D. Luth.Tom.2.Germ.pag.326.* Vbi vera Fi-
des eſt & ſolida, ibi neceſſum eſt, ut cor-
pus convellat tangendo & ſuis cohibeat
habenis, ne quid peragat, quod velit ſibi.
Et pag.195. Ita veri Chriſtiani omnes
per Fidem & Spiritum ſunt inſtructi
in natura ſua, ut ſemper bene & recte
omnia peragant, & id multo expedi-
tius ac melius quàm cunctis legibus
quid præcipi poteſt; unde ſibimet ipſis
legi ſunt nec alia indigent ulla. Qui a-
liter proinde docet, & ſaltem articulatas
in Chriſtianiſmo vero quærit opinio-
nes, ille perquam obtenebrato corde in-
cedit. Etenim Deo nil prodeſt in regno
ſuo nec curat ipſe multiſciam mortaliũ
ſcientiam quam diabolus longe perfe-

ctiorem habet, quàm ullus habitus poſſit aſſequi, ſed accuratam exigit à quovis & ſanctam vitæ in actionibus ſuis ſemitam. O beati, *ait Dav. pſ.106.3.* qui præcepta Jehovæ ſervant, & ſemper omni tempore juſtitiam exercent! ceu etiam Chriſtus nos ſuos ſibi expetit imitatores. *Matt.16.24.* Ut recte dixerint veteres: Omnis actio Chriſti, eſt noſtra informatio; & omnis Chriſti inſtitutio, eſt noſtræ imitatio vitæ; quicquid heîc Sophiſta vanus obganniat. Satanas Veritatem ſub ſpecie Veritatis oppreſſit, quoties oppreſſit, ait Luth. *Tom.2.lat. p.304.* Scandala ſane in operibus prorſus ſunt evitanda; aſt in doctrina permanebunt, quùm Verbum Dei adeo magnis, ſapientibus, & eruditis ſanctulis offendiculo ſit, *Tom.1. Germ.p. 502.* Ideoque Chriſtianus ita ſemper agat & tractet negotia ſua, ut poſſit perferre omnium mortalium adſpectum, & ſcientiam eorum, quæ in corde cogitet. *Tom.2. Germ. p.335.* Nec ſane quid deeſſet nobis, ſi Verbum Dei in Chriſtianiſmo abſque hominum additamentis ſolum teneret imperium, nec mortales potius rationis Carnalis & externæ quàm Spiritus Deï ſequerētur ductū qui ſolus myſteria ſua per Magiam ſuam nobis detegit. Nam florente Verbo Dei recte, omnia florent in Eccleſia *Luth.Tom.2.lat.p.45.* Vbi vero S.Scriptura in vivo dictamine Spiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

[Deu]s Dei non regnum tenet, *ait idem*, cer[t]e non auctor ulli ero; ut filium illuc [m]ittat: quia perniciei omne obnoxium [es]t, quod non Verbum Dei ſpirat, & i[ll]ud unicè promovet. *Tom. 1. Germ. 345.* [V]erum, quæſo *mi Luthere*, ubi iſte locus [n]unc erit inveniendus? Mundus enim [p]lenus quidem eſt labiis, linguis, voci[b]uſque concionatorum; ſed nuſquam [li]ngua Chriſti ſucculenta, & agilis: dicis [i]pſe *Tom. 2. lat. p. 255.* Imo hodiè indi[g]natur uſque adeo quivis, ut nihil ægrius [f]erre queat, quàm ſi quis opera Chari[t]atis ex ſyncera Fide profluentia exi[g]at, quùm ethniciſmus ſacer tanta pro[f]anitatis & crudelitatis ſecuritate to[t]um inundarit orbem Chriſtianum, ut etiam in medio Chriſtianiſmo vix reperiri detur ſolidus Chriſtianus. Ideoque Eccleſia aliud nihil eſſe poteſt, quàm cõgregatio Spiritualis hominum, non in aliquem locum, ſed in eandem Fidem, ſpem & Charitatem Spiritus. Inde certè jam miſer cum *B. Luth. noſtro, uti habet Tom. 2. lat. p. 176.* acquieſcere cogor, ne quid amplius heîc addam, quùm reliqua ex ſequenti tractatu rectius pateſcere queant.

Vobis autem, ô viri optimi, & amici veteres obſervantiſſimi hunc libellũ offerre & inſcribere volui, plurimas quidẽ ob cauſſas, inter quas non minima eſt, quod partim vos olim in Sanctorum la-

borum cultu commilitiones habuerim haud ſegnes, ſi quid modo dignè obtinere per tot implicationes & tenebrarum involutiones potuiſſemus. Quanta vis fuerit regno tenebrarum id experti fuimus. Etenim quis non bonorum in eo laboravit ſtrenuè, ut tot damna, nobis ſatis ex nimio Verbi cœleſtis contemptu, prævisa, poſſent à communi averti patria Germaniæ? Quis non in eo deſudavit, pro facultatum & muneris ſui parte, ut in unitatem Spiritus poſſent tot diſperſi inter ſe animi revocari? Verum opinionum tot ſpinetis nimis obſtinata innutrita ingenia & pluſquam obdurata in ethniciſmo quis valuit ad mollitiem recolligere? Nimis diſſipati ſuis carnis libidinibus ignorant prorſus Vnitatis metam. Quid ethnici Chriſtiani non perficiant, qui in ipſa malitia optimam rerum & ſui bonitatem ſibi imaginantur? An non & Religionis prætextus potius colori Schema, quàm ſolidum pietati uſum addit? Veriſſimè *Hilarius ad Conſtant. Imp.* Conſcii ſumus nobis invicem poſt Niceni Conventus Synodũ nihil aliud, quàm Fidem ſcindi, dum in verbis pugna eſt; dum de ambiguis occaſio eſt dum de auctoribus querela eſt; dum in ſtudiis certamen eſt; dum in cõſenſu difficultas eſt. dum alter alteri anathema eſſe incipit, propè jam nemo Chriſti eſt. An non hoc experti ſumus

ſatis

tis in ſuperioribus annis?Quare? Quia
emo non tantum adeò eſt Chriſti, ſed
t etiam ipſe ſibi velit eſſe in ſuo eth-
iciſmo optimus Chriſtus. An non hoc
uniat Iehova ſeverè? Qui noluerunt
onorum talia ſatis prognoſticantium
onitis credere, jam ſentire factum co-
untur. Iehova certè ſe irrideri non ſi-
it. Non ethnicos nos ille expetebat;
d Chriſtianos, quales etiam adhuc cũ-
tos expoſcit. Verum num quis ſit, qui
diat? An non propterea Veritatis a-
atores expelluntur, & in extremas cõ-
iciuntur perſecutiones? Tantum abeſt,
t pœnitentia ducantur mortales, qui
otius in mala ſua conſuetudine indu-
eſcunt. Ergo Iehova uti fortis Zelo-
es fortiter malos perget corripere &
n aſſuefactione flagellare maligna ſua.
ræſertim tu, mi Buſſi, meminiſti ſatis,
uales nobis in publicis conventibus &
omitiis provincialibus & Circuli Sa-
onici fuerint collocutiones & delibe-
ationes de calamitate publica & ejus
auſſis, atque unde ſit, quod homines
piritui vertiginis tanta agant luben-
iſſimi tripudia. Nonnè ethnicorum va-
itas cœpit & occœcavit omnes? Inte-
im tamen nobis ſolamen non leve at-
ulit collegium illud Lunæburgicum,
quod piæ converſationi deſtinabamus
otidiè quum nobiſcum eſſet D. Baltha-
ar Waltherus, cui 40. Quæſtiones hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

libelli de Animæ natura debentur. Ille ſæpius tunc referre nobis de Teutonico donis planè divinis ſolebat plurima; Addebat etiam hoc, quod per totius vitæ ſpacium, difficillimoſque omnium peregrinationum ſuarum, quas per univerſam Europam Africam & Aſiam perfecerat ſolertiſſimus, curſus omnes, nuſpiam tantas ex converſatione hominũ ſibi pietatis nomine recreationes & lætitias concipere uſpiam potuiſſet, quàm nobiſcum: Gratulabaturque ſæpius ſibi tunc de noſtro ſtudio Chriſtianitatis, quod ita conformes inter nos conveniremus. Verum quod aliis ſordebat, id ſibi in lucrum depoſuerunt tantum. Jehova miſereatur ſuorum tandem. *VValtherus* autem ille; ut admiranda expertus erat in ſtudio veræ Philoſophiæ, ut etiam Theoſophica intelligeret; ita quoque multa tunc nobis communicavit *de Teutonico.* Non ſibi vixit unquam ſoli; ſed propagatorem Verbi Dei egit ſedulum & pium & conſtantem. Proinde etiam hujus libelli dono Chriſtianiſmum afficere voluit, quem meritò in honorẽ habebunt, quibus Chriſti laus vera cordi eſt. Si fortè heîc criminatores exurgant aliqui, ad me non pertinebit quidquam quum Spiritus Iehovæ ipſe Veritati ſuæ ſit ſcutum & clypeus, ut *ait Pſal. 91. 4.* Nec meum hoc ſtudium potioris ſanctiorisvè curæ vobis accidet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

let ingratum, ô Viri optimi, dilectiſſimi. Legite, cenſete, valete, & me amare ac vobis fovere nunquam deſiſtite. *Dat. Lugd. Batav. 15. Decembr. Anno 1631.*

1. Ioh. 2. 17.

Ο ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Qui præſtat aut perficit voluntatem Dei, manet in æternum.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

LECTO-

LECTORI
Benevolo.

S. & P. C.

AMiciſſime Chriſtiane Lector, Habent Politici quidem, & ii, inter ICtos. qui Juris Publici, ut vocant, ſunt præ cæteris admodum ſtudioſi, quàm plurimas de variis quæſtionibus concertationes; ſed præ cunctis aliis maximè principalem obtinet locum, quam de mixtura ſpecierum ſimplicium in Formis Rerumpubl. ob ſummitatem & ſynceritatem ſummè præeminentem Majeſtatis fovent. Non certè levis momenti eſt hæc quæſtio: ſed talis, quæ ob ſubtilitatis ſublimitatem quam plurimorum ſatis acriter exercitavit ingenia, & eorum induſtriam tenuit admodum anxiè intricatam. Etenim jura Majeſtatis tantæ ſunt puritatis, tanti ſplendoris, ut oculos & animos multorum præſtringuere ſoleant. Qui acutioris inter doctos ſunt judicii, facilè vident, quanta inde aut ſalutis commoda, aut damna diſtractionis cunctis Reipublicæ membris & civibus immineant. Difficultatem igitur quum deprehenderint arduam in hiſce, cautiores fuerunt merito, qui Majeſtatem Reipub. æternam ſummam & individuam incommunicabilemque ſui

ſtatue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ituerunt. Quippe ipſa authoritas Dei,
o ratione regiminis ſui, in ea ſanctè
otecta latet. Alii vero, licet hanc ſen-
ntiam veritati maximè conſentaneam
rnerent, tamen aliud in praxi qua-
s obviam deprehenderunt, quod non-
hil ferventius defendere in gratiam
periorum ſuorum ſtuduerunt. Factum
t itaque, ut in diverſas abirent par-
s, dum alii veritate ipſius negotii ni-
rentur in naturâ ſic conſtituti, alii ve-
o uſum mixturæ in quavis fermè Re-
ubl. elucentem patrocinio ſuo excipe-
ent. Nec poteſt id quidem negari, quod
ajeſtatis ſublimis & ſyncera excellen-
a vix uſpiam in ea verè inveniatur di-
nitate integra, uti par eſt. Semper e-
im quid ſubmixti patitur, quod in ſuo
igore eam ſatis densè obnubilet, ut vi-
s & ſplendorem eum non valeat exe-
ere, qui ipſi debitè competit in juſta ſui
egiminis forma. Ideoque illi, qui Ma-
ſtatem hanc facti agnoſcunt & reſpi-
iunt, in Politicis ſuis ſcriptis Formas
erumpubl. ita diſtinguunt, ut alias fa-
iant ſimplices, & alias mixtas. Simpli-
es iterum vel in Monarchiam aut Poly-
chiam diremunt. Atque ea ratione
oque nos ex intuitu facti in noſtra Po-
tica hanc diſtinctionem ſecuti fui-
us; quod nec alio modo ibi accipi vo-
mus, quàm ex incuria quadam ibi ex-
icatio paucorum verborum noſtra ſit
omiſ-

omiſſa. Etenim ſat novi, quanta gratia
potior ſit Majeſtatis propriè ita acceptæ,
& quantis corruptelis obnoxia ſit, ſi ve
in minutiſſimis quid detractionis au
imminutionis patiatur ejus authoritas,
Exempla ubivis extant ante oculos, quā
pronæ ſint omnes Reſpubl. ad ruinam
& ſubverſionibus ſuis expoſitæ; velut
corpus morbidum ſanitati ſemper relu-
ctatur, quùm balſamus vitæ non adeo ſit
in eo firmus, ſed ſemper, ſua laboret im-
becillitate ceu omnium optime præ cū-
ctis id Medicus explicat *in Phyſ. Herm.*
lib. 10. c. 11. & 12. quem heîc conſule
attentus. Ut tamen iſti ſcriptores eo
rectius ſe ſpecie veritatis munire que-
ant, confluunt ita ad corporis humani
conſtitutionem, ut Majeſtatem ipſi ani-
mæ adſimilent. Scientia hæc quidem quā
optimè quadrat huic rei, ſed quum miris
heîc hallucinentur modis, nec ſemetip-
ſos in tali adſertione intelligant, dum de
re ardua & prorſus ſibi ignota tam con-
fidenter agunt, nec uſpiam veram inve-
nire poſſunt accommodationem; æquū
imo & ſummè neceſſum putavi, ut, de-
ciſionis tandem verioris cauſſâ, tam in-
ſignis negotii indagatoribus uſque ſolli-
citis explicationem in certo aliquo Au-
thore firmiorem & ſacratiorem ob o-
culos ponerem. In quo ſimul & iſte mi-
hi fuit ſcopus, ut uno quaſi opere, ea
mundo univerſo detecta ederem, quæ à
nemine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

nemine mortalium inter eos, qui ſibi naturæ ſcientiam vẽdicant peculiarem. huc uſque tali modo ſatis explicata fuerunt. Quis enim adeo hoſpes eſt in litteratura, qui ignoret, quanta cura à tot ſeculis uſque fermè ſapientiſſimi gentium viri (ut dici ſolent) hoc indeſinenter perſcrutati fuerint, ut tandem aliquem de vera Natura Animæ nobis prodere ac relinquere poſſent intellectum? Sed quùm ſemper dubii in ſuis ſuſpicionibus conjecturiſque evaſerint, an non inde tot miræ & variæ opiniones, multoque duriores paſſim in academiis & Scholis digladiationes & diſputationes exortæ ſunt. Nec tamen vera deciſio uſpiam inventa eſt, quùm omnes & ſinguli ſaltem ei intentioni incubuerint ſtrenuè, ut ſuæ Sapientiæ celebritatem nominis aliquam acquirere poſſent: Id eſt, quiſque ſibi ſuus voluit gloriæ ſuæ eſſe Deus. Et quò magis hoc intenderunt, eo magis à ſe exierunt in vaniſſimam profanitatem, locoque ejus quod ſe cognoſcere ipſos cuperent, omnem perſcrutationis laborem in meras phantaſiæ inanis transformarunt umbras. Quod maximè accidit iis, qui Verbo Cœleſti ſuum honorem litteralibus propriæ intelligentiæ viribus ac habitibus profanis ſubducere non ſunt veriti, atque Spiritui Iehovæ rationem ſuam captivam tradere recuſarunt. Vnde illud
verè

verè exortum eſt, quod *D. Apo*
Rom. 1.21.22. affirmat: ἐματαιώθησ
ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, & ἐμωραν
θησαν, φάσκοντες εἶναι σοφοί. Vani fact
ſunt in ratiocinationibus ſuis;& in ſtu
titiam conceſſerunt, quùm ſe dicerer
Sapientes. O!

Quàm miſerè ſapit is, qui ſapit abſq
Deo!

Sic etiam hodiè in medio Chriſtiani
mo quiſque & gloriam ſui & ven
trem in ſtudiis quærit ſaltem ſuis, no
Deum Jehovam ex animo reſpicit; qu
nemo id diſcere cupit, quod probitaten
ipſi & mundo in vera dilectione & a
more proximi introducat. Ideoque no
mirum, quod nec ſe ipſos nec Deun
inveniant, ſed potius undique in profa
niſſimam litteralium opinionum prola
bantur vanitatem & crudelitates opi
nionum talium multiplices. Etenim pia
vitæ probitas & amor Dei eſt, quæ De
& Spiritum ejus ſibi quam proximè ha
bet adſiſtentem; atque ſic cuique Salu
Dei oſtenditur, ait David. Quia ſe ti
mentibus, non aliis, Iehova ſua myſteri
patefacit & reddit cognita. *Pſal,* 25.14
Reliqui omnes manent prorſus inept
ad omnem veritatis cognitionem, licet
uſque ad Garamantas & Indos Sapien
tiæ acquirendæ cauſſa excurrerent. Nã
que ab illis quid veritatis addiſcas, qu
Deo & Spiritui ejus mortui ſunt? Idec
Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

hriſtus ait: Sine mortuos ſuos ſepelire
ortuos,tu Me ſequere.*Matt.8.22.*Mor-
i enim verè ſunt (inquit Ioh.Pic.Mi-
nd.in epiſt.ſub dato Ferrar.2. Iul.An.
192. ad Filium Ioh. Franc.) qui Deo
n vivunt,& in hoc temporariæ mor-
ſpacio laborioſiſſimè ſibi æternam
ortem acquirunt. A quibus ſi petas,
o tendant,quo ſua ſtudia, opera, curas
ferant, quem denique finem ſibi præ-
tuerint,in cujus adeptione felices ſint
turi; aut nihil omnino habebũt,quod
ſpondeant, aut pugnantia ſecum con-
overſaque ſibi ipſis verba,velut fanati-
orum deliramenta loquentur.Neque e-
im ſciunt ipſimet,quid agant, ſed more
orum, qui fluminibus innatant, malè
nportatæ conſuetudinis vi, quaſi tor-
entis impetu feruntur, & hinc,cœcan-
e eos nequitia, inde, ad malum Satana
xtimulante, ruunt præcipites in omne
acinus, cœci duces cœcorum; donec
nprovisa eos occupet mors , & dicat
is: Amice,hac nocte repetent animam
uam à te: hæc autem,quæ paraſti, cu-
us erunt? *Luc. 15.* Tunc his invident,
quos deſpexerunt; laudant,quos deriſe-
runt; & imitari eos vellent, quùm non
poſſunt,quos dum poterant ſequi, perſe-
qui maluerunt.&c.Quod etiam rite con-
ſiderare debuiſſet Senn.quùm temerariè
nugacem ſuum libellum de conſenſ. &
diſſ, conſcriberet invidus, & exaugeret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

calumniis. Sat auratis. Vnde merito ſu[illegible] indiget purgatore, ceu alia quoque eju[illegible] ſcripta infinitas ferme contradictione[illegible] ſpirantia. O quàm ſtolidi mortales ſu[illegible]mus, dum nos cœci ipſi nobis cœcos eli[illegible]gimus magiſtros & profanos vitæ du[illegible]ctores. Ab extraneis extra Chriſtianiſ[illegible]mum nobis uſque ex pagana & ethnic[illegible] Græcia petere ſtudemus Sapientiam, i[illegible]mo etiam eos S. Scripturæ nobis con[illegible]fingimus illuſtratores, qui ipſi in denſiſ-ſimis vixerũt tenebris, quùm tamen no[illegible] luci viveremus longè propinquiores, imo & Chriſtum cum Spiritu Sapientiæ in nobis foveremus habitantes, ſi ipſi non ſolummodo nobis tantæ lucis & beatitudinis occluderemus portas. Nonne ſic ita miſerrime omnes paſſim gentium ſcientiæ ſuæ artifices ſe torſerunt in Animæ ſpeculatione? Proh Jehova! quot commenta cum commentariis ſuis in hac materia ſunt conſcripta? & conficta? quot nugæ circumferuntur? Domi quidem habemus nos Chriſtiani, quod expetimus; eo longe feliciores aliis, quod S. Scriptura, ſatis abunde nos cuncta docere poſſit modo nos ritè Spiritui Chriſti ſubmitteremus, penes quem eſt omnis veritas; & tamen ad Ethniciſmum ejuſq; habitus profanos perdite recurrimus: ibiq; nos doctores ejus inſtar Dei creamus, noſtros informatores: Ex tenebris lucem accendere ſtulti cupimus.

Ac ſi

c ſi quis in tam perverſum & impium
onſenſum nobiſcum conſpirare nolit,
t talis in Jehovam blaſphemia confir-
netur; continuo aut hæreticum ex eo
ngimus, aut monſtrum tale, quod exilio
ne mora confeſtim ſit mulctandum ad
ninimum, ſi graviori ſupplicio, ſub ſpe-
ie recti, è medio protenus illum tollere
equeamus. An vero hi non ſint ſubti-
es, diaboli ungues? An nondum ſenti-
nus & cernimus nobiſcum cujus Spiri-
us aut patris potius filii ſimus? & quis
hoſter in tam cœca perverſitate ductor
it? Num hæc facinora verum Chriſti &
Spiritus ejus imaginem in nobis repræ-
ſentent? An non potius illi hæretici ſint
peſſimi, qui nos extra Chriſtum & ejus
imitationem unicam ad ethniciſmum
provocando ducunt, quàm qui nos ex
veteri Adamo in internum hominem
novum revocet. *1. Cor. 2. 15. & 2. Cor. 4.
16. Eph. 3. 16, & 4. 24. Coloſſ. 3. 10. & 1.
Pet. 3. 4. &c.* qui in Chriſto vere edu-
catur, ut toties docet D. Paul. Quid vero
Ethnici de hoc nos doceant, quod uni-
cè ad omnem vitæ notitiam & ſalutem
noſtræ in cunctis operationibus ſpectat?
An non Stagirita ille omnium craſſiſſi-
me Animæ ſtatuit mortalitatem? Quæ
impudentia id negare auſit? Quur ta-
men illi tanta informatio adſcribitur?
Ah ah Verbum Dei abundè nobis omnẽ
poteſt ſuggerere Sapientiam, & in eo
d 2 Spiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Spiritum Chriſti habemus qui cuncta doceat, etiam Deitatis profunditatem. Sed quùm ita perverſe omnia invertamus Deo, & Ethnicos ipſi Spiritui Dei, quem nobis ſolum Veritatis doctorem conſtituit, comparavit, & commonſtravit Chriſtus, præferamus, fit certe inde, ut nos Deus in cordis noſtri cogitata tradat, & nos in conſiliorum noſtrorum involucris ipſis lubentes ambulare ſinat, *Pſal. 81.12.* Inde imo meri litterales in mortua littera nos ipſi evadimus, nec ad efficaciam Spiritus pervenire aut eã attingere quimus. An non igitur merito nos captivos ducimus in præmio hoc debitè promerito? O dignam nobis vindictam Iehovæ, dum ita perversè alienos quærimus nobis doctores, & Chriſtum verum Sapientiæ doctorem cum Spiritu ſuo relinquimus? An non inde merito tot opinionum nos involvunt retia inextricabilia? Nimirum ethnicorum talis Sapientia nec debet nec poteſt aliter per habitum ſuum imaginativum informare ſuos diſcipulos, quam ut in multiplicitate ſua eos confundat & regerat dubios, quùm unitatem Chriſti reſpuant in ejus Spiritu; Quod idem olim accidit Iudæis, qui dum propriam ſibi juſtitiam ſtudebant conſtituere, juſtitiæ Dei ſubjectionem excutiebant, ut docet *Paul. Rom. 10.3.* Hæreſeos igitur peſſimæ ſe reos conſtituunt ipſi, qui alios

heic

eic in illa cœca ſui ethniciſmi cultura
: ejus habitu deteſtabiles reddere ſata-
unt. Et quis illis, qui incorrigibiles ſe
Deo & omni pietati ac probitati præ-
tant, quid ſcriptum & dictum velit? Sa-
iant illi ſibi, quouſque poſſint. Sed tu,
Chriſtiane lector, dum oculos tuos ad
nunc convertis libellum, memor etiam
is ejus, ut animum afferas manſuetum
affectuumque omnium præ judicio va-
cuum, & nemini niſi Chriſto ſyncerè
juxta renatum hominem cordis inter-
nè ſis adſtrictus. Sic tandem ſacrum &
ex ſchola Spiritus S. productum agnoſ-
ces calamum, atque tuæ informationi
piè inſervies. Non enim omnibus, mul-
to minus iis qui in Spiritu mundi ſibi
cœci juxta habitum ſuum vivunt, hæc
ſcripta ſunt, quum in pluribus nova qua-
ſi lingua inſtar Apoſtolorum loquatur:
Author *Act. 10. 45.* ideoq; carnales affe-
ctus heic neq; quidquã obtinebunt, qui
nihil niſi inverſiones malignas cum ca-
lumniis exaſperatas ex optimè dictis
colligere noſcunt. Caveas, mi homo, in-
de, ne te temerè in blaſphemiam contra
Spiritum Dei præcipites, qui vividum
explicatorem ſe donorum ſuorum etiam
in hoc viro oſtendere voluit, ut Sapien-
tes mundi Habitualiſtas convelleret.
Quippe ejus dona ſunt varia & immen-
ſè gratuita. *Matt. 10. 8. Rom. 12. 6. & 1. Cor.
12. 4. 5. Eph. 4. 7. Apoc. 22. 17.* Memine-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ris heic igitur, quàm ſevera Chriſti [...] prohibitio de peccato in Spiritum San[...]ctum, quod neque in hac, neque in futu[...]ro remittatur ſeculo *Matt. 12. 31. 3[...] Marc. 3. 28. Luc. 11. 15. & 12. 10. Hebr. 6, [...] 6. & 10. 26 & 1. Ioh. 5. 16.* Bene hoc con[...]ſidera & perpende tecum, antequam [...] quid præjudicio effutias aut condemnes. Non heic quid rei cum quoquam eſt mihi. Sed omnia charitatis ergo pro[...]fero, quùm cœcitas miſeriaque morta[...]lium me adeo afficiat, & cuique ſanio[...]rem ſenſum & vitam in pietate integr[...] exoptem ex animo. Magna ſanè & in[...]gens eſt diſcrepantia inter Sapientem hujus mundi, & θεοδίδακτον ſive ex Deo edoctum, quem Sanctum etiam dicas. Doctus mundi ab externo ex litteris habitualiter quid addiſcit: Sanctus vero ex Deo, & internè ex Spiritu Dei, ſive ex unctione, quæ nos omnia docet, ut ait *D. Iohan. 1. Epi. 2. 27.* Doctus mundanus ex habituali compactione Verborum callet artem ſuam: at Doctus ad regnum cœlorum omnia ſapit in potentia. *Arnd. de V. Chr. lib. 3. c. 1. Brel. in Vind p. 703.* Fortè heic ſat poſſim proſpicere, quæ ex *Sennerti. d. l. c.* 6. & aliorũ profanis conceptibus objicere valeas nobis; Verum ne temerarium agas præpoſterè, id non tantum deprecor; ſed etiam ne vana aliorum & profana auctoritas te nimium tibi occœcatum

reddat,

eddat, ipſeque nonnihil in cunctis præ-
onceptis opinionibus paululum defer-
eſcere diſcas, dubiaque nonnulla tibi
ntercipiantur; Ecce in hunc finem Præ-
nonita eximia B. Lutheri & Arndii ti-
i ſanctè dedicata offero, quæ fideliter
dſervando tibi obſerves, & Valeas in
Domino feliciſſimè.

D. Martinus Lutherus in Poſtill. de an-
no 1532. ſupra Euang. Ioh. 1.
in Nat. Chriſti.

*De profanis & ethnicis Verbi Dei corru-
ptoribus ex Sapientia falſa, & è con-
tra de vera Spiritus S. illumi-
natione in cordibus noſtris.*

FIdes vera lux eſt, qui hanc non habet vividam, ille in rebus divinis nihil intelligit. Imo longè melius eſſet, quod ille nihil in Bibliis noſceret aut legeret; quia ſemet ipſum & quemlibet paſſim ſeducit profano ſuo lumine. S. Scriptura enim non permittit ſe intelligi niſi per Fidem. Id. in ſupra Magnif. Ideoque planè certus ſis in hoc, quod Doctorem S. Scripturæ nemo tibi ſit effecturus, niſi ſolus Spiritus Sanctus, idque ex cœlis, uti Chriſtus ait. *Ioh. 6.* Omnes debent ex Deo eſſe docti, &c. Nemo vero ex Spiritu S. id habebit, niſi id prius experiatur, tentet, & exploret: Atque in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ea experientia docet Spiritus S. ſuc velut in propria ſua Schola; extra qua nihil addiſcitur, niſi verba fucata, & i anis loquacitas. *Id. in Tract. de Ser. a* Verbum Euangelii fruſtra auditur, n Pater ipſe intus loquatur, doceat & tr hat. Nemo mortalium ſequitur niſi P ter intus indicet, & trahat: Impius no accedit, licet audiat Verbum, niſi Pat intus illum agitet trahendo ac docea Hoc facit; quando ſpiritum ſuum dona Iſte tractus longè alius eſt, quàm qui f ab externo: quia internè monſtratu Chriſtus, & manifeſtatur per illumina tionem Spiritus S. ibi omnium dulciſſi mo tactu homo trahitur ad Chriſtum; a potius perpetitur loquentem & trahen tem Deum, quàm quod ſemetipſum quæ rat, & ſibi currat, &c. *Id. ſupra. Pſal.* 11. Simulac vero ſpuma argenti ſplendet, & ſe in fraudulenta ſpecie adſpici ſinit, quaſi argentum ipſum referret: Ita quoque ſe res habet cum illis, qui S. Scripturam abſque vero genuino intellectu Spiritus tractant: ibi certè non Verbum Dei, ſed ſaltem humanum eſt Verbum, ſicuti nec quid niſi ſpumam & ſordes ſuas docent. Ideoque nec per id poteſt quidquam purgari, probari aut meliorari; de *quo Eſa,* 1. loquitur: argentum tuum in ſpumam evaſit, & vinum tuum in aquam degeneravit: etiam *Staupicius. lib. de amor. Dei c. 6.* Nuda littera Novi Teſta-

menti

enti abſque gratia mortificat; atque li-
et Chriſtum hiſtorico modo ante ocu-
os nobis depingat , & doctrinam ejus
uribus infundat noſtris ; quùm tamen
piritum Chriſti non in cor introducat,
altem abſque fide & gratia morti inſer-
it : Quippe etiam Judæi Chriſtum in
oculis , auribus & manibus geſtabant;
erum quia Chriſti Spiritum corde non
onciperent , propterea condemnatio-
es erant ethnicis, &c. Etenim hoc ma-
imè ſciendum & addiſcēdum eſt, quod
erbi cœleſtis & popularis & myſtica ſit
ocutio. Popularis ſpectat ad omnes, e-
iam pueris accõmoda;at Myſtica locutio
riplici nititur Magia,& naturali,& caba-
a, & Theoſophica , ut ita gradibus ſuis,
maximè ſit diſtincta,ceu P. docet 1.*Cor.*
14.Vnde plenus iſte intellectus ex mero
dono Spiritus Sancti & revelatione pro-
fluit , nec prophetiæ omnes ſunt capa-
ces, &c.

Lutherus in lib. de Libertate Chriſtiana.

EX iis clarè videre poteſt quilibet, quomodo Chriſtianus homo liber ſit ab omnibus & ſuper omnia , &c. Hic quæres : Si omnes,qui in Eccleſia ſunt, ſacerdotes ſunt, quo nomine diſcernuntur ii, quos nunc ſacerdotes dicimus, à laicis? Reſpondeo, Vocabulis iſtis , ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

cerdos, Clericus, Spiritualis, Eccleſiaſticus, injuria facta eſt, dum à reliquis Chriſtianis omnibus rranſlata ſunt ad paucos iſtos, NB. qui nunc uſu noxio Eccleſiaſtici dicuntur. Scriptura enim ſancta nihil diſcernit inter eos, niſi quod miniſtros ſervos, œconomos appellet, qui nunc Papæ, Epiſcopi, Dominique jactantur, qui cæteris ſerviant miniſterio Verbi, ad docendam Fidem Chriſti & libertatem fidelium, &c. Omnia ſunt libera nobis per fidem; & tamen omnia ſerva per Charitatem. *Tom.2.lat.p.158.* Inde quilibet Chriſtianus, ſervata cordis dulcedine, & unitate corripere fratrem & diſſentire ab eo debet. *Tom. 1. lat.p.406. Melancthon.ap. Bred. in præf.* Tyrannis fuerit, vetare quenquam in Eccleſia ſententiam dicere de religione. Debet id eſſe omnibus liberrimum, modo ne privati affectus admiſceantnr, &c. Chriſtianus enim (*ait Luth.Tom. 1. lat.p.485.*) Omnipotens, omnium Dominus, omnia habens, omnia faciens, prorſus ſine peccato.

Luther.

Luther. de Magiſtratu ſeculari in part. 2.

Quouſque ejus poteſtas in cauſſa religionis & cogendis conſcientiis ſe extendet. Inſignis Locus, & planè aureus, cunctis notandus.

AD ſtatum, & principalem hujus ſermonis partem jam accedemus. Poſtquam enim ſublimiorem mundi poteſtatem, in hoc terreſtri ſeculo neceſſariam eſſe oſtendimus, & quo pacto Chriſtianè & rectè eo utendum ſit: continuo docendum eſt, quouſque ejus poteſtas & juriſdictio extendatur, quamque latè pateat; ne fortè plus æquo progrediatur, atque in Dei regnum & principatum impetum faciat, &c. Mundanum regnum eas habet leges, quibus corpora & fortunæ mortalium ſunt ſubjecta: præter hæc nullum jus, nullam habet poteſtatem. Animum enim mundanis legibus conſtringi, nec vult Deus, nec ferre poteſt, qui ſolus in eum habet jus & imperium. Itaque ubi ſecularis magiſtratus temerè attentat ferre legem animis, manus immittit in Dei poſſeſſionem, ut ſeducat animos, perdatque. Hoc ipſa luce clarius reddemus, quo intelligant noſtri epiſcopi & Principes, quàm ſtultè agant, ne dicam impiè, dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſuis edictis & legibus conantur mort[ales]
les cogere, ut ſic vel ſic credant. Si qu[is]
hominem ſuis Decretis & legibus vo-
luerit adigere, ut hoc vel illud creda[t]
pro ſuo arbitrio; certiſſimum eſt, no[n]
adeſſe Verbum Dei. Quod ſi abſit, cer-
tius eſt Deo diſplicere, quàm placere[,]
qui Fidem noſtram nudam & puram
vult, ſuper ſolum ejus Verbum extru-
ctum, ut *Matt.16.* inquit: In hac Petra
conſtruam meam Eccleſiam. Et *Iohan.*
10. Oves meæ vocem meam audiunt,
& agnoſcunt me: Alienam autem no[n]
audiunt; ſed fugiunt.

Vnde ſequitur, ſecularem Magiſtra-
tum, nimia temeritate præditum, ani-
mas ad æternam mortem impellere his
coactionibus. Cogit enim homines cre-
dere, id gratum & acceptum Deo eſſe,
quod certius eſt ipſi diſplicere, quàm
placere, quùm Verbi divini teſtimonio
non probetur. Qui enim credit, id eſſe
verum & certum, quod falſum eſt &
incertum, is poſthabet veritatem erro-
ri & mendacio, & amplectitur pro ju-
ſto injuſtum. Quare inſaniunt inſigni-
ter iſti, & ſunt deducendi ad agnatos
& gentiles, qui præcipiunt Eccleſiæ,
Patribus, Conciliis Fidem eſſe haben-
dam, etiamſi careant Verbo Dei; quæ
non Eccleſiæ, ſed miniſtrorum Satanæ
ſunt præcepta. Nihil enim Eccleſia, niſi
certum Dei Verbum, poteſt præcipere.

Petri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

etri teſtimonio. *1. Pet. 4.* Si quis loqui-
ur, divina loquatur oracula. Tunc enim
robabunt, ſua conſilia eſſe Dei Ver-
um, quùm Nibas (*ut aiunt*) cœciſave-
it. *Inſignior item ſtultitia, ſi quis obji-
iat; Reges & Principem, & Multitudi-
em ita credere. Apage cum tua iſta mul-
itudine. Neque enim baptizati ſumus in
Reges, Principes aut multitudinem; ſed in
Chriſtum ipſum & Deum; ex quo Chri-
ſtiani vocamur, & non aliquo horum no-
mine.* Animis enim nemo aut debet aut
oteſt aliquid præcipere, qui viam, quæ
ducit ad cœlum, eis commonſtrare non
noverit? Id verò præſtare nemo poteſt,
præter ſolum Deum: unde in iis, quæ
pertinent ad animam, nihil docendum
eſt, aut ſuſcipiendum, præter Dei pu-
rum Verbum & æternum. Præterea
quamvis ſtipites & ſtupidi ſint; cogun-
tur tamen fateri, nullum jus ſibi eſſe da-
tum in Animas. Nemo enim hominum
occidere Animam, vitæ reſtituere, in
cœlum attollere, ad inferos detrudere
poteſt; quod confirmat Chriſtus. *Matt.
10.* Ne formidate eos, qui interficiunt
corpus, quùm animam interficere ne-
queant; quin magis formidare eum, qui
poteſt & animam & corpus in gehen-
nam perdere.

His verbis ſatis, arbitror, conſtare, ab
humana poteſtate, & ſeculari Magiſtra-
tu exemptam eſſe animam, ac relictam
ſolius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſolius Dei poteſtati. *Iam dic amabo quantum rationis aut prudentiæ in eo ſit qui ſtatuit leges in eos, in quos nihil juris habet?* Quis hunc non Melitide vaniorem judicaret, qui imperaret Lunæ, ut pro animi arbitrio daret lucem? Quàm hoc bellum eſſet? Quod ſi Venetis Genuenſes, aut contra imponerent leges, aut aliquid imperarent, nonnè capita illorum eſſent helleboro purganda, ut ad ſe redirent? Et adhuc tamen Reges & Principes ita proruunt, ſeque à Papa, Epiſcopis & Sophiſtis, cœci à cœcis eo duci ſinunt, ut ſuis præcipiant, aliquid credere, abſque Dei Verbo: & interim Chriſtiani Principes, *ſi Deo placet*, dici volunt. Quid, quod poteſtas quævis, tantum ibi agere poteſt, & debet, ubi videre, cognoſcere, judicare, ſententiam ferre, addere & mutare poteſt? Nihil enim debet certius eſſe judicio, in quo omnia clara, explorata, meditata eſſe debent: Animi vero & cordis receſſus & arcana, ſoli Deo patent, qui ſolus *Act. 10.* καρδιογνώστης is appelletur, cui Vates quoque adſtipulantur multis in locis. Ex quo ſequitur, vanum & arrogans eſſe, imperare, aut velle vi cogere quenquam, ut ſic vel ſic credat, & teneat.

Quando violentia nihil proficitur, eſt alia via tentanda: horum ſtultã inſolentiã non ſatis mirari poſſum, qui, quum omnes fateantur, Eccleſiam nihil judicare

de oc-

occultis, ipſi tamen conantur tam arcana, tam divina, qualis eſt Fides, judicare, ſtatuereque. Jam & cuivis ſuum diſcrimen, atque periculum in hoc ſitum eſt, quomodo credat. Sibi enim videndum eſt, ut rectè credat. Vt enim nemo venire poteſt pro te vel in cœlum vel in orcum; ſic nemo credere poteſt pro te, aut non credere. Et ut in nullius eſt poteſtate, tibi cœlum & inferos claudere, vel aperire; ſic nemo te ad Fidem vel infidelitatem cogere poteſt. Itaque cùm poſitum ſit in ſua cujuſlibet conſcientia, quomodo credat, vel non credat, quomodo aut velit, aut poſſit, neque ad credendum quenquam impellere. NB. *Nihil debet eſſe tam liberum quàm Fides, & Religio, ad quam nemo poteſt vi adigi; utpote quæ ſit opus divinum in Spiritu S. Tantum abeſt, ut humana vis eam ullo modo poßit efficere, aut exprimere.* Hinc illud vulgatum, quo & Auguſtinus uſus eſt: *AD FIDEM NEMO NEC DEBET NEC POTEST COGI.* Id hæc miſeri cœcique quàm vani & irriti ſint illorum conatus non vident. Quantumvis enim ſive præcipiunt, ſive minantur; non tamen ultrà cogere poſſunt mortales, quàm ut eos ore manuve ſequantur. Cor enim nequeunt impellere, etiamſi rumpantur: ut verum ſit, quod vulgo jactatur: *LIBERAS ESSE A VECTIGALI COGITATIONES.*

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Quid ergo cogunt homines, ut cord
credant, quum ipſi perſpiciant, id no
poſſe fieri? Quur imbecilles conſcien
tias urgent mentiri, Chriſtumque ab
negare, & ſecus loqui, quàm in anim
habent, ſe alienis facinoribus atqu
peccatis onerantes. Nam quodcunqu
mendacium, falſaque confeſſio ind
promanat, eorum capitibus, qui adige
runt, imminent. Multo facilius era
ſincerè ſubditos ſimpliciter à ſcopo ab
errare, quàm impellere ad mendacium
& ad iſtas coactas confeſſiones. Si cu
pis jam ſcire, quur ſinat Deus Principe
agere tam impiè & atrociter? Accipe
Permiſit eos Deus in improbam men
tem, vultque extremam manum illo
rum conatibus addere, ut noſtris Spiri
tualibus. Officio enim ſatisfaciendum
purumque Dei Verbum nunciandum e
rat: Verum eo ſpreto, adſumpſerun
mundanorum Principum formam, mor
eorum Rempub. adminiſtrantes, in hi
legibus, ceu quæ ad corpus attinent
Itaque vices ſuas bellè permutarunt
&c. animas vexantes infandis latroci
niis. Pari ratione Principes & Optima
tes, quos decebat gubernare legibus æ
quiſſimis, omne Ius & Fas poſthaben
tes, jam nihil norunt, quam deglubere
dilaniare, vectigal ſupra vectigal, tribu
tum ſupra tributum imponere, negoti
publica lupis committere. Quo fit, u

neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

que Iuſtitiæ nec Veritatis , nec Fidei
n ullum veſtigium apud eos reſtet.
taque non mirum eſt, ſi res mortales
ſum eant, eas iis perturbantibus, qui
buiſſent ad tranquillum ſtatum redu-
re. Nam hi volunt ordine præpoſtero
imis & conſcientiis imperare: Illi re-
m mundanarum curam gerere. Ita ſa-
ra profanis miſcentur , & viciſſim alii
iorum ſceleribus contaminantur, Dei
que hominum odium in ſe concitan-
,donec una cum epiſcopis , ſacrificis;
no cum lenone præcipites ruant , &c.
ea patientur, quæ meruit eorum ſce-
ſta perverſitas. Ecce tibi ſuper Ma-
nates divinum Conſilium,cui fidem ne-
aquam ſunt habituri; ne tam ſeve-
um Dei conſilium iſtorum reſipiſcen-
entia præpediatur, &c. *Idem. Tom. 2.*
t. p. 8. Igne Charitatis Comburendi
nt hæretici , & quicunque impiè ſa-
iunt , & docent : Quem ignem , quia
ontempſimus , tradidit Deus nos in re-
robum ſenſum, ut carnifices fieremus,
hæreticos igne naturali comburere-
nus, rurſum comburendi & ipſi, &c.

Jdem Tom. eod. pag. 17.

Deum non tam habitu Ethniciſmi, qua propriæ revelationis virtute efficacem eſſe.

DEus ſolet infirmo revelare, qu ſummo ne dignatur quidem oſte dere, ut regnum ſuum ſit firmum in h militate, qua ſola ſubſiſtit, &c. *Id. To 1.lat.p.107.* Quid igitur ad te, ſi Don nus per Aſinum vel aſinam loquatur, d modo tu Verbum ejus audias, in qu ſperes atque credas? At impoſſibile e in Deum ſperare, niſi de omnibus creat ris deſperetur. *Tom.1.p.29.* Hinc qu que impoſſibile eſt, Fidem eſſe ſine adl duis, multis, & magnis operibus. *T. eo p.522.* Ac quod falſum ſit opiniſtarum axioma, quaſi Deus non amplius per re velationes agat, ſed Spiritui Dei per ha bitus profanos iſte modus omnino ſi occluſus, id abundè teſtatur S.Scriptu ra. *Ioel.2.28.29.30 Eſ.56.1.Iob.35.10.Dan 2.22.28.29.Matt.11.23.Luc.10.21.22. Ioh.12.38.Rom.1.17.18.& 1.Cor.2.10.& 3.13.& 14.30.& 2.Cor.3.14.18.Gal.1.16. & 3.23.Eph.3.5.Phil.3.15.& 2.Theſſ.2.3. 6.8.& 1.Pet.5.1.Act.7.55.56 & 16.8.9. & 18.9.10.& 23.10.11.Apoc.1.13.& ult.*

Arndus

Arndus in Præf. Theolog. Teutonicæ.

Quomodo diverſæ Chriſtianiſmi ſectæ ex Pſeudo-theologia ad Unitatem Spiritus Dei & pacem ſint reducendæ.

CHriſtiani & dilectiſſimi Fratres, toto notorium in mundo eſt quod intra 70. annos, multi centeni libri, de Chriſtiana Religione, doctrina & Fide, à diverſis ſectarum partibus conſcripti ſint, ita, ut nec vita hominis ſufficiat, ad omnes tales exhauriendos. Quid vero vitæ Chriſtianæ & veræ pœnitentiæ, pro-ſint, quæ ante omnia urgeri deberent, &c. id experientia docet, ut inde appareat, potius, quod Satanas tot annorum controverſias in doctrina propterea excitarit, ut vera pœnitentia & Chriſtiana vita, in quibus unicè Chriſtianiſmus ſubſiſtit, eo rectius impediri, & tandem funditus extirpari queant; veluti jam ante oculos eſt. Nam reſpiciatur modo mundus, an non è die in diem pejor evadat inde, quum in tantum controverſiis incumbatur, & quiſque ſcriptis atque refutationibus ſe dedat. E contra vero ab initio Chriſtianiſmi ſemper magis pœnitentia & ſanctitas vitæ Chriſtianæ expetita fuit, ut doctrina eo rectius in vitam ejus transformaretur: veluti etiam omnino hoc à Chriſtianis requiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tur. Quapropter hoc verum eſt poti
quod per id quo conſervatio Chriſt
næ Religionis ſperatur, illa multo citi
poſſit amitti & perdi. Quoniam ve
pœnitentia & Vita Chriſtiana ita mag
obruitur & extinguitur, ut fermè n
amplius cognitum ſit, quid vera pœn
tentia determinet cum nova vita, qu
tamen in nobili vita Chriſti conſiſtit
ejus imitamine. Idcirco ingens lapſu
eſt, quod in eo tã pertinaciter deſudetu
quaſi pura doctrina ſolummodo ſcribac
tate & diſputationibus in Scholis &
templis poſſit conſervari, ac interin
Chriſtiana vita oblivioni mandetur: qu
puritas doctrinæ non maneat aut per
durare poſſit apud impœnitentes, qu
Chriſto veritati æternæ, & luci æterna
vita ſua reſiſtunt. *Hoc ita eſt, verbis pro-pugnare doctrinam, facto autem vitaque eam d ſtruere*; alterum quidem erat faciendum; ſed ſine hoc principale minus omittendum: aliàs una manu fit ædificatio quidem, ſed altera perfida deſtructio. Et quidnam primo lux communionis habet cũ tenebris? Aut quomodo Chriſtus & Belial conveniunt? *2. Cor. 6.* Id eſt; Quomodo doctrina Chriſti ibi pura permaneat, ubi diabolus vitæ gubernator exiſtit? Vel, quomodo ibi puritas ſit doctrinæ, ubi Chriſtus ipſe adeſſe nequit, nec vivere? Si veri Chriſtiani eſſemus non verbis, ſed facto & veritate;

Lux

ux æterna mox nos illuſtraret, ut in Fi-
& doctrina poſſemus facile coire. Im-
oſſibile vero eſt, quod illi Spiritu & lu-
 æternæ Veritatis poſſint illuminari,
ui Christo Domino noſtro non in vitæ
nitamine ſequelam exhibent *Luc.* 2.
quippe Dominus profecto non fruſtra
xit *Iohan.* 14. Ego ſum Via, Veritas &
ita; quicunque me ſequitur non ambu-
t in tenebris; ſed lucem vitæ habebit.
æc imitatio de Chriſti vita unicè in-
lligenda eſt; & lux hæc vitæ, quam veri
ctatores Chriſti habituri ſunt, eſt lux
gnitionis Dei atque doctrinæ veræ, ob
uam per tot annos tam fervida fuit
oncertatio, dum quiſque ſuos articulos
ro veritate æterna vẽditat; id eſt, Chri-
i loco habere, ut inde conſtet ſatis,
uàm egregiè Chriſti ſit adimpletum
aticinium: Hic eſt Chriſtus: Heîc eſt
hriſtus. *Verum ubinam eſt Chriſtus, niſi
hic, ubi non ſaltem ejus Verbum & doctri-
a, ſed etiã maximè ejus vita ſplendet &c.*
 Neceſſario itaque iſtud heic Nota Ec-
leſiæ veræ addenda eſt, nempe, Amor ſi-
e Charitas, quæ nihil aliud eſt, quã no-
ilis Vita Chriſti: In hac, ait Chriſtus,
oſcemini quod mei ſitis diſcipuli: Quid
gitur prodeſt, quod ita ferventer pugne-
ur doctrinæ cauſſa, & interim vita Chri-
ti evaneſcat? Chriſtus etenim non ſo-
um ejus doctrinam nos addiſcere juſſit,
ed etiam ejus vitam potiſſimum ingre-

 di. Diſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

di. Diſcite ex me, ait; quia ſum manſuetus & corde toto humilis; quaſi diceret, ex binis iſtis virtutibus inchoamentum ſumite, & huic fundamento omnem reliquam vitam veſtram ſuperimponite. Quod ſi tanto cum fervore Chriſti vitam quiſque ſuo populo præfiguraſſet, quanta vehementia pugnæ pro doctrina ſunt ſuſceptæ; jam certe omnes ſtatus melius ſe haberent, &c.

Forma novi Teſtamenti non ſanè in externa conſiſtit modo littera, ſed in Spiritu: atque Spiritus iſte Chriſti format vitam; ceu id verorum Chriſtianorum cordibus inſcriptum eſt. Quorſum emaceratio cum tanta librorum copia tendat, quaſi Spiritus Dei penitus nobis eſſet emortuus, qui tamen omnium corda illuminat? Non certè fruſtra *D. Paulus* Iuſſit *Tit. 3.* ut omnes evitaret lites legis, de quibus uterque Paul. & Titus ingentia potuiſſent conſcribere volumina: Sed noluit, potiuſque hoc juſſum dedit doctoribus Eccleſiæ, ut hæreticum evitarent, ſi eſſet bis tervè monitus; cauſſamque hanc addit; quod in reprobum traditi ſint ſenſum. Ex quibus patet, quod erroribus & ſectis nihil incommodi objici queat: quum tamen vita ſanctiori, vera pœnitentia, ardentibus precibus optimè poſſent evinci & confundi. Namque Diabolus nihil curat ſcripta & diſputationes, (quùm eaſdem ipſe

longè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ge nitidiores formare queat) niſi po-
tia vitæ, virtus & preces adſint. Dia-
ius nunquam acutum fugit diſputato-
n; at virum ſanctum ſæpius fugit.
Quod ſi igitur non fiat inchoatio à vi-
Christi, & pœnitenti vita, & quiſque
ſtigia legat Chriſti; nunquam ſanè ve-
lux puræ religionis nobiſcum adſer-
ri poterit; nec unquam in Doctrina u-
formitatem aſſecuturi ſumus, etiamſi
es acerrimas uſque ad diem extremũ
tenderemus. Imo quo longius vera
enitentia & nobilis vita Chriſti à no-
s abeſt, eo longius & magis puritas
octrinæ, vera & vivida Fides, Spiritus
& æterna lux à nobis recedent, donec
orſus tandem univerſum amittamus
hriſtianiſmum, niſi jam apud potiſſimos
t perditus. Quippe non quid conducunt
bri ad conſervationem doctrinæ pu-
e, ubi vita maligna agitur, & doctrinam
na expellit pugna: quoniam Veritas fu-
it impios, ac ſemper ſe ſanctis inſinuat
nimabus, efficitque prophetas & Dei
micos. *Sap*. 7. Imo oves Chriſti abhor-
ent ab omni pugna, & paucis ſunt con-
entæ, ſi Chriſti vocem ſaltem audiant,
&c. Corda hominum noſtri deberent eſ-
ſe libri, non atramento ſcripti, ſed vivo
Spiritu Dei; &c. quem Chriſtus nobis
promiſit, quod ille nos in omnem veri-
atem debeat ducere. Jam vero illum ita
reſpuimus, ut querela Dei verè in nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

quadret. *Ier. 2.* Me vivam ſcaturiginem deſerunt, & ſibi heic illic fontes effodiunt, qui omni carent aqua: id eſt, ſunt homines, qui ex fundo cordis me non quærunt, ſed tantum in externis hærent; in quibus ſibi cultum divinum confingunt; dum interim in intimo cordis fundo nihil eſt, quod vividam ardoris erga me ſcaturiginem edere queat, &c. Quū igitur Spiritum Dei cum fonte Veritatis dereliquerimus, & in universum à vita Chriſti receſſum fecerimus ita, ut nil amplius ex vero Chriſtianiſmo nobis ſuperſit, quam nudus nominis titulus, quomodo inde vera lux nobiſcum ulterius perdurare poſſit? &c. Veritas non eſt, niſi unica, nec alia ad eam niſi unica via. Hæc vero ſemita, nil aliud eſt, quam vita Chriſti: qui hanc tenet ambulans ille ad Veritatem pervenit ipſam, id eſt Chriſtum, uti ipſe *Ioh. 14.* teſtatur dicẽs: Ego ſum Via, Veritas & Vita, &c.

Si jam hanc teneremus inambulando fideliter viam, & ſequeremur per eandẽ Chriſtum in vita ejus, non aliis indigeremus monſtratoribus; ſed Chriſtus mox quoque nobis lux fieret, ut in una conveniremus Fide & Spiritu &c. Jehova miſericors & ſummus id nobis largiatur cunctis maturè. Amen.

Mich,

Mich. 6. 8.

Compendium univerſale vitæ Chriſtianæ in cunctis membris Chriſti.

DIctum eſt tibi, ô homo, quidnam ſit bonum, & quid Jehova à te expe-
at: videlicet; Verbum ſervare Dei, amo-
rem exercere, & humilem te præbere
coram Iehova tuo. Ideoque integrè ſyn-
ceros nos præſtemus in amore, ait *D.*
Paul. Eph. 4. 15. ut undique prorſus ado-
leſcamus in eum, qui eſt Caput, nempe
Chriſtum: Ex quo totum corpus con-
gruenter coagmentatum & compactum
per omnes ſuppeditatas commiſſuras,
NB. ex vi intus agente pro menſura cu-
juſque membri, incrementum capit cor-
pori conveniens, ad ſui ipſius extructio-
nem per charitatem. *16.* Qui non diligit
ille non novit Deum: quia Deus eſt
dilectio, *1. Ioh. 4. v. 8.* Hinc quicquid
ſeminaverit homo, hoc & metet. Qui
ſeminat carni ſuæ, ex carne metet inte-
ritum: qui verò ſeminat Spiritui ex Spi-
ritu metet vitam æternam, *Gal. 6. 7. 8.*
Inde quisquis præſtat voluntatem Dei,
manet in æternum, *1. Ioh. 2. 17.*

Act. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Act. 10. 34.

Petrus ore aperto dixit.

VErè jam deprehendo, Deum non reſpicere ad perſonam: ſed in quavis gente acceptum ei eſſe quemvis, qui Eum Timeat, & operetur Iuſtitiam. Qui enim juſtè agit, ille juſtus eſt, ſicut Deus eſt juſtus. *1. Iohan. 3. 7.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

AD IEHOVAM.

Hymnus deprecatorius.

Aufer immenſam, Deus, aufer iram,
Et cruentatum cohibe flagellum,
ec ſcelus noſtrum properes ad æquam
Pendere lancem.
i luant juſtam mala noſtra pœnam,
uis poteſt ſævas tolerare plagas,
uum nec ultricem ſpacioſa ferret
Machina virgam?
arce ſed noſtris miſerando culpis,
s pari clemens pietate miſcens,
ui manet ſemper proprium, maligno
Parcere mundo.
uur ſuper vermes luteos furorem,
umis, ô magni Fabricator orbis? (*vis.*
uid ſumus? quàm fæx putris, umbra, pul-
Glebaque terræ?
os parentales maculant reatus,
t caro mentem trahit imbecillem:
rgo tam ſortem fragilem benigno
Reſpice vultu.
a crucem, claves, ſcuticam coronam,
anceam, funes, rigidamque mortem
ter iratam meditare dextram,
Et mala noſtra.
on opus ſummi pereat Magiſtri,
ec ſinas caſſam fore paſſionem,
orde ſed manans lavet omne crimen
Sanguis & unda.

Hoc,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Hoc, ratum quo ſit, facias, precamur,
Omnibus nobis, reſidens Olympo
Qui Deus ſemper dominaris orbi
Trinus & unus.

Meditatio Cotidiana
A D
Iheſum Immanuelem noſtrum.

IHeſu, Principium meum,
Idem finis ades mihi;
Facta, oro, mea tempora
Sancto in vulnere Sanguinis
Abſtergens mihi crimina.
Fac, ut cum Patre Spiritus
Adſit perpetuo mihi;
Me ducat, regat, incolat,
Nec deſit tua gratia
Cordi, cœlica nec Fides;
Adam ſed Tibi ſim novus,
Ceu promiſſio ſert tua.
Ah lucem mihi præferens
Tu duc tramite me tuo,
Verbi dico viam Tui;
Ac da, rebus in omnibus
Abs Te ſemper ut ordiar,
Fidus progrediar Tibi,
In Te denique deſinam,
Ac vivam & moriar Tibi;
Arbor ne ſterilis ſiem:
Mundus nil alias mihi

Lucro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Lucro proderit in ſuo,
Et vita minus in ſua,
Ipſe hoc ritè ſat ut mones:
Ni Tu des, miſeri nimis,
Nobis proficimus nihil:
Quin & nil ſimul hinc ſumus;
Quum nos ſimus id unicè
In Te, quod dederis bonus.
Ergo Principium meum
Es Tu, finis & hic manes
Vitæ perpetuo mihi.
Id Tu perficias modo
Quod crux, mors, meritum, cruor,
Et promiſsio fert tua.
Audis hoc Deus? Audias
Ihova; hoc cotidiè precor.

Verbi cœleſtis aura conſtans & fidelis verum probat Hominem Chriſtianum

Pſal. 56.

O *Ihova promptus ſis ope mî tua?*
Mortalium nam me furor improbus
Glutire tentat, pugna quorum
Cotidiè improbitate fervet.
Hoſtes mei me continuis premunt
Technis, & omnes undique congerunt,
In me dolos, dum ſe ſuperbis
Cenſociant feritatis armis.
Hinc quando pectus concutitur mihi
Horrore tactum, meque pavor tenet

Captum

Captum fremens; in Te, Iehova,
Spem placidæ Fidei repono.
4 *Verbum Iehovæ perpetuo canam:*
Sperabo fidum rebus in omnibus
Mihi Iehovam, nec timebo:
Quid caro mî faciat furentum
5 *Calumniis me cotidiè ſuis*
Hoſtes fatigant: Huc animi ſui
Omnes reſolvunt cogitatus,
Vt mihi damna creent maligni
6 *Hinc congregantur cœtibus in ſuis,*
In meque miras inſidias ſtruunt?
Greſſus meos cenſent notando,
Vt cupiant animam miſelli.
7 *Quodcunque patrant auſibus improbi*
Impunè fingunt ferre nefas ſibi:
Tales gradu Iehova ſummo
Deijciat, neque curet ullum.
8 *Meæ labores Tu numeras fugæ;*
Quaſcunque fudi lumine lacrumas,
Vrna reponas: Quin tuis hæc
Cuncta tenes memor in tabellis.
9 *Hinc jam meorum perfidus hoſtium*
Cœtus retorsus concidit: invoco
Te quando, perſentiſco, certus
Tu mihi quod Deus eſſe pergas
10 *Verbo Iehovæ fretus in omnibus,*
Laudabo vocem perpetuo illius:
Imo Dei Verbum perenne
Laude pius celebrabo ſemper.
11 *Totum Iehovæ dedico me mea*
Spe, nec tremiſcam, quæ mihi tætricus
Intentet hoſtis: Namque clades
Quas

Quas mihi vis hominum faceſſat?
12 *Quæ nuncupavi vota tibi, Deus,*
Et dedicavi ſingula, debitè
Cum gratia gratus decenti
Cuncta Tibi in pietate ſolvam.
13 *A morte triſti quippe Animam meam*
Tu liberaſti, & lubricitatibus
Pedes meos, in luce poſſim
Vt tibi vivus obambulare.

Piorum Oſores & Calumniatores ſibimet ipſis exitio ſunt.

Pſal. 64.

1 *IN voce triſti, quæſo Deus, meas*
Audi querelas, atque frementum
Ab hoſtium defende dira
Sævitie mihi, Ihova, vitam.
2 *Cœtus malorum quantus in omnibus*
Sit machinis, Tu, Ihova, vides ſatis:
Abſconde me tegendo ab auſis
His operantium iniquitates.
3 *Ab cerne, linguas exacuunt ſuas*
Draconis inſtar, ſpicula dum mihi
Verbis acutis tincta multo
Conficiant rabidè veneno;
4 *Ut clanculum ſic perfodiant ſuis*
Pios ſagittis, cordis & integros
Innoxios imo repente
Abſque metu jaculantur omni.
5 *Auda-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

5 *Audacibus quin conſiliis dolos*
Conſarcinant, & ,retia ponere
Se velle,dicunt,tecta cunctis;
Talia num videat quis? aiunt.

6 *Quod arte callet quiſque ſua,valet*
Quod fraude,ſecum quiſque ſilentio
Id concipit;ceu ſunt profundi,
Sic quoque calliditate pollent,

7 *Aſt Ihova telo de ſubito ſuo*
Fortique figet cuſpide perditos,
Vt facta ſint cuivis dolori,
Sic animo feriet malignos.

8 *Quin lingua præcox propria peſſimè*
Involvet illos exitio ſuo,
Ludibrium cuique ut videntì
Exhibeant merito pudore.

9 *Et quiſque ſaltem talia qui notat*
Limis ocellis,inquiet, hoc Deus
Perfecit ipſus;ſentiendo
Cernet opus validum Iehovæ.

10 *Hinc corde juſti lætitia frement*
Summa in Iehovam,ſpe ſimul aurea
Iſtum fovebunt, & piorum
Concinet huic ſacra turba laudes.

JEHOVA SALVS MEA.

IN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

IN

IOHAN. ANGELIVM Werdenhagen. I. C. C.

de Symbolo ejus & inſigni Animæ roſaceo dulciterque roſcido.

DVm Chriſto plures lucratur, & eripit Orco,
Fallor, an Angelius Angelus eſſe poteſt?
Sit tibi Dux Chriſti Crux, ſit Roſa vivida ſemper,
Si Crux dura premit, te Roſa odora levat.
Quas Crux enervat vires; quæ corda fatigat,
Vivifico reficit mox Roſa odore ſuo.

Aliud Carm.

Ad eundem ejuſdem, de Calumniatoribus diris I. A. W.

AD novæ mentem Solymæ Sionis
Dum viam monſtras ſine fraude tutã,
Et brevem, plures rapis è ſceleſti
Faucibus Orci;
Et domas vanos ſophies miniſtros,
Spiritum mundi, logicoſque, Sancto
Spiritu Chriſti, & Fidei, ut triumphet
Iheſus in Orbe.

f Te Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Te Satan frendens rabidâ canum vt
Cingit, infeſtat, ſua tela vibrat
Dira: Proh! quantum eſt, Satanæ furenti
Vellere barbam!
Sed fremat Dis, Styx, ruat orbis axis,
Ignis abſumat mare, flamma terram:
Quid times geſtans valido repoſtum
Corde Iehovam?
Nil canes, venti mare, mundus in Te,
Nil Satan juris tenet: Eſt potentis
Cauſa nam Chriſti, Duce quo ſub uno,
Victor ovabis.

Lub. meritoque faciebat

Iohannes Scorbetius Medic. Lubeccenſ. Dan.

ANAGRAM-

ANAGRAMMA
IN
Nomen ejuſdem.
I. A. W.

Oh Ingens Vernas laude In Genua.

INgens ingenua candoris laude per orbem
Vernas. Oh! quænam laus ea ſit potior?
Vſq; Fide ſatagis quemvis præſtare Iehovæ
Ipſe ſimul Fidei præſidium peragis.
Inde Iehova tuo benedicet ritè labori,
Quod precor, ut prompto Pneumate perficiat.

Magiſter Iohan. Bergerus
Hal. Sax. P. L. C.

Ad Eundem.

QVid de tuis ſit, Iane, periculis
Porro futurum, quando ita ſtrennuè
Vrges Iehovæ Verba ſancta,
In pietatis amore fervens,
Intelligis Tu jam ſatis ipſemet.
Præſcire nobis multa quidem datur.
Quum perſecutores ſceleſti
Cuique bono exitium perenni
Labore dirum nectere geſtiant.
O quàm cruentas ſæpius hinc manus

Pridem ipſe ſenſiſti! Malorum
Quanta abolere fuit necandi
Te cura? Quantâ ſævitiâ peti
Niſum tuum, ſat vidimus anxij!
Crudeliter ſtratus periſſes,
Cœlitus ipſe niſi fuiſſet
Favore ſancto Ihova potentior.
Sed perge Verbum, quod facis, Entheum
Efferre conatu fideli,
Et facili celebrare cantu.
Nam Spiritus te cœlicus evehit
Excelſius, nec te ſinet obrui
Technis, vel ulla perfidorum
Nequitiâ, rabie nec orci.
Ferêre fluctus tu ſuper arduos,
Sortemque cunctam, luminis alite
Tam lucido: quin & perennes
Fama tibi numerabit annos.
Quum perditas tu rectituas piis
Reſpublicas jam ſolus, & aureum
Exinde ſaculum Chriſtianis,
In nitido revoces triumpho.
O ſi liceret te ſequier modo
Nobis, beatos efficeres tui
Sonoris omnes cantilena?
Sic animos penetrare noſti.
Idola quæ ſint perfida, ſingulis
Monſtras apertè candidus, acriter
Inſurgis & contagiorum
Contra acies nimium valentes.
Sic falſa monſtras quid Sophia ſiet,
Et terminis quàm ludat maxibus,
In vanitati quemque nugis

Deci-

Decipiens, habituque falſo.
Hac quando tali disjicis impetu.
Ut te ſtupeſcat quiſque pius ſacrum,
Quid amplius vel gratulemur
Solliciti, aut tibi comprecemur?
Nil inde cures, quale Calumnia
Viroſa virus evomat, Angeli:
Virtus tua & doctrina cœli
Me mihi ſurripuêre pridem.

Aliud ejuſdem.

In nomen verè Cælicum Angelii, & ejus monita ſeverè vera.

NUncius Angelius Ihovæ fuit, omnia pridem
Dum nunciavit debitè quæ ſingulis
Chriſtadûm veræ potuiſſent eſſe saluti,
Auditus ipſe ſi fuiſſet debitè.
At nunc dum vobis iterum tam ſancta revelat
Denuncians, quæ jura cœli poſtulant,
Angelium ſpectate, viri, ſpectetur ut illud,
Quod abrogatio requirit Numinum.
Namque alios neſcit divos perferre Iehova,
Blaſphema ut hoc tulêre vatum tēpora.
Hoc ſi neſcitis, propter tam perfida, bello
Vos jam necat, fame atque peſte cœlitus.

Iohan. Schraderus Eccleſiaſtes Alvenſchlebienſ. S.P.L.C.

Ad Eundem Legatum.

V Ita, Iane, tua gaudent nunc Elmus &
Albis,
Eloquioque tuo conſilioque tuo.
Ah tecum pariter colerent ſacra cœlic
cuncti,
Sanctior inde foret gloria Parthenopes?
Balthiacis quod enim Cothmannus, Gro
tius oris
Belgarum, Italiæ quod Sadoletus erat;
Hoc tu Saxoniæ præſtas feliciter, illa
Vt te vix noſtri Sanguinis eſſe putet.
Angele, ritè places, Decus eſque maneſqu
piorum:
Tutoremnè ferat Clara ea Virgo parem

M. Ianus Vicoſtadius Eccl.
Borshol.

Ad Eundem.

Anagram. Ah non ignarus: inde
verè elegans.

D E ſe, ſuâque gloriantur plurimi
Arte inſolenter, futili ac inutili
Faſtu tumentes: Non agit Ian-Angelus
Sic VVerdenhagius, Iehovæ floſculus.
Namque Alpha doctos inter hic quum
ſit viros;
Criſtas tamen non erigit procacior:
Diſſimulat eruditionis copiam

Et ſert-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſcrinium cordis, refertum floribus
rtutis & ſcientiæ fragrantibus
ſtanter ipſe haud prædicat: Modeſtia
ſal vitæ) eum commendat, & ſolertia:
udet tamen præ cæteris perenniter
deſſe cuivis nomine & facto pius.
cleſiæque verna Chriſti dicier.
Plus ſemper in receſſu habet, quàm primulum
fronte præ ſe fert: ſub omni ſcibili
lmam eripit (tabeſce Mome) maximis.
navus ah non eſt Sophorum in atrijs,
d Veritatis veriori in ſemita:
ec eſt Dices Ignavus in conflictibus;
Aſt quæ Iehovæ comprobat ur legibus.
Inde Elegans verè patronus eſt pijs,
ti hoc fuit pridem ſuis Saxonicis,
t Magdeburgicæ Vrbis optimus: Deus
uem perpetim ſervare non hinc deſinet,
t ſic pijs vivace vivat gloria.

M. Ioh. Bergerus Hal. Sax. P. L. C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

AD
LECTOREM
Chriſtianum regreſſus Auctoris.

OMnes rogatos vult bonos, quàm maximè
Angelius, omnes Chriſtianos undique,
Qui hunc libellum perlegant, ſi offenderint
Quidquam, quod alienum à Sacris Myſteriis
Videatur, antè ne improbent, quàm intelligant;
Nec protenus mali imputent ipſi hæreſin,
Vt impiorum hic eſſe mos dirus ſolet,
Quam Spiritus Iehovæ amorem ſentiant.
Nam recta ſentit cum piis, & adſerit
Quæ firma Chriſti comprobat conſenſio,
Imo Iehovæ quæ ipſa mandat juſſio:
Ceu cuncta, quæ ſcripſit, bona ſcripſit fide,
Cujuſque in ædificationem proximi,
Mente ut fideli poſuit iſthæc omnia:
Nec factioſum ferre genus hominum poteſt,
Nec ethnicum, qui cuncta nugis complicant,
Et, ut eſſe videantur aliquid, vetera elevant,
Græcaniciſque cuncta deputant ſuis,
Semperque gentium efferunt ineptias;
Quin cæteros exinde clamant barbaros,
Sentire ni velint idem cum talibus;
De induſtria, rectâ deerantes Via?

Si quid

Si quid per imprudentiam dixit tamen,
Quod parte ab ulla claudicare ſentiant
Clementioris & bonæ mentis viri,
Vult eſſe non dictum abolitumque funditus,
Et ipſe jam ſic abrogat dicti fidem
Si cum Iehovæ Verbo id non conſentiat,

Symbol.

IEHOVA SALVS MEA.

IN

Perſecutionibus cunctis, ex Pſalm. 27.

1 *IEhova lux eſt, atque Salus mea;*
Mortalium quem num timeam? Meæ
Eſt Ihova vitæ robur, & vis;
Quem fugiam tremebundus hoſtẽ.
2 *Ergo ſceleſtûm factio quum parat*
In me furorem, devoret ut meam
Carnem minaci dente: prona
Mox aderit propriæ ruinæ.
3 *Stent caſtra circum, ſtent acies licet;*
Non corde firmo me quatient tamen:
Si confluant bello phalanges,
Numine nitor ubique Ihovæ.
4 *Hæc una voti perpetuo mei*
Eſt ſumma, fervens quam toties peto,
Et expeto ſemper, Iehovæ
Perpes in æde ſacra colonus
5 *Vitam quietam tranſigere ut queam:*
Heic quàm beabor, ſi laquearia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Spectare lætus ſancta Ihovæ,
Illius atria viſitando!
6 Nam me receptum tempore turbido,
Tentorij umbrâ protegit in ſuâ,
Dum me tabernacli latebris,
Rupi itidem ſolidæ reponit.
7 Ac, ne relictus nunc videar, malis
Alto ſolutum vertice ab hoſtibus,
Me qui nefanda clade cingunt,
Hoc caput expediet periclis:
8 Et ſic, in ejus ritè Sacrario,
Laudum piarum reddere victimam
Non deſinam: quin & Sonabo
Carmina, dulce meloſque Ihovæ.
9 O Ihova, vocem Tu percipe meam,
Quando benignum Te mihi poſtulo:
Mei miſerator ſis fidelis;
Excipiasque preces vocantis.
10 Verbum tuum Cor, Ihova, Tibi objicit
Meum: Requirat quis faciem meam,
Tenetur ut quivis; Iehova:
Inde Tuum quoque poſco vultũ.
11 Aſt quæſo frontis ne faciem tuam
Vertas retrorſum à me, nec, in igneo
Furoris æſtu, Tu miniſtrum,
Ihova, tuum penitus repellas.
12 Es namque præſens auxilium mihi;
Neu deſeras me, nec retrahas manum
A me Tuam ſerves precantem,
Ihova, meæ Deus es ſalutis.
13 Nam me parentes deſtituunt mei,
Nec cura matrem tangit amabilis
Nati amplius; ſed me Iehova
Suſci-

Suſcipit, atque fovet relictum.

4 *Iehova, monſtra Tu mihi ſemitam,*
Me, quæſo, recta tramitis orbita
Ducas Tui, dum ſic malignos
Quiſque dolos mihi nectit hoſtis.

5 *Ne me cruentæ trade libidini*
Ferocientûm: Falſiloquas enim
Teſtantur atteſtationes,
Abſque pudore, agitando iniqua.

16 *Mentita fingunt crimina quælibet:*
Aſt me tamē nūc ſpes tenet hæc, bonū,
Quod ſim Dei viſurus omne,
Vivida terra ubi floret ipſa.

17 *O fide Ihovæ, Mens mea, triſtibus*
Invicta damnis: Perfer, & exitum
Conſtanter expecta ſerenum,
Speque fove placidâ Iehovam.

Veri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Veri & falſi Chriſtianiſmi dif-
ferentia, in quo conſiſtat,
& quis utriuſque
effectus.

NIl Chriſtiano nomine uſitatius,
  In quo ſuperbum quilibet
Se gaudet efferre, & beatus dicier
  Exinde ſemper expetit.
Sed interim teſtatur ipſa Veritas;
  Vix eſſe quenquam, qui probè
Intelligat, quid Chriſtianum propriè
  In intimis determinet,
Aut ſanctitas quæ vera tali competat.
  Sic deviarunt ſinguli
A calle recto Chriſtiani nominis.
  O miſera Chriſtianitas,
Damnatione duplici digniſſima,
  Ceu Chriſtus ipſe enunciat,
Quæ multa clangit de Deo, & Verbo Dei;
  At intus omnino caret
Facto, Fideque, ac Charitatis munere?
  Nam diſputare plurimum,
Et venditare de Deo prægrandia
  Oris ſui tonitrua,
Ac inde magnos artis uſque terminos
  Mentaliter contexere;
Sed perſecutione proximum ſuum
  Vel fraudibus ſubvertere;
Aut ventris inde vel cutis mollem ſui
  Curationem ſumere;

Noviſſi-

ovisse,non eſt,Chriſtiani nominis
Quid veritati competat.
gas ait divinus ille Apoſtolus,
Deceptor iſte venditat,
ui ſe Deum noviſſe dicat,& tamen
Ducatur odio proximi.
Charitatis caſſa ſi ſit fructibus
Hominis Fides, eſt vanitas
vanitate vanior,tam nobili
Nec dignus eſt quis nomine.
des enim nequit renati dicier
Verè,niſi ſit efficax
Charitate proximi, hocque opus ſacrum
Suâ gubernet Spiritus
rtute,cordis in Renati viſcere.
Ex puritate ſingula
profluant hæc pectoris,Scientia
Nec heic ſit ulla proprio
nalitatis ex cerebro prodita.
Nam quicquid heic ex ethnica
rofanitate quis ſapit minus refert
In Spiritu quid luminis;
edum quod inde Veritatem cœlici
Haurire poſſit dogmatis,
t falſitas ſomniavit hactenus
Tam diſputacis ſeculi.)
hinc in confuſionem tradita
Tantam ſit hujus undique
æc Chriſtianiſmi fugax profanitas.
An Chriſtianus ethnicus
atus Deo poſſit dari,vel particeps
Chriſti vocari ſanguinis?
utralitatem Chriſtus agnoſcit minus

Vllam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Vllam: Sed omnem ſic magis
Condemnat Orco funditus. Concurrere
Num mixtione quapiam
Regnum Iehovæ, atrique poſſit tartari?
Ni Chriſtus, ipſe Veritas
Patris Iehovæ, prolocutus talia
Fuiſſet, & diſcrimina
Potuiſſet iſta, Chriſtianus ſat ſcio,
Hæc diſputaret ethnicus,
Diſtinctioni inde huic fidem dubiam imputans,
Ne cogeretur, unicè
Carnalitati emortuum ſe tradere;
Chriſtoque ſoli vivere
Solus, profanis viribus renuncians.
Sic raritas rariſſima
Eſt Chriſtianorum, repræſentantium
Chriſti Dei veraciter
Imaginem, in cordis ſinu, ore, pectore,
Cunctis & actionibus,
Vitaque totâ: Mortuos quin jam magis
Dicas Iehovæ ſingulos:
Imo ipſa belli diritas tyrannica
Monſtravit hæc ſatis, ſuo
Quos Chriſtus in regno pios invenerit:
Quam perfidorum copia
Hypocritarum magna ſe detexerit,
Quum quiſque maximè omnium
(Si tempus unquam ſuaſerit) jam ſupplicem
In deprecationibus
Offerre Chriſto ſe ſuorum criminum
Deberet anxiè anxius.

An, Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

*An, Chriſte, nunc id tempus inſtat ulti-
mum,
Quod conqueris ſic acriter,
Non ſit Fidem tuam in orbe paſſurum ul-
libi?
O Chriſte, juſtè conqueris!
Sic vivit idolis ſuis jam quilibet.
O Chriſtiani, rectius
Cenſere jam, dum tempus eſt, provinciam
Timore veſtram, diſcite.
Quid clamitando tot querelas nectitis
De bellicis furoribus,
Ac cladibus? Quid funditis ſuſpiria,
Per templa perque compita?
Fruſtrà abſque Spiritu precando hæc po-
ſcitis:
Certè eſt Deus promptiſſimus,
In Spiritu atque Veritate quis modo
Se ſiſtat illi, mortuus
Carni; Fide ſed vividus cum Gratia.
Deponite, ô deponite
Gentilitatis improbæ phantaſmata,
Et introite Filij
Templum Iehovæ, ſolus hic quod expetit;
Ac pœnitenti pectore
Oſtendite efficaciter veſtram Fidem,
In Charitatis fructibus,
Et vos Iehovæ Pneumati ſubmittite
Devotione humillimâ.
Manſuetus eſt at Chriſtus atque amabilis;
Amore gaudet exprimi.
Si ſic cummodo exprima is d bitè
In Charitate mutua,*

Mox

Mox damna cuncta Eccleſiæ cedent procul
Chriſtuſque ſe reddet ſuis
Amore certo & vivido credentibus.
Captivitate debitæ
Huic cæca ſi mens ritè ſe ſubjecerit,
Mox omne bellum corruet.
Non beſtialis quiſque ſaltem bellua
Sit, Pax adeſt Chriſti ſatis.

Iohan.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

TER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Figura Oculi Æternitatis, ſive Globi Philoſophici.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

OHANNIS ANGELII
Werdenhagen. I. C. C.

IN

ΥΧΟΛΟΓΙΑΝ
Veram I. B. Teut.

troductio, cum Parœneſi & occaſione hujus ſcripti.

QVANDO Politici de formis veris Rerumpub. inter ſe agunt, mirum certè eſt, quàm variarum heîc quæſtionum diſpu-
tionibus torqueãtur. & diffluant. Diffi-
ltas autem inprimis inde exurgit,
iod Majeſtatem cum ſuis juribus in
ixtis Rerumpubl. ſpeciebus non ſatis
ommode ſalvare queant. Vnde maxi-
e Germanos noſtros mordet, quod
odinus *in Meth. hiſt ſua cap. 6. & 7.*
nperium Romano-Germanicum Ari-
ocratiæ potius, quàm Monarchiæ ad-
nilare auſus fuerit, quum ille prorſus
ullam mixturam Majeſtati admittere
elit. Pugnant quidem, nec immerito,
rtiter plures pro Monarchia; attamen,
uum nec Ariſtocratiæ praxin in Impe-
o Rom. abnegare auſint, ſunt multi,
cutioribus oculis naturam Majeſtatis

& puram ſinceritatem nulli mixturæ affinem introſpicientes, qui certi quid decidere prudenter verentur; ſed potius rem omnem deferunt ad experientiam eorum, qui arcana Imperii & ejus negotia ſumma rectius introſpexerint. *Bernh. Renec. in diſp. de lege German. th. 7. Schutz ap. Matt. Steph. in diſc. acad. 17. concl. 7 pag. 204. Carp. de Capit. Caſa. c. 13. in princ. & alij plur.* Rectiſſimè quidem agunt, quum etiam exercitatiſſimis & acutiſſimis res hæc non ſit ſatis ad bene judicãdum obvia. Sed forte etiam alia ſubſit cauſſa, ut ad dubium tot æmulationum, quibus undiquè ſat miſere Reſpubl. communis laborans obnoxia eſt, eventum reſpiciant, ne quid temere & præcipitanter quid, contra veritatis obſervantiam, decidiſſe videantur. Nãque iam proh dolor! conſecuti ſumus ea tempora infeliciſſima, de quibus illud cum poëta pronunciare poſſimus merito.

-------- Diſcordia demens
Intravit cœlos, ſuperoſque ad bella coegit.

Namque an par dignitatis ambitus, aut ſuſpicio pertinax non ſit cauſſa diſcordiæ? *ait Ennod. in vita Epiphan.* Inde nulla ſpacia poſſunt eſſe ſatis diſcordibus: at quietis & pacificis etiam anguſta abundant, quum diſſonis moribus etiam ſpacioſa arctentur, *Ambr. in lib. de patriarch.* Sed quomodo fieri poteſt, ut homo in

mo in hominem non inſurgat? Neque enim inſurgit adverſus Angelos, quoniam nec illi adverſus Archangelos. Neque rurſus bruta plus quàm ſuperbia hominis & invidia efferti, & majores ſpiritus poſſunt concipere. *Chryſoſt. Homil. 30. ad Epheſ.* Quin hoc nomine quoque, *ait Nazianz. Orat. 25 cont. Arrian.* ſceleratiores ſumus, quod non exteros exteri, nec ignotos ignoti; verum noſmet ipſos mutuo & quaſi domeſticos domeſtici populamur; aut ſi mavis ejuſdem corporis membra cõſumimus nos invicẽ atque conſumimur. An non igitur ea conſecuti ſimus tempora ultima, de quibus Chriſtus vaticinatus eſt, ut & populus contra populum inſurgat, & regnum contra regnum? *Matt. 24. 7. Marc 13, 9. Luc. 21. 12.* Tempeſtas adeo ingens eſt, ut quiſque ſua contrahat vela, qui poſſit. Interim tamen veritatis indagatio uſque dulcis permanet, ut nemo non eam amare animitus debeat, quum ejus agnitio, via ſalutis ſit, *1. Tim. 2. 4. 2. Theſſ. 2. 10.* ſed quis eſt, qui in hac ardua quæſtione id ſatis ſit conſecutus? Varia heîc convehuntur argumenta ab iis, qui Monarchiæ Romano-Germanicæ præeminentiam Sacræ ſcripturæ vaticiniis appropriare laborant, quum eam omnino velint ultimam à prophetis prædictam, & ad finem mundi duraturam. *Dan c. 7. Apocal. 13 & 17. Napeir. propoſit. 14. &*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

24. Sleid. lib. 3 de 4. Monarch. Vaſq. controv. lib. 2. c. 1. n. 1. Inprimis *Norderm. diſp. de Jur. Princ. th. 11.* exemplo animæ comprobare nititur, quod Monarchiæ Ariſtocratia poſſit quidem ſubmiſceri, ita tamen, ut ad Monarchiam magis propendeat, indeque rectè ſic denominetur *juxta Keck. lib. 2. Pol. cap. 4.* Verba ejus ita ſe habent: In Anima quoque idem obſervari poteſt, *ait*; quæ quamvis plurimas habeat facultates & quoque diverſas operationes; omnium tamen aliarum potentiarum facultas rationalis regina dicitur, quæ ſedem in capite, ut in excelſa & fortiſſima arce, inſtar dominæ reliquis commendantis obtinet. Huic proximè adſiſtit ſenſitiva, quæ rationali eſt à conſiliis, & plurimas cum illa eximias efficit virtutes; non tamen ab ulla vult cogi, ſed liberè bonum ſequi: Et in his Ariſtocratia præfulget. Tertia & infima facultas, quæ vegetativa indigetatur, participat quoque quaſi minuta plebs ſeu populus ab iſta parvæ Animæ republ. curam maxime habendò & providendo hominum operationibus, ut ita tota hominis actio feliciter perficiatur. Hæ ſimilitudines optime noſtri Imperii ſtatum adumbrant, &c. Hactenus Norderm. quæ ex communi opinione ita protulit; aliter forte ſenſiſſet, ſi Animæ natura rectius ex vera ei ſophia fuiſſet cognita. Jta error errorem parit

rit. Dum enim ex communi errantium opinione hæc ita proferuntur, quur non plurima in ſe contineant vitia? Qui ſe Philoſophos juxta ſtilum communem uſquam profitentur, nihil curioſius in omnibus ſuis ſcriptis tractârunt, quàm ut aliquo uſque tandem ad cognitionem Animæ poſſent pervenire. Verum quum ſedulo indagarem in hanc Reipubl. cõparationem, ejuſque conſtitutionem nuſpiam invenirem ſatis explicite accommodatam; non potui intermittere, quin tãdem quid rectius enucleatum ex alio Authore proponerem. Inde nonnihil profundius Naturam Animæ (quod toties quoque antehac feceram) penetrare ſtudui. Examinavi collacionando ad invicem & veteres & novos. Vix dicam, nec capit hæc pagina, quot lapſus graves & errores craſſiores invenerim pridem. Inde vero quum Theoſophus iſte divina retegeret, ejus ſententiam cũ Reip. ſtatu rectius conformare cœpi. Quum itaque cernerem ad publicum uſum ſingulorum ea facere, cognitio Animæ tanta me cœpit voluptate, ut nihil dignius à me præſtari poſſe putarẽ. Et quid homini magis competat, quàm ut ſemetipſum ante omnia ſibi reddat ritè cognitum? In hoc labore adeo deſudarunt ethnici, ut perſcrutationum & ſollicitudinum talium in animo & corde nunquam ſatis invenirent modum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Etenim quum amorem ſui & Philautiam exuere prorſus neſcirent; potiuſque altius ſupra vires exurgere in admiratione ſui cœca ſemper ſtuderent, Dei Jehovæ gloriam veram attingere non potuerunt, Sed vani facti ſunt in dialogiſmis & ratiocinationibus ſuis, & obtenebratum eſt deſipiens cor eorum. Qui ſe dictitarent ſapientes ſtulti facti ſunt. *Rom. 1. 21. 22.*

Locus inſignis Senecæ.

NOnnè quæram, ait Seneca, quis artifex hujus mundi ſit? Qua ratione tanta magnitudo in legem & ordinem venerit? Quis ſparſa collegerit? Confuſa diſtinxerit? (intima deformitate faciem latentibus diviſerit? Unde lux tanta effundatur? Ignis unde ſit? An igne aliquid lucidius? Ego iſta non quæram? Ego neſciam unde deſcenderim? Neſciam quo hinc iturus ſim? Quæ ſedes expectet animam legibus ſolutam humanæ ſervitutis? Vetas me cœlo intereſſe? Id eſt, jubes, me vivere capite demiſſo. Majus ſum, & ad majora genitus, quàm ut ſim mancipium mei corporis: quod equidem non aliter adſpicio, quàm vinculum meæ circumdatum libertati. Hoc itaque oppono fortunæ, in quo reſiſtat nec per illud ullum ad me tranſire vulnus ſino, quicquid in me poteſt injuriam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

pati, id eſt. in hoc noxio domicilio animus liber habitat, quem nunquam caro iſta compellet ad metum; nunquam ad indignam boni ſimulationem: nunquam in honorem hujus corpuſculi mentiar: quum viſum fuerit, diſtraham cum illo ſocietatem: Et nunc tamen, dum hæremus æquis partibus ſocii, animus ad ſe omne jus ducet. Contemptus enim corporis ſui, certa libertas eſt. Ad propoſitum ut revertar; huic libertati multum conferet illa, de qua loquebamur, inſpectio, nempe: Vniverſa hæc ex materia & Deo conſtant: Deus iſta temperat; quæ circumfuſa ſequuntur Rectorem & Ducem: potentius eſt, quod facit, quod Deus eſt; tam materia patiens Dei. Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus. Quod illic eſt materia, id nobis corpus eſt, &c. *Sic & in præf. natur. q. lib. 1. ait.* Quid eſt Deus? Mens Vniverſi. Quid eſt. Deus? Quod vides totum, & quod non vides totum. Sic demum magnitudo ſua ipſi redditur, qua nihil majus excogitari poteſt. Si ſolus eſt omnia, opus ſuum & extra & intra tenet. Quid ergo intereſt inter naturam Dei, & noſtram? Noſtri melior pars, animus eſt: in illo nulla pars extra animum. Totus ratio eſt, quũ interim tantus error mortalia teneat, &c. Nam rector univerſi Deus, in exteriora quidem tendit; ſed tamen in to-

tum undique in ſe redit. Jdem noſtra mens faciat: quum ſecuta ſenſus ſuos, per illos ſe ad externa porrexerit, & illorum, & ſui potens ſit, & (*ut ita dicam*) devinciat ſummum Bonum. Hoc modo una efficietur vis ac poteſtas concors ſibi: & ratio illa certa naſcetur, non diffidens nec hæſitans in opinionibus comprehenſionibuſque nec in ſua perſuaſione. Quæ quùm ſe diſpoſuit, & partibus ſuis conſenſit, & (*ut ita dicam*) concinuit, ſummum Bonum tetigit,&c.

Qui tam cupidi fuerunt, inter ethnicos illi, qui non tam terminis vanis, & logomachiis operam dederunt ſapientiores, præ noſtris ſeculi Chriſtianis, ut ex ſui cognitione animæque inſpectione, quam per reflexionem in ſeſe anxiè quærebant, ad altiora & ſpiritalia poſſent pertingere. Quùm è contra noſtrates ſemper in exterioribus laborent, nec unquam hanc viam intendant, in qua ſemetipſos ritè cognoſcere poſſint, ut merito pudore tales confundat putidiſſimo. Quod ſi illis ea gratia fuiſſet conceſſa, ut ex Verbo Dei potuiſſent ſaniorem ſapientiæ fontem haurire; longè ſanctiori gratia eviciſſent eos, qui ſe hodiè inter Chriſtianos eruditiſſimos ſomniant. Tam perfidè illi Verbum Dei negligunt & Spiritum Iehovæ, ut nihil niſi ex cœco rationis externæ ductu ethnica ſapere velint; & in ea omnis

ſtudi-

eruditionis gloriam deponant. At ipſe Seneca confitetur vanitatem talis ſapiē-iæ ita exclamans. O quàm ridiculi ſunt mortalium termini! *lib. 1 q nat unde de rang an. c. 14. conſiliū id ſuggerit, inquiēs:* Ubique animus ab omnibus externis in ſe revocandus eſt, ſibi confidat, ſe gau-deat, ſua ſuſcipiat; recedat quantum po-eſt ab alienis, & ſe ſibi applicet, dam-na non ſentiat, etiam adverſa benignè nterpretetur, &c. Si Chriſtianus fuiſ-ſet longè rectius abnegationem ſui, jux-ta Chriſti mandatum, ſubjiſſet & do-cuiſſet. Ita Platonici & Stoici longè potiora ſapiunt præ cunctis Stagiren-ium intricatis ſophiſtis, qui nil niſi ſe-mina cœca litigiorum in mundum diſ-pergere adamarunt. Præſertim animæ indagationi omnem totius vitæ ope-ram impendere non deſtiterunt. *Inde ait Seneca, in lib. de vit. beat. c. 5, in fin.* Quis mortalium, cui ullum hominis ſupereſt veſtigium, per diem noctemque titilla-ri velit, &, deſerto Animo, corpori o-peram dare? Quaſi diceret, per Animam propriè id ſumus, quod ſumus; quis igi-tur non potius Animæ, quàm corporis debitor in cura & cultura ejus eſſe ve-lit?

De impedimento veræ ſapientiæ.

HOc quidem verum eſt, quod homo ſapientiæ ſtudioſus in centrum ſui

ſe regerere debeat, quùm primum ſit ſa-
pientiæ hoc veſtigium; ceu illud à Pla-
tone addidicerant illi Stoici. Verum e-
juſmodi ethnicis non vera patebat Phi-
loſophia, quam illis per Stagiritam ſu-
inverterat diabolus, quùm deſeruiſſen-
eam Ægyptiacam, quam Pythagoras
Socrates & Plato in Græciam perduxe-
rant, & ibi profeſſi fuerant. Etenim, *ar-
ſacer Phil. noſter in lib. de Myſt. Mag cap*
67. apud Ægyptios erat Magica ars in
uſu communi, quam inde quoque alia
gentes petere ſolebant; quùm vero in
ſummum pertraheretur ibidem abuſum
& maximè veneficiis applicaretur, avel-
lebatur inde, licet apud alios ethnicos
ejus veſtigia adhuc relinquerentur uſ-
que ad regnum Chriſti, donec divina
Magia exoriretur: atque tunc apud
Chriſtianos naturalis illa occidebat;
quod non ſine commodo ſuo accidit.
Namque ethnica fides eo ipſo interrum-
pebatur, & Magicæ imagines naturæ,
quæ inſtar Deorum colebantur, ex cor-
dibus hominum evellebātur. Quum ve-
rò Chriſtianorum Fides populariter
paſſim accreſceret, ſtatim diabolus ite-
rum ſemen ſuum interſerere ac idem
diſſeminare non deſiit, *Mat. 13. 25.* &
alii Magi omnium ſectarum in Chriſtia-
niſmo ſe exerebant, qui ethnicorum
imagines idololatricas falsâ illâ philo-
ſophiâ ſubmiſcebant, quam, quùm ita
reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

religioſè colere inciperent, nec quid ſine hujus rationali intuitu in Verbo Dei ſapere vellent, evenit inde, ut dolo longe graviori ſe deciperent, quam antea feciſſent Ethnici ipſi in magicis ſuis idololatriis. Etenim ethnici nonnihil ad fundamentum naturæ reſpiciebant, & ejus vires ac operationes; at hi altiora ſomniantes dialogiſmis ſuis vanis in falſo ratiocinio naturæ ſe ſuperſtitioſè involvebant, inde ſibi ſaltem litteralem logomachiam & merè hiſtoricam fidem conficientes; volebantque quod nihil eſſet credendum, niſi conſequentiis ſuis eſſet incluſum, aut ex iis deductum.
„ Quod ita novam cauſſavit cœcitatem,
„ ut etiam hodiè talium Magorum &
„ Rationaliſtarum copiâ titulotenus
„ hæc Chriſtianitas undique repleta ſit:
„ Ita prorſus nullus vel de Deo vero, aut
„ natura apud eos habetur intellectus,
„ ſed omnia ſaltem in meras & inanes
„ terminorum litteralium abierunt diſ-
„ putationes & acerbiſſimas logoma-
„ chias de Metaphyſicali Magico quo-
„ dam fundamento, in quo ipſi quaſi
„ parvuli Dei & Idola volunt cum ad-
„ miratione coli, quum tamen interim
„ neque Divinam neque Naturalem ve-
„ ram Magiam intelligant; velut D.
„ Paul. non abſque cauſſa toties inanem
„ illam Philoſophiam taxavit, & Chri-
„ ſtianos ſuos ab ea deterrere ſtudue-
„ rit,

„ rit. Vnde ita factum eſt, quod mun-
„ dus ita planè occœcatiſſimè obtene-
„ bratus ſit, ceu videmus, quam acerbiſ-
„ ſimæ lites & concertationes inde Fi-
„ dei veræ exortæ ſint, ut ſolummodo
„ nunc perpetua Fidei jactantia in ore
„ habeatur & concluſionibus ſyllogi-
„ ſticis, quæ tot ſcandaloſas progene-
„ rant diſtractiones animorum, ut Chri-
„ ſtianiſmus ſaltem in opinionibus va-
„ riis & dubiis hæreat, quæ tot ſudant
„ condemnationes ad invicem.

Sed hæc & ejuſmodi longè deteriora ſũt ipſis ethnicorũ imaginibus in ſua opinione, quùm fundamẽto tamẽ aliquo naturæ niterentur. At Rationaliſtarum iſtorum imagines dialogiſmis ſuis contortæ, neque in natura, neque ſupernaturali divina Fide fundamentum obtinent ullum: ſed ſaltem muta ſint tenebrarum idola, & Miniſtri eorum Baalis ſunt ſervi. Proinde velut olim ipſa neceſſitas id exigebat, ut in primâ Apoſtolorum Eccleſia concideret Magia naturalis, quùm Fides de Chriſto tunc retegeretur populis: Ita quoque jam longè gravior & potior neceſſitas id exigit, ut vera Magia naturalis ſive vera Philoſophia manifeſtando reſuſcitetur; ac ita fiat, ut tandem titulari illi Chriſtianiſmo ſua ſibi conficta Idola terminalia per naturam propius agnoſci & ob oculos poni queant. Namque alias ipſi ſibi erũt

remoræ,

remoræ, quum tamen nunc inſtet tempus, ut in natura pernoſcetur pronunciatum & formatum Verbum Dei, tam in regeneratione quàm lapſu & pernicie, ut eo ipſo tandem diſceptationes profanæ & conficta Metaphyſicalia Idola intereant. Etenim juxta veram Philoſophiam non obſcurè ex ſolida naturæ cognitione poteſt quidem S. Scriptura intelligi, ſi alias Spiritus Dei in divina ſua Magia veræ & vividæ Fidei non inveniat locum credendi. Væ igitur illis, qui fundamentum ſuum in turri Babylonica quærunt, ut inde ſaltem diſputationes ſcandaloſas ſibi conficiant ob conficta Idola opinionum profanarũ, quæ nil niſi traditiones vanas hominum ſapiunt. Non autem heîc hoc volo, aut dico, quod ethnica Magia in lucem revocari & prædicari debeat, & gentiles phantaſiæ Idololatricæ reſuſcitẽtur, ſed quod neceſſitas hoc requirat, ut logomachica illa Philoſophia confundatur in ſuis vanitatibus tenebricoſis, & per veram Philoſophiam fundamẽtum naturæ ritè indagetur, ut inde pateſcat formatum Verbum Iehovæ juxta amorem & iræ regnum cum ſua repronunciatione, ne ita cœcitate ſemper laboremus
„ circa Eſſentiam Eſſentiarum. Quippe
„ Patriarchæ primæ Fidei non ita cœci
„ erant in regno naturæ, ut homines ſi-
„ bi ſomniant; ſed in natura agnove-

„ runt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

„ runt, quod eſſet occultus Deus, qui
„ per Verbum exſpirationis & infor-
„ mationis in mundo creato ſe viſibi-
„ lem effecerat; velut & in creaturis
„ Verbum Dei perſpexerunt; quod nunc
„ eò magis neceſſarium eſt, ut opinio-
„ num Idololatræ in lucem apertam
„ protrahantur, & cognoſcatur liquidò,
„ quid Fides propriè in ſua natura ſit, &
„ quomodo nullatenus ſaltem opinio,
„ notitia aut conceptus mentis nudus
„ ſit, ſed opus divinum & vivida opera-
„ tio Spiritus Sancti, cujus eſſentia ſub-
„ ſtantialis apud homines viſibiles ex-
„ ternis oculis non perſpiciatur, niſi in
„ facto ſancto ſe prodat; ſicuti inviſibi-
„ lis Jehova in viſibilibus rebus hujus
„ mundi occultus jacet.

Quod verò Magi naturales Pharaoni ſõnia ſua nõ poterãt interpretari, hujus rei cauſſa hæc erat, quod inſõnia Pharaonis ex intimo naturæ cẽtro profluxerãt, cujus intellectus ethnicis Magis planè abſconditus erat. Namque ipſorum Magicum fundamentum nitebatur ſaltem intellectu & operatione aſtrali in figura conſtellationum & elementorum. Haud illi intelligebant fundamentum æternæ naturæ, ex qua natura hujus mundi originem ſuam in profluxu tali traxit, & in qua ſimul ſubſiſtit. At inſomnia Pharaonis intelligentiam explicationis ſecum ex æterna afferebant Natura, ac per Ver-

bum

um Jehovæ ſub ſpecie viſibilis imagi-
is in externam naturam temporis &
 externam figuram hominis profere-
antur: quia pingues vaccæ in grami-
e, indicant 7. proprietates æternæ Na-
uræ in intimo fundamento ſanctæ illius
ſſentiæ, nempe in regno cœlorum, ubi
ſſentialiter vis divina viget: & 7. Ma-
ræ deformeſque & exſiccatæ vaccæ in
ntimo fundamento indicant 7. proprie-
ates æternæ naturæ in ira Dei, tanquam
n regno eſuritionis & ſitis, ubi natura
bſque divina eſſentia bonæ efficaciæ
iei eſt: ſic etiam idem tam 7. ſpicæ
ingues & in extenſione plenæ, quàm
. tenues & aduſtæ ſpicæ indicant &
enotant. Quod verò Pharaoni duplici
odo affulgent, id ſignificat in hac figu-
a; primò fundamentum in æterna Na-
ura in 7. ſuis proprietatibus, quidnam
ehova per eas efficere cuperet: Deinde
ropter alteram apparitionem indica-
ionem ſuam in fundamentum huma-
um dirigit, quod in ſua eſſentia ex 7.
roprietatibus ſuam originem ſumit.
rætereà duplicem indicat hominem
ecundum corpus externum & ſpiritum
xternum; atque tum ſecundum inter-
um Animæ Spiritum, & internam ſan-
tam eſſentiam divinæ eſſentialis virtu-
is. Unde hoc in figura ſancta Deificati
ominis, qui plenus eſt divinæ virtutis
pecie, ac in vero gramine cœleſti eſ-
ſentiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſentiæ & eſſentificatæ ſapientiæ Dei cedit ac paſcitur, conſtitutum eſt. At ſecundò indicat hoc impium homin qui ſibi pro eſſentia divina adoſtus & inde macer ac deformis redditus, cet ejuſdem naturæ & proprietatis cum pio; verùm eſſentiæ bonæ cauſſ aduſtus & exſiccatus eſt: fervor æternæ naturæ in 7. proprietatibus ſuis ipſi ſuam abſumpſit eſſentiam, ut ſaltem velut eſuriens ſpiritus ignis exiſtat, &c. *Sic in antecedenti cap. Theoſoph. idem dicit:* In hac figura Joſephi, dum ille divinam accipit intelligentiam, & arcana myſteria explicare poterat, cernimus, quemadmodum converſus in Deumque im merſus Spiritus hominis, quando or nes ipſeitates ſuas deſerit, de novo di num oculum ad videndum & intelli dum recipiat; & quod multò plura Chriſto recipiat, quàm amiſerit an quodque multo ditior evadat, quàm quam antehac in ſuitate & proprie ſuæ ſtudio fuerit. Namque in pr ſui voluntate ſaltem particulare concipit; at in abnegatione ſui per nit in totum Vniverſale, ubi omnis omnibus eſt. Etenim ex Verbo Dei or nia producta ſunt. Quod ſi igitur in h pertingat, pervenit in fundamentum quo omnia ab æterno obtecta repo fuerunt, & ex pauperrimo fit dives, id Joſephi typus optimè demonſtra

qu

[q]uod ex miſero incarcerato Princeps [e]vaſerit & hoc ſimpliciter per Verbũ [D]ei, quod in ipſo ſe manifeſtarat. Quum [v]erum in abnegatione ſui Verbum illud [d]enuo ſe efferret, tunc efferebat Ioſe[p]hum in regale Imperium, per quem vi[d]elicet Verbum Iehovæ in Ægypto cu[p]iebat regnum ſuum inſtituere, & re[g]no tali ſapientiam ſuppeditare ſuã, &c.

Diſcrimen veræ & falſæ Philoſophiæ, unde dignoſcendum.

EX quibus clariſſimè patet, & hoc manifeſtè convincitur, quantum in[t]erſit diſcrimen inter veram & falſam [P]hiloſophiam & ejus imaginationem, [&] quod profana ea Sapientia litteralis, quæ tantoperè tanto ſtudio ab omnibus [p]rofanis & carnalis rationis amatori[b]us, non abſque ſudore immenſo & gravi vitæ ſumptuumque diſpendio, excolitur, ne quidem in minutiſſima parte [a]d ea poſſit pertingere, quæ verè ſunt Spiritus Dei, quùm ne quidem capax ejus ſit, *ut ait D. Paul.* imò & ἀντίκειται prorſus contraria ſit & contradicat *1. Tim. 1. 10.* ſive eidem ſe opponat; quod tamen homines præ nimio amore externæ rationis nunquam ſentiunt, aut ſentire laborant. Quin potius ita fremunt, ſi quis meliora ipſis monſtret, ut etiam extremis calumniis, condemna-

tionibus & perſecutionibus apertis e
mactent, quicunque ſaniora heû pro
tentur. Ideoque ſic inſanire pergunt
ſuis opinionibus, ut neminem doctu
cenſere, aut aliquam eidem eruditic
nis in ultimis ſubſelliis relinquere pa
tem velint, niſi prius profanæ illius Ph
loſophiæ, in qua Stagiritam ſibi ſupre
mum conſtituêre cenſorem & Deum, t
rotum ſubmiſerit, ceu paucos ante an
nos ille auctor ſpeculi ſui rationalis *lib.*
1. c. 33. 34. & ſeqq. mordicus & non ab
que omnibus modeſtiæ frenis totiusv
eccleſiæ Chriſtianæ ſcandalo defender
conabatur. Sat impudenter, & quiden
non ſine blaſphemia in Spiritum Dei au
dent affirmare, prophanam eam littera
lem Philoſophiam ita neceſſariam eſſe
ſtudioſo Theologiæ, ut non poſſit ali
quot difficiliorum Biblicorum textuum
explicationem rectè expedire, nec in
certaminibus contra adverſarios ſubſi-
ſtere, niſi eorum accuratius calleat pa-
ganam Philoſophiam, & ingenium ſuum
ejus ſtudiis rectè exacuat. Vnde & per-
fectiorem in eo homine Theologiam
ſibi ſomniant, qui ſe maximè iis habiti-
bus adſuefecit. Ita quoque nuper qui-
ſpiam Metaphyſicans *Scheib. in Proœmio*
ſui ſcripti Met pag. 11. non tantum idem
approbavit; ſed etiam addit, quod hu-
jus Philoſophiæ ignoratio, occaſio exti-
terit errorum in Eccleſia; imò quod
etiam

iam prava dictorum expoſitio nõ poſ-
rectius, quàm rationibus & argumẽ-
ex tali philoſophia pagana petitis
futari, &c. veluti axiomata plurima
ia conſarcinant. Exhorreſcant autem
ecum boni omnes, quoties has pro-
rvas noſtratium audiunt & cernunt
ductiones, quod tam miſerè tenera ju-
ntus ad profanitates ejuſmodi blaſ-
emas abripiatur prius, & inde intel-
ctum ſibi conficere bonum jubeantur,
io ſe ſtudio Theologico dedant. Quũ
otius exemplo Lutheri dicendum eſ-
t; abſtinete ô pueri & adoleſcentes ab
nni profanitate, & ex Verbo Dei prius
diſcite, quæ ſit voluntas Dei, quã vos
l ethnicorum convertatis ſcripta, quæ
rtè non ſine faſcinatione attentum à
dimittunt lectorem. Ex naturæ enim
oſtræ corruptione hoc habemus, quod
otius profana & carnalia, quàm quæ
nt Spiritus Dei addiſcere cupiamus,
uum homo in lapſu primo ſe planè a-
erterit à Deo: Ideoque ſeveriſſimè Ie-
ova jubebat, ne ſe populus ejus ſub-
iſceret gentibus & eorum addiſceret
iores, ſed potius omnes è medio tolle-
ent. *Exod.34.12. Deut.12.30. & 18.9.*
nde etiam acris querela Davidis eſt,
ſal.106.35. Commiſti ſunt inter gentes
t eorum addidicere mores; ideo tra-
idit etiam Jehova populum ſuum in
nanus gentium. *v. 41.* Rectius heîc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

agit David *Pſal. 34. v. 12.* quando ad ſe
licit omnes, dicens : Venite filii, auſc
tate mihi : ego vos docebo timorē D
mini. Non ait, ego vos ad gentium Pl
loſophiam remitto, a qua potius Salon
in Prov. & Sap. omnes revocat, &
ſuam invitat Sapientiam, quæ tam ber
gniſſimè eum informarit, uti in noſt
plenius id explicavimus Politica. J
Chriſtus ipſe quoque omnes ad ſe ven
re jubet, ut ex ſe diſcant omnia, quæ
ſalutem faciant. *Matt. 11. & Matt. 1*
omnes ad ſe convocat pueros, ut ſcitiſ
mus ille habet verſus:

Vos ad ſe, Pueri, inprimis invitat
annis

Atq; ſua Chriſtus voce venire jubet.

Et quid nobis commune ſit cum ten
bris? an inde ſit licitum lucem peter
An non Chriſtus ipſe nos ad Spiritu
ſuum remittit? quando dicit : Ille vos i
veritatem ducet omnem quum veneri
Joh. 16. 13. Sic ne ipſi diſcipuli Chriſ
non poterant aliter Verbum ejus ni
ex ejus ore percipere. *Matt. 13. 11. &*
16. 12. 13. Inde Iehova Parens ex cœl
præcipit ipſe, quod filium ejus & no
alium audire debeamus. Hic eſt filiu
meus dilectus, inquit, hunc audite. *Mat*
17. 5. Quur nobis ad Stagirenſium, u
que Phantaſticas opiniones ſit recur
rendum? ait ille. Verbum tuum, *inqu*
David, Pſal. 93. 5. Iehova, eſt vera do
ctrina

rina; & ipſius Veritas eſt præſidium
tutela firma. *Pſal. 91. 4.* Et omne
uod non Verbum Dei continet, meræ
nt falſæ viæ. *Pſal. 119.* Atque hoc ſo-
mmodo prudentes reddit: unde odi,
nnes, ait, falſas vias. *ibid.* Quid cœ-
us profanitatis Magiſter nos doceat? ait
e: Quam optimè huc quadrat iſtud
pigramma.

Ah quid Ariſtotelem narras in dogmate magnum
Gentili? Annè fuit diſcipulus Satanæ?
Is num quid retegat nobis de lumine cœli,
Ipſe ſibi cæcus qui fuit in tenebris?
Hujus amore tamen ſtolidi veſania mundi
Sic rapitur, nil, abſq; hoc, velit ut ſapere.

n non ſatis egregiè demonſtrant, qua-
m illi ſibi conficiant logomachiam, qui
x hujus conceptu profano articulos Fi-
ei defendere ſatagunt? An non inde
lis rationalis naſcatur in animis Theo-
gia, qualem in eam afferunt Philoſo-
hiam? An homo aliter poſſit de re ali-
ua judicare, quàm ſit in vanitate &
rofanitate informatus? An non olim
n primitiva Eccleſia haſce diaboli aſtu-
as perpeti coacti ſunt Apoſtoli? Etenim
on fruſtra D. Paul. ſuos Coloſſenſes
ehortatur à tali ſtudio profano, *quando*
icit cap. 2. 8. Videte, ne quis ſit, qui vos
eprædetur per Philoſophiam NB. & in-
nem deceptionem, ſecundùm παράδο-
ιν traditionem hominum, NB. ſecun-

dum elementa mundi, & non ſecund
Chriſtum.

Refutatio aliquot objectionum.

MEmini quantum heîc ſe ſophiſtæ to
queant, dum huic manifeſto di
nebulam affundere aliquam conant
quod ipſe toties vidi olim, quum in Ho
inſolentiores expugnationem var
quærerent machinis. Sed textus nim
clarus eſt, quod Philoſophiam eam c
tunc & adhuc in Stagiritio uſu eſt, in
nem deceptionem vocet: Ac ne qu
heîc quid ulterius dubitet, adjicit h
etiam, quod eam dicat Philoſophiam
quæ ſecundum elementa mundi ſit,
non ſecundum Chriſtum. Mundus eni
undique Spiritui Dei & Spirituali r
gno Chriſti opponitur. *Iohan.* 14.17.
15.19. & 16.20. & 17, 9. & 1, *Cor.* 2. 1
& 3.18.19.*Gal.* 6. 14. Inde nec D. Pau
quid terminis Philoſophicis in Spir
tualibus vult exprimi, quùm Spirit
ſancti lingua longè aliter ſpiritualia d
ceat, quàm mundi ſapientia, quæ plan
μωρία & ſtultitia eſt apud Deum, qu
non capax ſit eorum, quæ ſunt Spiritu
Dei. 1. *Cor.* 2. 13. & 3. 19. Tum quoque R
gnum Dei non in Verbis conſiſtit, ſe
in potentia. 1. *Cor.* 4. 20. At qualem i
mundani ſcriptores ſub nomine Chri
nobis conficiant Chriſtianiſmum id e
rum

um teſtantur ſcripta, dum alius conſcribit Rationalem Theologiam, alius Religionem bellicam, alius Polemicam Theologiam, alius Anthropologiam Theologicam, alius de tribus Elohim componit gloſſas, quaſi tres ternos faceret Deos; imo & ſic conſtringit Deum conceptu ſuo, quũ metaphyſicalem dicunt, ut non tantum eum ad certum genus Prædicamentale redigat; ſed etiam incomprehenſibili Deo in quarto Gradu generum ſubſtantialium vix ipſi locum adſignet, ceu videre eſt *in Metaph. Exercit. D. I. M.* 12. *theor.* 1. ubi hæc verba expreſsè leguntur, *Subſtantia eſt alia completa, alia incompleta. Completa iterum alia corporea, alia ſpiritualis. Spiritualis eſt iterum vel ad aliud quod informat determinata, vel abſoluta. Hæc vel eſt Infinita vel Finita & creata. Infinita ſive increata eſt Deus ter optimus maximus*. Atque ſic tandem Deus ex prædicamentali ſerie vel ordine ſuæ ſedis ſub amplitudine magnificentiſſima ſubſtantiæ realis, accipit illis dependentiam coanguſtatam in conceptibus ſuis profanis. O quam longè rectius Seneca Deum deſcripſit ſupra! Sic alii alia ſcandala ubertim in Eccleſiam Chriſti effundunt, cum articulatis locutionibus. Vah, quot non diſputationum articulatarum cumuli prodierunt, ut Verbum Dei ſaltem ſemper

maneat diſputabile & factile nunquam
An non igitur quotidie tot accreſcu
deteſtabiles concertationes, & flag
Dei? quum nemo expetat ejus Verbu
vividum ut cor in Chriſti vitam nob
transformet ſed ſaltem in logomachi
diſputabilibus ſonos edat ſemper gran
des. Quid vero in tam deplorato ſtat
Chriſtianiſmi quis pius deploret, at
queratur? Dum illi in glorioſitate ſu
inaniter ſuperbiant, merito quis cur
D. Paulo exclamet: Non eſt bona glo
riatio veſtra. An neſcitis paululo fer
menti totam maſſam fermentari? Ex
purgate igitur vetus fermentum ut ſit
nova maſſa. *1.Cor.5.6.7.* Ac rectius ho
ex veſtro addiſcite magiſtro & noſtr
communi, dum ita in prophanitate ſa
pientiæ carnalis fremere pergitis, quan
do dicit: *Error eſt dicere, ſine Ariſtote*
non fit Theologus: Imo Theologus non fiat, ni
fiat ſine Ariſtotele. Luth. tom. 1. Lat. p
10. Proinde ait in Poſt. Eccleſ. Ariſto
telis, Papæ & omnium hominum libr
planè fugiendi ſunt, aut ſaltem ita legen
di, ne in illis ullum animæ quæramus cō
modum, quùm fraudum & nugarum ſin
pleni. *Sic in Tom.1.Lat.p.27.ait.* Qui ſi
ne periculo volet in Ariſtotele philoſo
phari, neceſſe eſt, ut antè benè ſtulte
ſcat in Chriſto. Quid heîc reſpondeti
Luthero?

Quæſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Quæſtio memorabilis.

AN igitur Philoſophia vana Stagiritæ cognitioni S.Scripturæ præmitten-
a eſt? Lutherus negat, illi profanitatis
ultores ſtrenuò affirmant. Cujus verò
artes potiores? Ille acerrimus ſpeculi
at. conſcriptor *lib. 2. c. 6.* aliud com-
nentitus eſt artificium in B. Lutherum;
c ait, non ſeriò hoc dixiſſe Lutherum,
ec ſeriam fuiſſe ejus mentem, quùm
altem abuſum peripateticæ Philoſophiæ
eprehendat. *p. 778. habet hæc verba:*
Manet ita hoc certum, quod Lutherus
Ariſtotelem NB. non reprehendat aut
epudiet, quaſi ipſius ſcripta nullius eſ-
ent momenti; ſed tantummodo pro-
ter merum abuſum, & quod hypocritæ
Ariſtotelicam artem nimis ſuper om-
nia, imò Chriſtum ipſum extollerent, &
ex eo normam in rebus, animam & ſa-
lutem noſtram ſpectantibus, conficerēt.
Hoc mordebat meritò (ceu & mihi o-
dio fuiſſet) Dn. Lutherum; Idcirco in
odium hypocritarum, ut illis ægrè face-
ret, reprehendebat, repudiabat & con-
demnabat Ariſtotelem ad extrema, &c.
En quæ confidentia impudentiæ ſit, &
viri, & qualem ille ſibi in loco ibi ejus
fingat Lutherum, qui non tam Chriſti &
veritatis cauſſa, quàm potius ex odio &
affectuū ductu eo uſque, ut ægrè faceret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

adverſariis interdum taxarit Ariſtotel
Si talis fuit Lutherus, quod potius aff-
ctibus indulſerit ſuis, & hominis th-
ſaurum ac ſcripta ipſa propter abuſu
abjicere auſus fuerit; certè non erit
eo æſtimio habendus, ceu ſit publicè; &
ſi in hoc à veritate devius ſit propter af-
fectuum importunitatem, in pluribu
ſanè hanc palmam ab eo reportabunt
adverſarii. Sed confidentia nimia et
hominis, qui quidvis dicendi & fingen-
di licentiam ſibi arrogare non dubitat.
Nec novum eſt, quod ipſe modo quid
neget, modo idem de eodem affirmet
prout præſentia id fert negotii. Sic ille
quoque negat *ind. lib. 1. Spec. rat. c. 62*
quod Deum ad prædicamentum ſubſtan-
tiæ redegerit; quum tamen toties id fa-
ctum, *Met. ejus Exerc. 4. lib. 2.* teſtatur.
Ita ſibi *in d. lib. 2 c. 33. Spec. rat.* quod ſtu-
dium Philoſophicũ Stagirenſ. ſit Theo-
logiæ, propter informationem meliorẽ,
præmittendum, ſatis incomptè contra-
rius eſt. Verum Lutheri & adſeclarum
ejus veram & ſeriam fuiſſe mentem, id
non ſaltem ex ſuperius allegatis, quibus
ita à Theologo excludit omne Ariſtote-
lis commercium, ut etiam ſanctè & ve-
rè adſeveret, Theologum nunquam poſ-
ſe fieri, niſi fiat talis ſine Ariſtotele (*Quæ-
ſo quid dicat expreſſius?*) ſatis luculenter
conſtat; ſed etiam idem demonſtrat li-
bellus *anno 1520 Vitaberga editus*, in quo
omnium

mnium probatiſſimorum Auctorum ad-
ipulationes, quibus ethnica Philoſophia
alis Chriſtianiſmo ceu noxia, peſtilens
c impia prorſus rejicitur, ſunt colle-
tæ, ut in calce hujus libri patebit.
Quin ſimul id ex ſeveriori ſententia
Lutheri poteſt approbari, quæ Ariſto-
elem toties exhorreſcendo deteſtatus
eſt, dum *Momum Momorum*, *perfectum*
Epicurum, *Tom. 1. Lat. p. 573. Diabolum*
ncarnatum, *Illuſorem ingeniorum vafer-*
rimum, *Impoſtorem*, *Calumniatorem calum-*
nioſiſſimum, *ethnicum nequam & flagitio-*
ſum, *Eccleſiæ flagellum*, *& peſſimum Pro-*
tea, *&c.* appellitat. Unde etiam *in Coll.*
tit. 47. Ciceronem in Philoſophia, pro-
pter experientiam & uſum rerum, lon-
giſſimo ſpacio præfert Ariſtoteli, quem
otioſiſſimum vocat aſinum, qui gloriæ
ſuæ propriæ & divitiis conquirendis
incubuerit: Ideoque hanc addit admo-
nitionem, quod, qui ethnica philoſophia
adeo delectetur, legere potius debeat
Ciceronem. Sed neque hæc fortè illis
acerrimis prophanitatis & ethniciſmi
propugnatoribus ſufficient, idcirco ad-
huc unum atque alterum adferemus ex
eodem locum, ut deſinant tandem fucũ
affingere Luthero, aut potius ipſi Veri-
tati (quæ mille ſemper prævalere debet
Lutheris) ſcutum infringere: Verba ip-
ſius ſunt in Poſtilla, *quæ anno 1532 prodiit,*
& ab ipſo auctore correcta fuit ſupra Epi-
ſtolam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſtolam *Dom. 2. Advent.* Quid Deus iſt
calumniatoribus & S. Scripturæ nec
toribus (audiant illi ſuos titulos) rep
neret? Quod ſi me in ſuum adhibuiſ
conſilium, rogaſſem eum, quùm ipſi
clariſſimam ſcripturam obtenebrent,
perversè ſuſpectam reddant, quò inſ
ſcamna eam ex omnium hominum co
dibus & oculis detrudant, ut pro illa ip
Ariſtotelem & Averroës offerret,
poſtea Papæ infinitas leges & gloſſa
atque hinc inſanire inciperent: totum
que vitæ ſpacium Ariſtotelis futilitat
bus impenderent, ex quibus nihil a
diſcerent quidem, ſed nihilominus coro
nas aſinorum adſumerent, indeque Ma
giſtri artium Doctoreſque S. Scriptur
dicerentur. Quùm tamen nil intellige
rent ex Ariſtotele potius, & addiſcerē
quàm puer quinque annorum, & maxi
„ mi morionum noſcunt. Etenim Ari
„ ſtoteles centenis vicibus tenebroſio
„ eſt, quam unquam S. Scriptura. Atqu
„ experiſne ſcire, quid ille doceat? NB
„ Id breviter tibi explicabo: Figulus e
„ luto poteſt conficere ollam, hoc vero
„ non poteſt faber ferrarius, niſi id ad
„ diſcat. Quod ſi ulterius quid altius in
„ Ariſtotele contineatur, nolo vir fide
„ haberi; imo offero me ad hoc, quo
„ undique id ſim demonſtraturus, &c.
„ An non ſatis magnus eſt artifex in
„ eluſione notionum futilium & nundi-
natio-

„ natione nugarũ? Quin addit hoc; pœ-
„ na eſt hæc divina, quod mortuum eth-
„ nicum tantoperè in legendo curent,
„ in quo nihil artis invenias; ſed NB, me-
„ ras tenebras. Atque quod dixi jam, id
„ unicè in eo optimum eſt, ut taceam,
„ quùm in reliquis undiquaque ſit vene-
„ natus & lethalis omnibus.

Altiores ſcholæ propterea dignæ eſ-
ſent, ut in pulverem redigerentur, quũ
nihil infernalius & magis diabolicum
n terrà ſit diſſeminatum, ab exordio
uſque mundi, nec poſſit provenire, præ
Aſtrologiæ; & agnovimus eam in cu ctis ſpeculis meretricem, quæ in omn bus ſpeculis fornicatur. Illa ait, quo ipſa ſit Oculus: at falſum & ſpurium h bet oculum, qui fulgurat & micat ex i ſius ſcortatione, ſuperbia, avaritia, odi ira: inde ejus ſedes eſt in Magia, ave ſus ille *ſiniſter oculus*. Illa faſtum ſuu in Cruce exercet; verum non ingredi tur in Centrum: quia non per morte introire cupit in vitam. Illa ait; Eg vivo, & tamen in injuſtiſſima degit vit attamen ejus eſſet vita, ſi ſaltem in ea ſ la ſibi permaneret, nec ſeduceret alio at illa inflectit liberos, qui in Cruce g nerantur, & pedibus ſuis eos conculc miſerè. Proinde *Crux* ſuum arcum h nando intendit, & Babyloniam ejacul bitur de Cruce eam deturbando; quo indicat Spiritus Magnorum Mirab lium in Magia.

Septima Species ignis Æternitatis.

VNa Magia perpetim ex altera prodi & eſt alterius ſpeculum oculuſqu uti Mirabilia agnoſcuntur. Namque i Abyſſo nihil eſt; & in Magia extant om nia. Vnum quodque ſpeculum eſt Ce trum, & tamen ſui proprium; quia prio ris expetitio læta quærit & appetit i atque eſt prioris idea. Etenim ſi ab in tio eſſentiæ fundamentum quæro, inv nio Oculum, id eſt; Deus, id eſt; app

ter

ens Voluntas Æternitatis : Ea in ſeip-
m penetrat, & quærit Abyſſum in ſe
pſa. Illa eſt in nihilo ; ſed eſt Abyſſi
peculum ,& quærit ſe ipſam, invenitque
e ipſam : *Atque hoc ita procedit. uſque in
Denarium numerum. Et tunc ultimum de-
uo invenit primum in ſeſe, & ſic ultimum
ſt primi ſpeculum, & primum ultimi.* At-
que eſt ita æternum vinculum, conſiſtit-
que in Voluntate , in Appetitu, in inve-
ſtigatione & inventione : Et in hac Eſ-
ſentia Myſterium Magnum eſt inclusum.
Jam verò medium illud in appetitu ex-
petit impletionem , in qua acquieſcat;
aliàs omnia in anxia diſtorſione conſi-
ſterent; dum appetitus ex omnibus ſpe-
ciebus medium attrahit , quo famem
ſuam expleat, ut ita in ſemetipſo in per-
fectione beatitudinis conſiſtat, atque ſic
ex anxietate amor evadat, expletio nimi-
rum compunctionis : Medium autem il-
lud eſt Sulphur 🜍 , cum quo ſe re-
creat Spiritus in voluntate ; quia 🜍
Sulphur duplicem in ſe continet ſpe-
ciem, virtutem, ſive potentiam , & lu-
cem. Atque hoc eſt ſimultaneè eſſen-
tia, ex omnibus progenerata ſpeciebus :
Eſt materia, eſſentialitas , corporeitas,
Dei corpus , *Chriſti caro cœleſtis , & eſt
univerſa impletio Spiritus in O,* Eſt quies

& manifeſtatio in Deitate & adeſt
Virgine Sapientiæ. Crux ipſius meta e
& eſt Eſſentialitas, quæ cum demerſi
ne in mortem concedit, ut ſuperius d
ctum, ubi furor in morte permanet, &
ea eſt tranquilla inſtar mortis aut Nih
li; at vita evireſcit in alio principio: i
la non eſt Principium, tamẽ Principiu
in ea naſcitur. In ea cuncta ſunt Spec
la Magiæ manifeſta, & ad id mirabili
Matricis. Illa continet Myſterium Ma
gnum, & ex ea depromit Spiritus mira
bilia Æternitatis. Spiritus ipſi largitu
Eſſentias; quia cibus ejus eſt pro ſatu
ratione famis: Illa eſt ejus Eſſentia Mi
rabilium abſque numero & fine, neſci
ullius initii. Namque Spiritus in eſſen
tia orditur eam ab æternitate, & mane
in æternitatem. Illa eſt corpus Terna
rii Numeri, qui Jehova vocatur; & cor-
pus Angelorum, ita, ut Spiritus in imagi
ne ibi adſit; aliàs non agnoſceretur. Ita
ſe ipſum in imagine novit, & quærit op-
timam Magiam: Ac quodcunque quærit
illud invenit, & comedit, atque porrigit
eo Corpori Dei Voluntatem ſuam, ut ſic
æternitas ſit in ſancto Principio. Quia
in voluntate Spiritus Corporalis exur-
gunt mirabilia, quæ concipit Spiritus
Æternitatis, nempe S. Spiritus: Et ſic
eſt unus ſonus & cantio ex æternis mi-
rabilibus; quia Corporalis Spiritus Vo-
luntas in ea eſt. *Atque in iſtis 7. Specie-*

bus gau-

*gaudium Deitatis adaugetur & per-
tur; quia eſt æterna impletio appetitus,
eſt quaſi cibus æternus.*

Quandoquidem autem omnes eſſen-
e ex igne oriuntur, propterea vobis
ſterium Magnum clariſſimè propo-
mus, & Paradiſum ſimul oſtendemus.
quis velit cœcum agere, nihilominus
ſi dictum erit & manifeſtatum: Sen-
t & ſubeat periculum ſuum cum Ba-
lonia. Noſtis jam ſatis, quod in igne
aqua omnis conſtituta ſit vita, & eſ-
ntia ejus eſt corpus; ac corpus ex vir-
te Spiritus eſt: quia eſt cibus Spiri-
s, & è contra Spiritus eſt corporis ci-
s; exhibetque ipſi ſummum & maxi-
um nutrimentum in ſeipſo. Quippe
ternum non poſſit eum ſuſtentare, niſi
ta vera in illometipſo eſſet. Ideoque
t ignis prima cauſſa vitæ, & poſteà lux
cunda cauſſa ac Spiritus tertia; & ta-
en una eſt ſubſtantia, quæ ſe in unum
oncludit corpus, ſeſe manifeſtando, ac
ita cum indagatione invenit. *At u-
quæque ſubſtantia in duabus Eſſentiis con-
ſtit, veluti in interno & externo; unum
uærit & invenit alterum. Externum eſt
tura; ac internum eſt Spiritus ſuper na-
uram: nec tamen eſt ſeparatio, niſi in eo,
uod tempori certo eſt incluſum; ibi tempus
irimit metam, ut ita finis exordium inve-
iat.*

Sic etiam cernitis, quomodo ex luce

vera eſſentialitas exoriatur; quia eſt ad-
impletio voluntatis. Aqua exoritur e
manſuetudine lucis. Etenim appetitu
concipit manſuetudinem, & in ſeſe cō-
tinet; quia ipſi bonum exhibet gu-
ſtum. Inde manſuetudo eſſentialis eſt
& eſt eſſentia ignis, adimpletio appeten-
tis fervoris, & ſimul reſtinctio fervoris
& amabilitas ignis: quia ſi corpus in ca-
ducitatem ſuam abeat, tunc Spiritus eju
eſt in initio, in eo, quod ipſum dedi
editum, in illo eſt ſpeculo. Quum igitur
originatio ſit duplex; veluti Externa &
Interna; una pertinet ad Spiritum, &
altera ad vitam externam. Externa ve-
rò eſt inſtar mortis cenſenda; & inter-
na vita ejus eſt. Quippe externa inter-
poſita hæret inter fervorem & Paradi-
ſum, quaſi in demerſa morte; at interna
eſt ipſa Paradiſus; quia Spiritus evire-
ſcit in ea ex æternitate. Proinde ſatis
dilucidè cernitis, quod verum id ſit: Ad-
ſpicite ſaltem hyemem & æſtatem; &
ad id frigus & calorem; hæc mox ape-
rient vobis oculos, ſi modò vos in vobis
& non extra vos nati ſitis cum vera Ma-
gica voluntate ad Deum inveniendum.
Viſus enim eſt in adſpectu oculorum:
ita & aqua in profunditate exurgit ex
igne; at non ex fervore; ſed ex luce;
quia lux procedit ex igne, & ſuum pro-
prium habet deſiderium, unde ſuum ſibi
quærit ſpeculum, ut ſe introſpiciat in ha-
bitatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bitatione aliqua; inde id in appetitu in ſe attrahit, inque eo habitat; atque illud intus attractum eſt aqua, quæ lucem cõcipit aliàs profunditas mundi non conciperet lucem, niſi lux in aqua habitaret. *Aqua enim eſt luminis impletio in ejus appetitu; & aqua iterum quærit Speculum, & habitaculi domicilium expetit, quod eſt Caro*: Sicuti cernitis, quomodo aqua umbram omnium ſubſtantiarum in Corpore excipiat, ut corpus ipſum ſe in corpore videat; hoc inde eſt, quod illud aquæ deſiderium captivum tradat. Dehinc porrò videtis in hoc naturæ finem: Namque oculus reperit vitam ſuam in aqua: Retrorſum ita in ſeptimam regreditur ſpeciem: videt ſuum corpus in aqua; ut ita non amplius ullus ſit appetitus in externum tendens. Corpus hoc non ulterius aliud corpus in externum expetit; Sed reſpicit retrorſum ad matrem ſuam: Veluti juſtiſſimum exemplum ejus *in Speculo habetis: Illud eſt aqua & ignis*; iſtud concipit imaginem objectam ſatis lucidè, & ita poſitam ſe habet, ut finis retrorſum recedat, quæratque exordium, & nihil ulterius in externum. *Namque mundus iste ad terminum metæ poſitus eſt & tempori incluſus, curritque uſque ad metam; ubi tunc finis invenit initium, & conſtitutus eſt mundus quaſi Idea vel ſicut ſpeculum in exordio ipſo.* Hæc vobis ſit inventio quædam Myſterii,

ſterii, & ritè vos componite, ô mortales, ad exordium, ut inſtar veri mirabilis in amore & dilectione Iehovæ reperiamini, & agnoſcamini.

Ita quoque noſcatis, quod ſecund Species aquæ ſit in Spiritu. Eſt ille Patris ſui Speculum, factoris ſui, qui in Spiritu habitat, & ſolummodo à ſuo factore invenitur. Non ille ſemetipſum invenit. Namque quàm diu res in ſe ingreditur, non eſt in interno quid inventa; ſed ſaltem Spiritus, qui in interno habitat, ille ſemet invenit in externo. *Aſt externa vita non invenit interni quid niſi habeat internum Spiritum*, tunc adeſt illud inventu facilè, & ſit hoc ſecundum internum Spiritum. Ita ecce loquitur externa vita, de interna, nec tamen eam novit: ſed ſaltem internus Spiritus implet externum, ut ita externus ſit quaſi os; ac internus habet geritque Verbum, ut ita internum regnum in externo in ſono manifeſtum ſit. *Atque hoc eſt illud mirabile. Internus etſi Propheta; at externis non percipit id. Quod ſi vero percipiat, tunc habet Iehova eſſentiam in ſeſe; nempe Carnem Dei, Chriſti carnem, Virginis carnem; & tamen Propheta in Spiritu extat*: Verùm hæc caro potentiā ſuam accipit, & certum reddit externum hominem, quod ille idem faciat, quod factor ejus ab eo expetit: *Veluti etiam eadem conditio eſt hujus calami, nec ullum aliud quid.*

Atque

Atque ſic agnoſcimus fundamentum hujus mundi,ut ita figura ſit internè, ſecundum utramque matrem, id eſt : juxta utrumque ignem,nempe juxta ignem furoris,& juxta ignem lucis. Sicuti Ideam apertam,quaſi Speculum lucis æternitatis in Sole habetis , & ſpeculum furoris aut fervoris in igne externo ; atque nil minus utriuſque eſſentialitas eſt aqua & terra : *Terra enim eſt fervoris eſſentia,& ignis lucis; at aër æterni Spiritus, qui Iehovæ S.Spiritus vocatur.* Vobis autem hoc noſcendum eſt,*quod mundus iſte non ſit eſſentia æternitatis, ſed ſaltem figura & Speculum. Quapropter ſibi proprium vocatur Principium,quod propriam ſibi habeat vitam , & exiſtit poſitum in deſiderio Magico interni.* Verbum Fiat Magiſtrum agit externi ; quia continet hoc externum in ſuo concepto ſpeculo. Externum hoc non eſt ipſum Speculum ; ſed in ſimilitudine , in qua ſe ejus Spiritus in opere mirabili viſu excipit , ad perſpiciendum mirabilia utriuſque ignis, nempe furoris & amoris,& deducit ita perpetim finem in initium. *Ideoque iſte mundus circumvolvens eſt ; quia finis ſemper initium quærit ſuum; & quando mirabilia invenit, tunc finis mirabilia illa tradit initio:* Atque hæc eſt cauſſa creationis hujus Mundi. Omnium creaturarum vita eſt mirabile quid ante exordium: quia Abyſſus de iſtis planè nihil novit:

ac *initium oculi* hæc omnia invenit, Id eamque in ſe delineat ſuam, ut ita æternum contineat numerum, ac ſe recreat in numero mirabilium.

Octava Species ignis in æternitate.

QUod ſi igitur Eſſentia eſt in duabus ſpeciebus; una, quæ inexplorabile initium in ſe contineat, ipſa concipiens. & in æternum conſervans; altera, quæ æternæ Ideam exhibet, & propterea in ſe concepta eſt & cum corpore ſuo terminis ſuis incluſa eſt; Jnde nobis jam hoc diſpiciēdum eſt juxta Turbam, quæ incluſam conceptamque vitam denuò confringit, & Ideam conceptorum mirabilium rurſus in initium redigit; & initio tale quid ſiſtit, quod ab æternitate non ita erat; ſed in concepto tempore ita fiebat.

Amice mi dilectiſſime, tibi & tui ſimilibus, qui initium quæritis anxiè, ejuſmodi oſtenduntur. Namque animus veſter noſtrum eſt Myſterium. Vos NB. in Vobis quæratis, non in me. Ego externus iſte homo talia non habeo; ſed internus ille in Virgine, in qua Jehova habitat, hæc obtinet: Ille ſe duplicem vocat. Meus externus homo Mihi, certè nullatenus Myſterio dignus eſt. Jehova autem hoc ſuum adaptavit opificiū, ut ſe vobis per media poſſet manifeſtare, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

, ut ipſum per media hæc agnoſcere
eatis; nec dicite heîc: Mea eſt ſcien-
, & meæ debetur quid rationis viri-
s. Quandoquidem autem tu eruditiſ-
a ſis perſona; tamen confiteri coge-
, quod Iehova ſimplices & à mundo
ne abjectos non minus amet, ſi modo
hovam ritè quærant; ceu ego feci ſa-
anxiè: *Namque vera inventio, non ſanè
arte externæ rationis hæret; ſed in Ie-
væ Spiritu & voluntate.* Ita hæc ma-
s ſimplicitate gaudet, & inde à mun-
quoque ſtulta putata eſt, uti noſti, ni-
lominus tale arcanum in ea latet, ut id
tioni nullatenus ſit perſcrutabile, Id-
rco etiam tu id diſpice: Infunde oleũ
vulnus quod medicinam experit, &
enè perpende tecum, quod Chriſtus
t, quàm gravis res ſit homini in re-
num introire cœlorum, qui curis ven-
is in potentia & honoribus captivus
ret. In mundi altitudine hanc plan-
m non invenies; quia nihil potentiæ
ipsâ habes; inde ipſi es myſterium.
piritus ipſe ſuum quærit initium. Vi-
ete, ne quis hypocritam agat: Quippe
nitium eſt Paradiſiacum; *ne impurum
m puro commiſceatur, & demum rurſus
rpens decipiat Hevam.* Ne quid propriæ
nterpretationis tibi vendices; ſed ſit
s rotundum in voce Ita aut non. Nec
uoque quid timeas. Namque *quod æter-
um eſt, permanet fixum*; & eſt merè pro-
diga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

diga diſiectio, quod Turba, tanquam c
fractor, ſe ſemper ſubmiſceat ſimul. A
ea caveas. *Etenim antiquus ſerpens calli*
tate aſtuta viget, ut ſub initio & fine pur
ſis. Namque res iſta non multum comme
tationis patitur ; quum fundamentu
clarum oſtendat; nec ſpectat ad Turbar
ſed initium Veritatis & Splendoris. I
eoque caveas ab illis, qui lupini nati ſi
quorum Spiritus aſtutia ſerpentis ind
tus eſt. Coram te loquimur favore i
ducti pleno.

Vnaquæque res, quæ initium habe
ab initio quæritur. Namque initiu
quærit per profunditatem, & fundam
tum invenire cupit. Quod ſi igitur in
tium fundamentum inveniat, atque me
ſit in re aliqua, tunc initium progred
tur in terminum, ac antecedens relin
quit, ulteriuſque inveſtigat, donec inve
niat fundamentum. Ibi in ſemet ipſ
ſubſiſtere cogitur, nec ulterius, quu
nihil ſit amplius. Quod ſi verò primum
derelinquitur ab initio, tunc Turbæ i
ſuam deſtinationem incidit, quæ illuc
confringit, & redintegrat id ita ceu fui
ab exordio. Tum vero, quando res con
fracta eſt, Turba nuda abſque corpor
exiſtit, & ita ſemet ipſam quærit, & ſ
ipſam invenit; ſed abſque ſubſtantia
Tunc in ſe ipſam revertitur, ac ſe in A-
byſſo quærit, ubi reperitur Oculus pri-
mus, ex qua progenita erat. Quum vere
rudis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

dis ſit abſque eſſentia , ſiſtitur igni, nia ipſa ſe huic intime ſiſtit , & in i- e eſt appetitus , nempe in indagando nuo corpore ſuo. Hinc ignis originis anifeſtatur. Inde nobis ultimum judi- um in his agnoſcibile eſt , & reſurre- io carnis. Quippe Turba in igne eſt ppetens corporis,quod antea habuit; at meta confractum : ac appetitus ejus it corporis vita, nimirum Anima. uando itaque duo ſunt ignes , turba iam in duplici agnoſcitur ſpecie; vi- elicet in incorruptibili corpore , & in orruptibili;velut una in ferventi igne, altera in lucis igne , ubi in lucis igne os Dei corpus intelligimus , & in fre- enti igne terrenum corpus,quod Tur- a confringit ; quum ejus metam inve- iat. Proinde jam ignis æternus intel- gendus eſt , ſimul tam fervens , quàm tiam lucidus amoris ignis. Hinc vobis tud conſiderandum proponimus, quod piritus abſque corpore permanere co- atur in frementi igne;quia ſubſtantiam uam amiſit: Turba eam in igne devora- it. Aſt Spiritus cum corpore, quem Tur- a non potuit deglutire, permanet in æ- ernum in eſſentialitate , in amore Je- ovæ, in quo Spiritus ejus extat , ceu orpus etiam in amore Dei,quod eſt in- ernus homo in veteri Adamo,qui Chri- ti carnem fovet in corruptibili cor- pore,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Sic nos intelligimus Animam, quod ſit e
ſuſcitata vita ex oculo Iehovæ. Intellect
ejus eſt ignis quidam, & ignis iſte eſt ej
vita. Quod ſi vero ex igne egrediatu
cum voluntate ſua & imaginatione
lucem, nempe per fervoris mortem
ſecundum Principium in amoris ignen
tum permanet in originario ſuo ign
nec quid habet corporis niſi Turban
videlicet acerbum fervorem, appetitu
in igne. & auctionem in fame, & tame
æternam perſcrutationem, quæ æterr
refert anxietatem. *Verum anima, qu*
cum appetente voluntate in ſemetipſam i
greditur, & in ratione ſua; id eſt in app
titu demergitur, ac ſemetipſam non quæri
ſed amorem Iehovæ, ea in igne ſuo qua
mortua eſt. Namque ejus voluntas, qua
ignis exſuſcitarat, vitæ igni mortua eſt,
ex ſe ipſa egreſſa eſt in amoris ignem; un
amoris igni deputata mancupio reddita eſ
ea quoque amabilis ignis corpus accepit; qu
in eum ingreſſa eſt; & mirabile inge
exhibet amori Iehovæ: inde nec amplius
ſe ipſa eſt, quia ſuam voluntatem mortiſ
cavit. Sic etiam ejus Turba, quaſi mortu
ab amoris voluntate impletus ignis orig
nis, & in eo vivit illa in æternum. Verur
illæ Animæ, quæ turbam excitarunt, ill
imaginem amiſerunt: quia Turba in
eam abſorpſit. Atque proinde Animæ i
ira & in inferno animales imagines ac
cipiunt, juxta illud omne, ceu turba i
iiſden

dem extitit, velut Lucifer unde ſerpẽ-
imaginem geſtat : omnia ſecundum
oluntatis conſtitutionem , ac prout
eîc figurata ſunt, ita quoque in nudita-
ſua conſiſtunt. Quippe fervens Tur-
ſemper quærit imaginem,& ſi nõ in-
enit ejus quid, tunc figurat imaginem
xta Voluntatem : quia terrenus appe-
tus inhæret voluntati ; ac talis imago
kiſtit in mirabilibus Dei , in oculo fer-
entis Principii.

Atque ſic Octavam heîc intelligimus
peciem cum Turba, quæ imaginẽ quæ-
t,ac ſi metam inveniat , tunc confrin-
it eam,& adit in metam,atque ulterius
ſe inquirit,ac tandem reperit abomi-
ationes ejus,quas anima heîc confecit.
t in hoc intelligimus,heîc ignem, qui
fine aream purgabit , ac ſeverum ju-
icium addet;ac intelligimus,quomodo
nusquiſque ignis ſuam eſſentiam ac-
cepturus ſit à Turba, & quid ea ſit. Vbi
imul ignis terram abſorbebit , & ele-
menta cum mirabilibus ſuis in ſe in ini-
tium abſtrahet.Vbi primum denuò erit,
& elementa in Uno , *& unumquodque
ua mirabilia ſiſtet ; quæque rès in ſuo erit
gne, in quem voluntas abijt*

Hoc vobis dictum ſit , ô mortalium fi-
ii; vos vos hæc ſpectant. Namque haud
ullum animal ex æterno eſt initio , ſed
ſaltem ex modulatione , & Idea æterni,
nec inde in ſpiritu ſuo attingit æternũ,

niſi hominis Anima. *Nec corrupt[illegible] corpus valet æternum illud poſſidere: [illegible] Turbæ eſt in lapſus dedicatum. At no[illegible] homo in Iehova renatus, æternum poſſide[illegible] quia ipſe ex corruptione egreſſus eſt, Ie[illegible] vam in Chriſto induit; ille Iehovæ corpu[illegible] veteri corpore obtinet:* Terrenam ori[illegible] nationem turba accipit; ac externu[illegible] corpus manet terræ: voluntas aut[illegible] ſuam eſſentiam ſecum abducit; quia [illegible] novo corpore extat, eumque ſequit[illegible] Cogitet itaque homo ſecum, quid h[illegible] agat.

Nona Species Æternitatis ignis. Ingens ſeveritas.

QUum itaque intelligamus, quod o[illegible] nia ex initio prodeant; & ſic unu[illegible] ex altero proveniat; Ac intelligamu[illegible] quomodo ignis cauſſam exhibeat vit[illegible] & quomodo vita in duas ſe dividat pa[illegible] tes, nec tamen confringatur, niſi ſalte[illegible] externa vita, quæ Turbæ in poſſeſſione[illegible] deputatur, ac confringitur: proinde n[illegible] bis perpendendum eſt, in quibus inter[illegible] vita conſiſtat, aut poſita ſit, quid ejus [illegible] conſervatio, quod corpus non confri[illegible] gatur (quia eſſentialitas initium habe[illegible] & ut etiam cum fundamento poſſimu[illegible] affirmare, quod finis non ſit in eo: qui[illegible] pe omnino fundamento niti debet, ali[illegible] Turbæ proprium evadit, quæ metam i[illegible]

tendi[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ndit & invenit; At Corpus æternum
llatenus in meta conſiſtere debet, ſed
berum eſſe in Abyſſo in æterno Nihi-
, aliàs eſſentia oriretur in hac eſſen-
a, quæ dirempt ionem pareret & termi-
um conficeret.

Vobis jam ſuperius diximus, quomo-
o omnia per ignem tranſire cogantur,
uod in æternum durare velit. Namque
uod in igne relinquitur, hoc Turba
ripit. *Nullus Spiritus creatus eſt ad de-
utationem ignis, quod in igne permanere
ebeat; attamen turba multos eorum inter-
ipit, ſed non ex voluntate Iehovæ: quia
Voluntas Dei, nihil niſi Amor eſt. Aſt
urba eſt ejus Iræ voluntas, quæ cum vehe-
enti ſua fame ingens obtinet regnum, &
anifeſtationem ſuam in ſua mirabilia de-
uxit; ſicuti ſunt diaboli, & impiorum mor-
alium Animæ.* Quod ſi vero vita æter-
a in manſuetudine conſiſtat, neq; mor-
em ullam, aut Turbam in ſe complecti-
ur; tunc cogimur confiteri, quod Ani-
na & Spiritus non in Turba exiſtant,
præſertim Animæ corpus, aliàs Turba
d confringeret.

Hoc itaque eo modo & ratione, uti
ſupra dictum eſt, manet intelligendum,
quod voluntas in anxietatis exorigina-
tione (in igne hoc percipe) Animæ vo-
luntatem in ſe ipſa demergat, quaſi mor-
tuam, nec valet in igne vivere: Proinde
iſta voluntas in alium prolabitur mun-

dum, nempe in initium , aut (ut eo me
lius id proferamus) in liberam ætern
tatem,in æternum Nihil , ubi nulla affl
ctio unquam habetur,nec quid eſt,quo
eam accipiat aut det. Iam vero eſt i
demerſa ea voluntate nulla mors ; qu
ex igneo initio in Oculo eſt,& ſic vitam
ſuam in aliud deportat Principium , &
habitat in Libertate,attamen omnes eſ
ſentiarum ſpecies ex igne obtinet in ſe
ſe ; ſed inperceptibiliter ; quia ex igne
eſt egreſſa : Inde ejus vita eſſentiis eju
debetur in libertate, & eſt ſimul appe
tens, atque excipit in appetitu ſuo in eſ
ſentiis ſuis virtutem lucis, quæ in liber
tate lucet; id eſt , virtutem abſque Tur
ba. Namque ignis iſte eſt ſaltem amor
qui nihil conſumit ; ſed ſemper appeti
& implet,ut ſic voluntas Animæ corpu
quoddã induat,ubi voluntas ſit Spiritus
& Anima ſit vita magna ſpiritus , qu
Spiritus ſimul cõſervat. *Ita Anima indui
tur virtute potentiæ , & habitat in duobu
Principiis velut Deus ipſe,ac ſecundũ vita
externam in tribus , atque eſt ſimulacrum
Jehovæ.* Aqua interna in Spiritu Animæ
eſt aqua vitæ æternæ , de qua Chriſtus
loquitur *Iohan. 4. v. 14.* Quicunque eam
biberit aquam , quam ipſi ſum daturus,
ille nunquam ſiti urgebitur;hæc illa eſt
Atque Eſſentia Spiritus,quæ Animæ in-
duitur , eſt Jehovæ Chriſti corpus , de
quo ipſe loquitur *Iohan. 6.* Qui meam e-
di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

dit carnem, & bibit ſanguinem meum, ille manet in me, & ego in illo, *Verum vera vita in luce Majeſtatis in Novenario Numero eſt Virginis Tinctura*: Eſt ignis, nec tamen ignis; quia urit, nec tamen conſumit quid: Eſt Amor merus, manſuetudo, humanitas. *Hic eſt Amor Iehovæ, & ſanctarum Animarum Vita, incorruptibilis vita, inpenetrabilis vita; quia exiſtit in Abyſſo in ſemet ipſa.* In ipſo eſt quoque intus Centro: quum Centrum prima ejus ſit vita, nec tamen eam comprehendit; veluti ignis non apprehendit lucem. Atque ſic Novenarius Numerus denotat Vitam in igne Jehovæ; & vocatur vita coram Ternario Numero, tanquam Angelus, qui perpetim coram Cruce degit ad mirabilia opera Jehovæ & ad cœleſtem gloriam æternam.

Decimus Numerus & Species æternitatis ignis: Porta nimirum in Ternarium Sanctum.

HOc ex ipſa noſtis ratione, quod, ubi radix eſt, ibi ſit appetens voluntas; ſicut nobilis Tinctura; quæ vero in ſe & ex ſe expellit, & quærit ſimilitudinem ad ſuam ſpeciem. Tinctura eſt Virgo, & in ſapientia Jehovæ in mirabilibus agnoſcitur, Non eſt genitrix, ſed reſeratrix Mirabilium, quæ in Sapientia exiſtunt. Illa non quærit ſpeculum; ſed tãtum ſimpliciter reſerat eſſentiam, ut ita

tota ſimilitudo ex eſſentiis ſe ipſit progeneret. Illa ramos ex arbore propellit. Talia intelligimus in Angelis & Anima, quæ ex Dei eſſentia ex tota arbore ſunt: *Angeli ex duobus Principijs & Anima cum corpore vitæ externæ ex tribus Principijs. Ideoque homo altior est quàm Angeli, ſi in Iehova maneat.* Atque in Decimo Numero in Cruce & Angeli & Animæ ſunt exſuſcitati, atque in cœleſtem eſſentiam incorporati; licet decimus numerus inter Quintum & Sextum referendus ſit: At in globo hoc intelligendum eſt, ubi Cor in medio in Centro eſt, quod Cor Jehovæ eſt, id eſt Verbum Dei. Virtus in tota arbore, velut nucleus in ligno, obtinet totius arboris eſſentiam. Ita Jehova eſt Spiritus & Verbum Cor ejus repræſentat, quod ex omnibus viribus & mirabilibus pronunciat. Idcirco Eſaias id vocat Mirabile, Conſilium, robur, Pacis Principẽ ceu Pacificatorem iræ, & æternam potentiam Mirabilium; Conſiliarius genetricis. *Quia Verbum continet Centrum Naturæ, & eſt Cor ac Dominus Naturæ: Eſt procreator in Oculo Dei, Genitor virtutum, & Fortitudo omnipotentiæ.* Centrum ignis detinet captivum amore ignis, ut ſe in ipſo obtenebrare cogatur: Ac Verbum ſolummodo Vitam obtinet.

Non poſſumus ulla ratione aliter Decimum agnoſcere Numerum, quã quod

Crux

crux ✝ ſit, & eſt Scaturigo eſſentiæ
eſſentiarum omnium, quæ Eſſentia ſe
in tria Principia dividit, uti ſuperius di-
ctum eſt, ubi unum quodque eſſentiam
continet; & ſe involutim habent; nec
ullum niſi unum habent Spiritum; atque
in medio puncti eſt Centrum, quod eſt
cauſſa vitæ, & in Centro eſt lux Majeſta-
tis; ex qua vita tanquam aliud Principiũ
exurgit, ex eo eſt arbor æternæ vitæ, ab
æterno ſemper enaſcans; & ex ſtipite
ramuli; hi ſunt Spiritus Angelorum,
qui quidem non ab æterno fuerũt cor-
porales; at eſſentiæ fuerunt in arbore,
& eorum imago in Virgine Sapientiâ
ab æterno agnita eſt; quia cum figura
ab æternitate in Tinctura fuerunt; aſt
non corporales, ſed eſſentiales abſq; cor-
poreitate. Ideoque eſt hoc, illud magnũ
Mirabile, quod æternitas operata fuit,
quod æternum ad corporalem creavit
Spiritum, quod nulla apprehendit ratio,
nec mentis ſenſus percipiunt, nec etiam
nobis eſt penetrabile. *Namque nullus
Spiritus ſeipſum penetrare in fundamento
poteſt. Ille quidem profunditatem uſque in
Abyſſum cernit; aſt opificem ſuum nequit
prorſus apprehendere: Eum quidem adſpicit,
& penetrat eum uſque in Abyſſum; at ejus
factionem non agnoſcit, quod ipſi ſolummodo
abſconditum eſt, aliaſque nihil.* Namque fi-
lius novit quidem Parentem ſuum &
matrem, aſt haut novit, quomodo factus

ſit à Parente. Eſt quidem eadem altitudine graduatus veluti Parens; at hoc ipſi abſconditum eſt, quomodo in ſemine fuerit; ac licet penetret, non tamen novit tempus & locum; quia in ſemine erat Mirabile, & in vita Spiritus mirabilium.

Sed heîc ad ulterius quid penetradũ, nobis quies & ſilentium eſt imperatum. Namque ſumus ſaltem Creatura. & *oportet nos ſaltem eo uſque aliquid effari quouſque ad creaturam quid pertinet tam in interno quam externo, in anima & corpore; in Deo, Angelis, hominibus & diabolo; etiam in animalibus, avibus, vermibus; in plantis & gramine; in cœlo & inferno. Hæc omnia penetrare poſſumus; attamen noſtri propriam factionem nullatenus: At licet nos Fiat illud quoque noſcamus, & noſcamus quomodo nos facti ſimus; non tamen novimus primam motionem Iehovæ ad Creationem.* Factionem Animæ novimus ſatis; at quomodo illud, quod ab æterno eſt in ſua eſſentia conſtitutum, ſit mobile redditum, ſaltem novimus ejus fundamentum: quia nihil continet, quod illud moverit; ac obtinet propriam voluntatem, quæ abſq; initio & immutabilis eſt. Quod ſi verò diceremus, Angelos & Animas ab æterno extitiſſe in Spiritu; non tamen id patitur Animæ propagatio, ceu ante oculos eſt. *Ideoque hoc Myſterium Iehovæ ſoli competit, & tenetur heic creatura,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ura,ut in humilitate & obedientia perma-
eat, nec ſe ulterius elevet; quia neque in
nimis Iehovæ poteſt eſſe ſimilis. Ieho-
a eſt Spiritus ab æternitate abſque fun-
lo & initio ; aſt Animæ & Angeli Spi-
itus habet originem , & in manu Ieho-
æ poſitus eſt : Ternarius Numerus te-
net ventilabrum, & purgat aream ſuam.
Ideo ſaltem patientia & humilitae affera-
ur, aliàs nihil prodeſt ex Deo eſſe. Diabo-
us quoque erat Angelus, verum ſuperbia
ejus præcipitabat eum nihilominus in
ipſas tenebras. Nemo heîc ſupra Cru-
cem aſcendat, aut ille proruet in infer-
num uſque ad Diabolum. *Iehova nos ex-*
petit filios, non Dominos nos ſecum, quia ſo-
lus eſt Dominus, nec ullus alius quis. Ex
ipſius plenitudine accepimus : ex ejus
eſſentiis nati ſumus. Nos ſumus genui-
ni ejus liberi , non privigni ex alieno
ſpeculo ; nec ſaltem nuda ſimulacra ; ſed
filii : At corpus eſt ſimilitudo juxta Dei
Spiritum : Vera autem Anima eſt filia
ex Deo nata. Iehovæ Spiritus teſtimo-
nium exhibet noſtro Spiritui , quod ſi-
mus filii Dei; non in modum eum , uti
Babel innuit, quæ ita libenter in terris
cuperet Deum agere. Non ſanè, ſed filii
ex ſemine Dei nati ſunt Animæ noſtræ:
Ex Dei corpore & noſtrum cœleſte
corpus, quod Animam circum fert dia-
bolo & veteri Adamo abſconditum.

Ideoque, vos dilectiſſimi mei fratres,
in amo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

in amore Jehovæ hæc noſcatis aperte; & hæc ſit mea reſponſio ad primam veſtram quæſtionem : Vnde Anima ſumat originem : Videlicet ex Deo ab æternitate abſque fundo & numero , & durat uſque in æternitatem ejus. *Verum initium ad motionem creaturæ, quæ in Deo facta eſt, non debet nobis eſſe nominatũ, niſi quod vobis hæc largiamur, quod Ternarius Numerus adamarit ſui ſimilitudinem ex ſuis habere liberis; & inde ſe in Angelis & in Anima Adami manifeſtarit, & in imaginem progreſſus ſit, ceu arbor, quæ ſuos edit fructus, atque ex ſe ramum progenerat.* Namque hoc jus æternitatis eſt, & non ulterius quid vult. Non eſt quid alieni, niſi unum ſpeculum ex alio, & una eſſentia ex alia. Et omnia quærunt initium, ſuntque cuncta mirabilia.

„ Hic ſit ita introitus : Nunc vobis ad
„ quæſtiones reliquas breviter reſpõde-
„ bimus. Namq; jam videtis in hac deſ-
„ criptione omnium quæſtionum reſo-
„ lutionem : Attamen exercitii, & ſim-
„ plicium ineruditorumque cauſſa, qui
„ noſtri cognitionem non habent, id
„ omne pertexemus.

Secunda

Secunda Quæſtio.

Quid Anima in Eſſentia, ſubſtantia, Natura & proprietate ſua ſit? R.

Eſſentiæ ejus ſunt ex centro Naturæ, ex igne, cum omnibus ſpeciebus Naturæ: Tum omnia tria Principia in ea latent. Omne, quod Iehova habet & poteſt, & quod Deus in Ternario ſuo eſt Numero; id Anima eſt in ſua Eſſentia, tanquam ramus ex virtute arboris. Subſtantia ejus cœleſtis creata eſt, ex cœleſti divina eſſentia: aſt Voluntas ejus eſt libera, vel in ſeſe ad demergendum, & ſe nihil æſtimandum; ſed velut ramus ex arbore evireſcendũ, & ex amore Iehovæ paſcendum; vel in propriis voluntatis viribus adſcendere velle, & propriam conſtituere arborem. At de quo edit, de eodem quoque ſibi aufert eſſentialitatem tanquam Corpus creaturæ. Natura ejus eſt ipſum centrum, cum ſeptẽ Spiritibus ad progenerationem. Illa eſt totalis eſſentia ex omnibus eſſentiis, & ſimilitudo Ternarii Numeri, ſi ſit modo in Iehova; niſi hoc; illa eſt ſimulacrum Luciferi & omnium Diabolorum; omnia porro juxta proprietates ſuas.

Proprietas ejus eſt in prima Anima, quod juxta utramque matrem fuerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

creata Vnde ſecutum eſt eam Mandatum Dei; & tentatio, ne quid appetere comedere de bono & malo: ſed ſolummodo de fructu Paradiſiaco ſe nutriret, quùm deberet Voluntate ſua & proprietatibus tantummodo in Jehovam directa vivere. Omnes autem proprietates in ea latent; exſuſcitare valet & ad ſe intromittere, quodcunque velit. At quodcunque illa exſuſcitat, id Deo placet, modo voluntatem ſuam in humilitatem & obedientiam in amorem Jehovæ devoveat; tunc mirabilia conficiat, quæcunque velit: Omnia enim ſic vergent in gloriam Dei.

Tertia Quæſtio.

Quomodo in Imaginem Dei ſit creata. R.

HOc jam ſupra aſſertum eſt. Ternario Numero cum omnibus tribus Principiis in deſiderio ſuo complacitum fuit, aut concupivit is totam imaginem in Eſſentia & proprietatibus poſſidere juxta eſſentiam eſſentiarum. Atque ea cupiditas, ad iſtud tenendum, in Corde Jehovæ excitata eſt tanquam ingens mirabile. Et hæc exſuſcitatio, illud acre Fiat, videlicet appetens attractio, fuit. Et iſtud ex omnibus Unum quid attraxit, unde Imago hæc facta eſt, juxta ſimilitudinem Dei, juxta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ıxta cœlum, & hunc mundum, necnon ıxta iræ mundum. Omnia creavit illud otum Fiat, in Verbo Domini, ex Ieho- æ & iræ regno. Et quum itaque nihil ublimius ſit, quàm Anima; jam eſt quo- ue nihil; quod eam confringere poſ- it. Namque omnia ſub ſe continet tan- quam ſe inferiora. Illa eſt ſoboles totius Vniverſi & Eſſentiarum Cunctarum. At- que ſic ea fuit creata.

Quarta Quæſtio.

Quidnam Inſpiratio ſit, & quando ea facta ſit? R.

QUiſque Spiritus abſque corpore crudus & rudis eſt, nec ſeipſum novit; Jam vero quiſque Spiritus appetit corpus, tam ad cibum ſuum, quã etiam ad gaudii perfectionem. Atque quùm jam Deus ante Animam tertium Principium creaſſet, velut ſpeculũ Deitatis; tunc Speculum hoc æterno quoque jam adhærebat: quia ex æterno mirabili procreatum erat, & ita creatum. Ita quoque Tertium Principium nolebat Animam liberam relinquere, quum itidem eſſet ex Mirabilibus Jehovæ creatum, & ſe habebat ab initio inſtar figuræ in Sapientia Dei; & expetebat, quùm eſſet materiale, ut etiam materialem ſimilitudinem haberet in Anima:

atque inde ſic excitabat in Animæ crea-
tione quoque ſuum Spiritum cum Fi-
lio, Inde externa hæc imago ſecundum
Spiritum hujus mundi cum externo
Fiat apprehendebatur, & ſimul corpus
ex terræ Matrice creabatur; *qui erat ho-
mo, rubeus limus ex igne & aqua*: ac cœ-
leſtis Matrix concupiſcebat ſimul, Ani-
mam, & volebat, ut ſuam potius aufer-
ret imaginem; unde ſimul creatione vi-
tæ ſuæ apprehendebat ſuum proprium
Fiat, & prius creabat antequam terre-
num apprehenderet creationem. Pri-
mum fuit: quia ex Centro Verbi prod-
bat Fiat cum Verbo. Ita tertium Prin-
cipium in ſecundo creabatur. *Virgo enim
Sapientiæ circumdabat Animæ Spiritum
prius cœleſti eſſentia, & cœleſti divina car-
ne. Ac Spiritus Sanctus addebat cœleſtem
Tincturam, quæ cœleſtem ſanguinem in igne
efficiebat; Sicuti in noſtro tertio libro a
longum commemoratum eſt. Atque ita exi-
ſtebat internus homo in cœlo, & Eſſentiæ ejus
erant Paradiſus: Splendor ejus in interno
oculo erat Majeſtas; corpus infrangibile,
quod Iehovæ & Angelorum callebat lin-
guam, linguamque Naturæ: veluti hoc in
Adamo videre eſt, quod omnibus creaturis
poſſet imponere ſuum genuinum nomen, uni-
cuique juxta ſuam eſſentiam & proprieta-
tem*. Ille ita exiſtebat in externa imagi-
ne, & externam imaginem haud noſce-
bat, licet corpus externum non haberet
intellectum.
Atqu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Atque in hoc duplici corpore, qui
xto die in hora ſexta in die illo crea-
atur; in eadem hora diei, in qua Chri-
us Cruci affigebatur, Regia Anima,
oſt perfectionem corporis ab interno,
ſpirabatur à Spiritu Sancto in Cor in
ancto homine in ſuum Principium, ad
odum exſuſcitationis in Deitate. Ter-
arius Numerus ſe cum creatione Ani-
æ & inſpiratione commovit: quia erat
Centro cum ſemine inſtar germinis
ıt propaginis vireſcentis eſſentiarum:
cque in internum centrum inſpirata
ſt, in internum hominem, in Cordis
œleſtem ſanguinem, in aquam æternæ
itæ, cum binis internis Principiis: Spi-
itus autem externus, velut aër cum to-
o externo Principio, cumque ſtellis &
lementis adhærebat interno; & inſpi-
abat ipſi externus Spiritus vitam ſuam
um Anima ſimul per nares in cor, in
or externum, in terrenam carnem, quæ
amen non ita terrena erat ex Matrice,
x deſiderio (*Sucht*) ex quo terra cor-
oralis erat facta. Ita Spiritus Sanctus
ehebatur curru Animæ in interna Ma-
eſtica voluntate, & ſuper incumbebat
quæ; quia aqua illum non comprehen-
lebat; ideo ſuper incumbebat ei & in
a (idem eſt omne) & urebat Anima
x cordis ſanguine inſtar luminis ex fa-
ula, & pertranſibat omnia tria Princi-
pia, ceu Rex imperat terræ ſuæ: quia

M poten-

potenter imperium ſuum ſuper exter-
num Principium extendere potuiſſet, ſi
modo ſua voluntate in Cor Jehovæ in
Verbum Domini fuiſſet ingreſſa.

Sed quoque ſimul qualitas fervori
in originatione ſe cum inſpiratione in-
ſinuaverat, tanquam cum ſcaturigine A-
nimæ; & nō poterat aliter Anima Jma-
go Dei permanere, niſi in humilitate
permaneret & obedientia, atque ſuam
voluntatem in Dei voluntatem depone-
ret: Namqne in ea erat Angelus & ſo-
boles Jehovæ: aliàs mera erat pericu-
loſitas, quod talis Creatura duo Principia
cohibere poſſet, nempe iracundum, &
externum, quod ex ira erat progenera-
tum. Quapropter tentatio ea non certe
nudus fuit pomi admorſus, nec ſaltem
duravit per aliquot horas; ſed per 40.
dies, quàm diu Chriſtus in deſerto fuit
tentatus; & itidem ſic à tribus illis Prin-
cipiis omnibus ſimul; Ac Iſrael in de-
ſerto, ſicut & Moyſes 40. diebus in
Monte erat, ubi nec populus Dei con-
ſtanter perſeverabat, ſed ſibi conficie-
bant vitulum.

Qninta

Quinta Quæſtio.

Quomodo Anima propriè formata & effigiata ſit? R.

QUando Ramus ex arbore excreſcit, tunc forma ejus ſimilis eſt arbori: Non quidem eſt ſtipes & radix; at ſpecies eſt ſimilis arbori. Ita quoque, quando Mater ſobolem parit, tunc imago eſt ejus; nec id aliter ſe habere valet; quia non eſt quid, quod aliter eam formet; niſi fortè Turbæ concidat; quæ ſæpius monſtrum concitat juxta Spiritum hujus Mundi, juxtaque ejus incipiẽtem factorem; nempe in Luna; quando Fiat monſtrum lunare conficit. Sic & jam nobis id agnoſcendum eſt, in qua forma ſit ea; *videlicet rotundi globi, juxta oculum Dei, per quem tranſeat Crux, & eum in duas dividat partes, velut in duos oculos, qui retrorſum tergis ſtant obverſi: quemadmodum ſupra figuram cum triplici Iride delineavimus*, ubi Crux per utramq; tranſit; & inter arcus in medio una linea cuſpidem in ſublime extollit, quod germen propaginis virens per ignem, per anxietatem, ceu per mortem, ſignificat, & tamen mors non eſt, ſed ſaltem egreſſus ex ſe ipſa in aliam originationis qualitatem, ubi ante binos arcus ita in medio eſt conſtituta, inſtar propagi-

nis germinantis ex Cruce; Et brachi
Crucis ad dextram, ſignificat ejus Sp
tum,qui in lucis Majeſtatem ingredit,
& Animæ, tanquam Centro, divin
Eſſentiam induit. At brachium ad ſi-
ſtram in Cruce ſignificat ejus origin
in igne, & continet primum Princip,
quod illa Patris ſit, & in Originario e
tet oculo, in forti & ſtrenua potent,
tanquam Dominus & Adminiſtrator p
tens Naturæ. Inferior autem pars Cr
cis, ſignificat aquam veluti humilitate
aut mortem ita adſimilatam ipſi, qu
non debeat ea in igne dominari, & h
inflammare; ſed in ſe & ſub ſe deme
gere coram Jehovæ Majeſtate, &
quaſi mortuam cenſere in ſua voluntat
ut Jehova in ea vivat, & Spiritus Sa
ctus ejus imperatorem agat, ne id pe
ficiat,quod volũtas Turbæ cupit in ign
ſed quod voluntas in luce expetit.*Qua*
ejus voluntas ſub ſe demergi debet in hum
litatem coram Iehova, & ſic ex Turba ign
excedit; quia ejus voluntas non eſt in e
Tum quoque non poteſt imaginatio fie
ri,ex qua ſpeculum progignitur, ut ſe i
igne intueatur,& agnoſcat,quod Domi
num agat,unde ſuperbia efferveſceret i
ea, & cuperet in propria potẽtia guber
nare; ceu Lucifer id præſtabat, & Ad
in Paradiſo.

Proinde nos jam rectè percipite. A
nima per ſe eſt globus cum Cruce, cum

bini

nis oculis, uno ſancto, divino, & alte-
infernali fervido in igne. Hunc oc-
udere debet, & occultè per anxietatem
a per mortem in ſecundo Principio in
more cum eo regnare; ac ſi amorem
oncipiat, tunc fervor ignis quaſi mor-
ius eſt, & inperceptibilis; ſed eſt læta-
unda vita Paradiſus; aliàs in manſuetu-
ine non eſſet vita & regimen, niſi ignis
n ea ſe ſubmitteret; ſed maneret tran-
uilla æternitas abſque eſſentia: quia
mnes eſſentiæ exoriuntur in igne.

Præterea tertio, eſt Anima juxta to-
um corpus formata, eſt cum omnibus
nembris. Hoc ita intelligite. Anima eſt
uaſi ſtipes, & radix, quæ centri imagi-
em refert in Ternario Numero, inſtar
Oculi, globi, Crucis, & demum Volun-
as ejus, quæ ex æterna voluntate origi-
em ſumit, Spiritus eſt, quem vera Ani-
na in ſua habet poteſtate: Et ille Spi-
itus retegit aperiendo Eſſentias in igne
& aqua, ut ita tota ejus ſpecies appareat
inſtar arboris cum multis Ramis & ſur-
culis, ac expanditur aut diſtribuitur in
omnes ramulos arboris. Quod ita acci-
piendum eſt. Spiritus ſe exporrigit in
totum corpus (intellige in Tinctura) in
omnia nembra quæ cuncta ejus repræ-
ſentant ramos. Non enim aliter in Spi-
ritu ſuo apparet, quàm totus homo cum
omnibus membris. Atque in hoc vera
eſt imago Dei; quia Spiritus Sanctus ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bitat in Spiritu, ſi fidelis eſt; ſi non,ea
diabolus inhabitat. Cuicunque ſe devo
vet, ſive ſit avaritia & ſuperbia ; ſive a
mor & humilitas ; illi quoque addict
manet

Quod ſi vero in abominatione perſe
veret,& Jehovam amittat, tunc amitt
Crucem , & oculus ejus eſt infernalis
culus , ubi Turba ipſi horribilis beſt
effigiem aut ideam in oculum & volu
tatem & in Spiritum introducendo i
primit. Ideoque Chriſtus Phariſæos a
pellabat aſpides & ſerpentum progeni
quia ita eorum figuræ ipſi apparebant i
Spiritu ejus propter ipſorum ſuperbia
& avaritiæ Voluntatem , quod Domi
nec ſervi eſſe cupiebant. Ita quoque ex
ſtit figura Antichriſti in Babel cora
Deo, inſtar Draconis cum 7. Capitibu
quæ ſunt 7. Spiritus,cui inequitat ſim
lis ſtultitiæ Spiritus in hominis imagi
uſque in abyſſum. Ille Spiritus quide
venditat ſe pro Angelo,& tamen eſt m
ſtrum filii Dei. Nomine ſe talem oſte
tat, & tamen cor ejus eſt beſtia in Ap
calypſi Ioh.depicta.Deũ ſibi exoptat,
ſimul diabolum geſtat. Quare tale e
monſtrum , ſimile homini & tamen in
det diabolo.

O hominis fili,quæſo fuge : fuge pr
cul : patet jam janua:Turba advênit,h
imaginem expugnabit : niſi fugias , u
ibis. Non amplius ſupereſt medela qua
da

am aut conſilium, niſi veram imaginem
Amore quærere , aut ulterius porro
era calamitatis neceſſitas & mors ad-
t : Id Spiritus magnorum mirabilium
dicat. Atque ita hæc noſtra vera eſt
eſponſio , quod Anima in primo Prin-
pio ſecundum originem formam Ocu-
obtineat, & tamen dupliciter, adſimi-
ta cordi, in quo Crux extat. Ac in ſe-
undo Principio eſt illa Spiritus , & to-
alis imago , ſicuti externus homo ſe
xhibet. At in tertio Principio eſt ſpe-
ulum totius mundi ; quùm omnia in ea
ateant, quodcunque cœlum & terra va-
et , omnium Creaturarum proprietates.
Namque ſpeculum ſimile eſt firmamen-
o, aſtris, etiam talis Corona eſt; in qua
xterni hominis numerus continetur,
vitæ curſus & finis, cum omni fortuna
& infortunio , quantum vitæ externæ
Spiritus hujus mundi deputavit.

Sexta Quæſtio.

Quidnam ejus poteſtas facultatis ſit ? R.

NObis eſt exploratum , quod illud, quodcunque ex abyſſo provenit, & ſibi ipſi fundamento eſt , in ſe omnia poſſit ; quia ipſius propria eſt eſſentia; ſe ipſam ſibi conficiens. Licet autem Anima ſit ramus ex arbore ſua ; tamen in creaturam ingreſſa eſt , & quid Vnicum eſt. Ipſa eſt inde imago totius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

& ſoboles totius. Nam quando ſobol
prognata eſt, tunc mater & ſoboles du
ſunt: Sunt duæ perſonæ; dum vero a
huc in ſemine & Matre eſt, tunc ſem
Matri competit, & Mater illud regit: A
quando ſoboles progenita eſt, tunc ſua
propriam poſſidet vitam in ſe, & cont
net Centrum Naturæ in propria pot
ſtate; regit non tantum in ſeſe, ſed et
extra ſe in hoc, quod ſemen eſt. Ita qu
que nos rectè percipite. Spiritus Jeh
væ, & Animæ Spiritus duæ ſunt perſ
næ. Vnaquæque libera eſt ab altera;
tamen utraque in primo initio vigẽs ex
ſtit: Vnaquæque ſuam propriam hab
voluntatem. Jam vero notorii juris e
quod filius Parenti debeat ſuam obedi
tiam, ſub pœna amiſſionis hæredit at
paternæ. Sanct. Spiritus fuit Animæ A
chitectus, & eam creavit; ei igitur A
nimæ Spiritus ad obedientiam obliga
tus tenetur, ſub amiſſione Spiritus S. hæ
reditatis, nempe Deitatis.

Ac licet heîc multa nobis eſſent pro
ferenda; tamen admodum eſſet pericu
loſum propter falſam Magiam: Si enin
talia falſus noſceret Spiritus, in venefi
cii abuſum ea abriperet. *Proinde ſalten
ita loquemur, ut ſaltem filiis Dei ſimu
perceptibiles, & tamen plenum os reſerve
mus filiis fidelibus. Namque certe non æ
què expedit ſcribere cuncta, quum haut no
ſcamus, quis futurus ſit Lector,* Attamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

nterea hoc expreſsè edicimus impiis, uod illi in Diabolo vivant ; nec ullam oſtrorum ſcriptorum partem ſibi vendicare debeant. Circumcludimus ea cū muro quaſi & munita arce , ut illi mali cæci fiant , nec Spiritum agnoſcant norum. Non enim ſerpentem in ea imponemus : noſtra voluntas pridem ab iis greſſa eſt. ideoque non debent nos noiſſe, etiamſi nos ſuis portent manibus.

Eſt firmum ſigillum , de quo Chriſtus it ; quod ſi Fidem habeatis ad inſtar rani ſinapis , tunc poteritis dicere ad nontem hunc, amovete,& te præcipita n mare. Certè Verbum hoc non eſt nane abſque Veritate. Voluntas , quod i fortiter rectà procedat, Fidei ſe credere volet toti ; ac formet propriā ſuam ſpeciem in Spiritu : habet quoque eam poteſtatem, quod poſſit aliam effigiem in Spiritu ex Centro naturæ formare : Illa poteſt Corpori aliam addere formā, juxta externum Spiritum, quia internus eſt Dominus externi. Externus cogitur ei ſubjectus eſſe, ac poteſt externum in aliā tranſportare imaginem; ſed non durabiliter : *quia Adami Anima Turbam huic mundo inſpiravit ita, ut Turba, ſi peregrinā à ſe ſobolem videat mox eam adoriatur, & confringat* : tam diu id ſaltem durat, quā diu internus Spiritus externum poteſt cohibere & coactione conſtringere. Et hæc ſpecies vocatur Necromantia, Trāsmuta-

mutatio quædam, ubi internum extern[illegible] cohibitione cogit; quia maximè natura[illegible] le eſt: Veluti etiam cogitamus, quo[illegible] nos debeamus transmutari; ita fit pe[illegible] eandem Turbam, quæ primum Fiat in ſ[illegible] continet, ex qua corpus eſt Sulphur, & [illegible] latet in Tinctura. Quod ſi jam primun[illegible] fundamentum totaliter in id conſentiat [illegible] nempe Anima, tunc poteſt Spiritus alian[illegible] formam imagini in Sulphure conficere[illegible] At diabolus lubentiſſimè promtus ſe ſub[illegible] miſcet; quia Mirabile eſt hoc abyſſi, ub[illegible] ille Dominatorem agit.

Ita etiam nos percipite, de prima Vo-luntate, quæ aliàs Fides aut Credere ap-pellatur, & cum Spiritu magnas perfici[illegible] res. Iſta Voluntas valet Spiritum ipſum in aliam tranſportare formam, Etſi Spi-ritus eſſet Angelus, & ſimulacrum ipſum Dei, tamen poteſt voluntas ſuperbum ex eo facere diabolum, & etiam ex Diabo-lo Angelum, modo ſe in mortem, in hu-militatem ſub Cruce demergat, & ſe ite[illegible] rum in Spiritum Jehovæ involvat; ſi ſe[illegible] ſui regimini ſubducat, tunc ſe demergi[illegible] in tranquillam æternitatem, ex origina-tione in tantum Nihil, & tamen omnia erit: Sicque iterum extat in initio, ubi illum Jehova creabat, & de novo illum concipit Verbum Fiat, quod imaginem Dei ſervat.

Et præterea tertio Animæ Spiritus potestatem habet, alii homini in medul-

lam

n & oſſa, veluti in ſulphur , ad ingre-
endum, & illi, ſi ſit falſus, turbam ad in-
cendum , ſi ipſius non ſit Spiritu Dei
matus, ut ſaltem nudus in Spiritu hu-
s mundi inveniatur, veluti id in Sagis
dere eſt.

Quarto facultatem habet , ſi ſoboles
ei ſit, ut Turbam queat captivam duce-
e, & valet eam ſupra domum impii ef-
ndere, veluti Elias id perficiebat cum
ne, & Moſes coram Pharaone. Namque
la poteſt montes tranſponere & inver-
ere, ac rupes confringere. Hoc ita vo-
is intelligendum eſt. Quoad ille locus
urbæ capax eſt, ut iram in ſe concita-
it; tunc valet id fieri. Si autem non, etſi
piritus Dei in aliqua re adeſt; tunc ne-
uit eſſe : quia aqua in ignis Turbam
nfunditur, & tunc quaſi mortua eſt, &
oteſtas ejus in ludibrio jacet. Ideoque
œlum eſt medium inter Deum & infer-
num, veluti inter Amorem & Iram; quod
Cœlum ex medio aquæ Creatum eſt , ut
minus pro lubitu diabolus cum ſua Tur-
ba valeat imperium tenere, quùm ipſius
propoſitum aqua eludat: Sicuti falſa Ma-
gia in aqua ſuffocatur cum ſua imagina-
tione & occœcatione.

Quinto Animæ Spiritus poteſtatem
habet, quod poſſit, & valeat mirabilia in-
dagare, quæ in natura latent; nempe artes,
linguas, ædificationes , & plantationes,
deſtructiones &c. Poteſt ſtellatum co-
hibere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

hibere cœlum, veluti Ioſua Soli imper bat ſtationem, & Moſes mari, ut erect ſtaret: Tenebris quoque hoc impon bat, ut ingrueret. Terram poteſt con cere vivam, ceu Moſes pediculos & r nas, etiam ſerpentes, & alia mirabilia. I le quoque mortem in poteſtate hab ſua, ut eam coactione conſtringat, ſi cu ru ſponſali invehatur. Ille poteſt diab los cohibere & ſubjugare, ſi ſit in De Nihil eſt jam nominatum, quod ille no poſſit ſubjugare.

Verum hoc vobis rectè eſt intelligen dum. Ejuſmodi poteſtatem habet An ma ex Originali ſua cauſſa, & talem Spi ritum ex ſe emittere potuiſſet, niſi Tur bam magnam terrenam in ſe intromiſiſ ſet, quæ ipſi nunc has ferias imponit, ni Spiritus Dei ipſius curru denuò inveha tur, ſicuti apud Moſen, Eliam, & omne Prophetas, apud Chriſtum, & ejus Diſci pulos, & quoque adhuc ſemper apu ſanctos Dei filios ea facultas eſt: h omnes hanc habent poteſtatem, valen necare, reſuſcitare, & morbos ſanare, & omnes propellere ægritudines. Naturale hoc eſt. Spiritus imperium hoc agit in Turbam ſaltem. Sed hoc pro explicatio ne contraria accipite. Anima ſat novit in quali confœderatione cohæreat cum Diabolo, & quid in eam poſſit: Non illa nudè incedit, ſi modo ſit, ut ſecum Spiri tum Dei foveat, ut ejus patrocinio ritè

utatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
a Spiritum. *Externa carnis vita, eſt
eculum intimæ internæ vitæ igneæ nempe
Animæ vitæ. Præterea Animæ ſpiritus
ita cum luce in Tinctura eſt media vita,
tamen ex Anima progeneratur.* Sed ſa-
s promptè & fideliter nos percipite.
Animæ Spiritus, in quo divina exiſtit
mago, exurgit ex igne, & primo eſt vo-
ntas ad ignem; quando autem fervor
n igne ſe acuit & incendit, tum volun-

tas in magnam demergitur anxietatem
ſimilis morienti, & in ſe ipſam deſcen-
dit ex fervore in æternam libertatem
nec tamen eſt mors, ſed *ita altus fit mun-
dus ex priori:* Quippe voluntas jam ev-
reſcit in altero mundo, velut acredo e
igne, attamen abſque anxietatis ebulli-
tione, in æterna libertate germinans, &
eſt vegetatio, propulſio & agnitio na-
turæ anxietatis. Omnes habet eſſentia
quæ in primo acri ignis mundo proge-
nerantur: ſed ſimiles ſunt alicui, qui e
igne in aquam abit, ubi anxietas ign-
in aqua relinquitur.

Ita & nos percipite, Hæc vita, eſt A-
nimæ Spiritus vita: Anima eſt Centrum
Naturæ, & Spiritus cariſſimæ nobilita-
tis Imago, quam Deus in ſuam creabat
imaginem. In his exiſtit ſummè regi-
illa & cariſſima imago Dei; quia Deu
etiam ita in ea vitæ originatione com-
plectitur. Spiritus non eſt ab Anima ſe-
paratus: nullatenus: veluti videtis, quod
ignis & lux haut ſint ſeparati, nec tamen
unum ſint: ſed duplicem habent origini-
qualitatem: ignis eſt fervens, & lux
manſueta & amabilis: In luce eſt vita
& in igne cauſſa vitæ. Ita quoque cauſ-
ſam adverſitatis in carne & ſpiritu facilli-
mè & abſq; multa indagatione invenire
poteritis. Namque Spiritus internus
Corpus Dei & manſuetam eſſentiam ob-
tinet; ac Spiritus externus continet in

ſe fere

ferventis ignis ſpeculi corpus , qui
erpetim fervorem excitare cupit, ceu
nirabilia , quæ in arcano inque animæ
veritate latent, tunc obſiſtit illi inter-
us amoris ſpiritus , ne ſe in acrimoniã
levet , & animam inflammet; aliàs ille
moris gaudium & imaginem amitte-
et , & animæ fervor hoc ipſi expugna-
et. Hinc eſt adverſitas & lucta. Inter-
us Spiritus dominum agere cupit;quia
omat externum ; nil minus & externus
upit eſſe dominus ; quia ait ; Ego poſ-
deo magna mirabilia cum arcano ; &
ta ſe oſtentat cum Myſterio , & tamen
ix eſt ſpeculum Myſterii,ſed deſideriũ,
Comprehenſibile Speculum,in quo My-
terium in figura apparet ; nihilominus
upit magiſtrum ſe offerre, quum Prin-
ipium aliquod ſit aſſecutus, propriaque
it vita : Sed ſtultus eſt, reſpectu Myſte-
ii.

Ideoque, *Fratres dilecti*, ſi velitis My-
terium quærere, non quærite id in ex-
erno Spiritu ; decipiemini : Solummo-
lo apparentiam quandam accipitis ex
Myſterio. Introite uſque ad Crucem;
tque tunc quærite aurum; tunc fruſtra-
ione omni res carebit. Purus infans
bſque macula in altero mundo vobis
uærendus eſt : In hoc mundo invenitis
altem infantem ferruginatum , qui pla-
nè imperfectus eſt : aggredimini rem
cum prudentia: Recedite iterum à Cru-

ce in quartam uſque ſpeciem: ibi hab
tis Solem & Lunam complicatim: ded
cite hunc in anxietatem & mortem,
conterite confectum Magicum Corp
eo uſque, donec illud fiat, quod erat a
te Centrum in voluntate; tunc erit M
gicus & eſuriens ad naturam: ille
deſiderium in æterno deſiderio, & e
petit corpus: Proinde porrigite ipſi l
co corporis Solem, nempe Animam,
tunc ſtatim ſibi corpus conficiet jux
animam: Etenim voluntas evireſcit
Paradiſo cum formoſiſſimo cœleſti fr
ctu abſque macula. Ibi nobilem hab
tis infantem, vos avaritia inhiantes i
ſidiatores. Nobis jam indicandum qu
dem eſt vobis, quum tempus ſit natu
ſed tamen noſtris intelligentes eſſe c
pimus: quia non putamus Speculum a
cœlum, ſed Solem, in quo veſtram ſupe
biam oſtentatis, & tam diu veſter fu
Deaſter: Is natus eſt: ac cœcæ vac
ulterius oculi expulſi ſunt, ut multo m
nus quid videat, quàm antea. At fi
mox videbunt, edent, & ſe exſaturab
ut Jehovæ vivant.

Nos heic mirabiliter loquimur, at
men iſtud, uti debemus. Nemini h
mirum videatur, quod ille Myſteriu
noſcat, qui non addidicit. Creſcit tam
quoque herba abſque conſilio veſtr
nec à vobis expetit artem, aut eam c
ſulit. Ita quoque accrevit Myſteriu
ſi

ne veſtra arte. Suam propriam habet cholam, ſicuti Apoſtoli in die Pente-oſtes, qui multis & variis linguis loque-antur abſque præſcientia aliqua habi-uali & arte. Sic etiam eſt hæc ſimplici-as. Atque tibi, ô Babel, prænuncius eſt ui interitus, ut tu hoc ritè noſcas: Nec quid impediet ullus fervor aut iracun-lia. Stella nata eſt, quæ ſapientiam ex Aurora deducit. Quære te ipſam modo, ubi ſis, & inveni te, & abjice à te Tur-bam, tunc quoque cum filiis vives. Hoc tibi dicimus abſque joco. Nihil amplius conſilii aliter ſuper eſt. Ira tua ignis eſt tuus tibi, qui temet ipſum abſorbebit. An vero putas, nos cœcos eſſe? Si nihil cerneremus; tibi quoque taceremus. Sed quodnam benè placitum eſſet Ieho-væ in mendaciis? Et nos quoque ita in Turba inveniremur, quæ omnium ho-minum eſſentiam, opera & verba accu-ratiſſimè perſcrutando examinat. An his ſtipendium aliquod meremur? Nam vi-ctum ex his quærimus? Quur non ſoli manemus in æſtimio abſque perſecutio-ne, juxta externam rationem? Quod ſi vero nobis deputatum eſt opificium, pro-inde cogimur id perficere, quod Patris Voluntas nobis imponit; quia ad veſpe-ram nobis de his erit reddenda ratio. Hoc dicimus vobis abſque joco.

Atque ita poteritis nunc adverſitatem intelligere Spiritus & carnis. Et agno-

ſcite perquam curioſè, quomodo duo Spiritus in ſe ſint involuti, ubi alter alterum oppugnat: quia unus expetit Iehovam, alter panem ventris quærit: Et tamen ambo ſunt utiles & boni. Verum, ô filii hominum, hoc vobis ſit dictum: traduc vitam tuam prudenter: Cura, ut Spiritus Animæ ſit tibi Dominus, tunc bonam heîc peregeris militiam: quia heîc exigui temporis ſpacium cuique reſtat: Poſiti ſumus & inſiti heîc agro, ac germinando creſcimus: Quiſque pia utatur providentia, & cernat, quales edat de ſe fructus; quia ita cuique in fine meſſis operi ſuum attribuetur reſervatorium. Longè melius eſt per minutum tempus in labore, & indigentia in vinea Dei ſuum perficere opus, & magni præmii & recreationis eventum expectare; quàm heîc per tantillum ſpacium Regem agere magnificum, & poſtea in æternitatem leonem, luppum, canem, ælurum, bufonem, ſerpentem & vermem repræſentare in figura.

O filii hominum, benè hoc conſiderate: Quæſumus, admittite nonnihil has admonitiones: Nos loquimur perquam ſollicitè & fideliter ex mirabili oculo. Vos jam ipſi propè experiemini. Reſtat ſaltem pauxillulum temporis. Namque initium jampridem invenit finem; & certè ῥόδιον aut Roſula hæc eſt ex initio. Quæſumus, videntes Vos facite, & cœ-

citatem

itatem exuire; removere tandem ex culis veſtris avaritiam, & ambitionem, ut ejulabitis & lamentabimini, nec erit quiſquam, qui miſerebitur veſtrûm. *Nam quod quiſque ſeminat, hoc quoque metet ſibi.* Quidnam prodeſſet vobis ſuperbus ſplendor & honos, quùm tamen hæc omnia à vobis decidant? Eſtis heîc multipotentes, & eritis poſtea impotẽtiſſimi. Heîc eſtis Jehovæ, ſi velitis, & nihilminus ipſi tam ſtrenuè curritis ad diabolum. Quæſumus, miſericordia vos ipſos propriæ veſtræ commoveat vitæ, & veſtræ ſplendidiſſimæ imaginis cœleſtis. Quur eam diabolo deſtinare laboratis? Quùm ſitis filii Dei; non fiatis filii diaboli, aut diaboli ipſi. Non vos adulatoribus aut hypocritis hoc concedite, ut mala vitæ doctrina aut exemplo ſuo vos remorentur. Ventris ſui cauſſa vobis blanditias vendunt, ac ut ipſi in honore & divitiis vivant: Servi certè ſunt magnæ Babyloniæ, cujus præmium tandem ſentient. Inveſtigate voſmet ipſos quærendo: *imo & in conſcientiam veſtram inquirite, an ſit in Iehova amore ſuo?* querimonias ſuas & accuſationes ſatis acres effundere cogetur vobis. Facite hoc expeditum, ut procul à vobis abſit omnis hypocriſis; ac quærite faciem apertam Iehovæ. Nolite per ſpeculum quid notare; Iehova enim ante oculos adſtat vobis; imo in vobis adeſt; Con-

feſſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

feſſionem modo veſtram ipſi ſeriam de-
ponite ex corde: Accedite ad eum cum
filio perdito; nemo aliàs Turbam à vo-
bis auferre poteſt. Vobis ſaltem per
mortem in alium tranſeundum eſt mũ-
dum, ad quem hypocritæ veſtri non per-
venient: aliàs non eſt ulla peccatorum
remiſſio. Ac licet hypocritis omnia ve-
ſtra effundatis bona, tamen non minus
poſteà quàm anteà turbæ captivi mane-
tis. Certè non ita ſe res habet, quod
ſtatim adſtet, qui à vobis Turbam ſuſtol-
lat, licet bona venditentur verba: om-
nino non: Res magica eſt; *Oportet vos
intus pie & efficaciter renaſci uti Chriſtus
ait; aliàs Iehovam non aſſequimini*: facite
& laborate in vanitate quouſque velitis.
*Omnis hypocriſis mera impoſtura & fraus
eſt.* Si Jehovæ verè inſervire velitis,
neceſſum eſt, ut id in novo & renato fiat
homine, ut D. Paul. totius monet. *Terre-
nus Adam non valet ſervitium præſtare,
quod Deo ſit gratum*; cantet, ſonet, to-
net, clamitet, oret, vociferetur, & faciat
quidvis talium, ſaltem ludibrio fit; niſi
Voluntas ſancta ſit in opere. Cor neceſ-
ſum eſt, ut ſit mundum & amore pio ſe
Jehovæ dedat in omnibus rebus; aliàs
meræ ſunt inaniæ & fabulæ Antichriſti,
qui totum complet mundum ſimulatio-
nibus nequam. *Voluntas pia longe major
& potentior eſt, quàm multum linguacita-
tis & clamoris*: illa valet Turbam expu-
gnare,

gnare, & in Imaginem Dei introire: Illa poteſt montes invertere, & mortuos reſuſcitare, ſi ſit in Jehova ritè & vividè renata, & Spiritus Sanctus ipſi concedat. Sed in obedientia cum humilitate ſumma quem oportet ambulare, & voluntatem ſuam in Voluntatem omnimodam deponere Iehovæ, ut Iehova in ipſo ſit & ille perficiat facere & velle. Hæc eſt via ad latitudinem veram & regnum cœlorum, nec ulla alia, ſive papa aut Doctor quis aliud quid prædicet, omnia erunt mendacia, & ſtultum circumductionis ludibrium.

Decima Octava Quæſtio.

Quomodo Anima in morte hominis ſe à Corpore ſeparet? R.

HOc in loco mundum ad conviviũ invitabimus, præſertim Babylonicam meretricem; num ex ea quidam filius gratiæ poſſit educi, aut ipſa in filiationem hanc redigi. Namque mors terribilis ſanè hoſpes eſt. *Amice mi dilectiſſime*, acris admodum hæc quæſtio eſt, & indiget oculis omnium 3. Principiorum, qui peracutè poſſint quid deſpicere. Non oportet eos in morte mori, dum eam ingrediuntur & hoc perſpicere optant: Oportet, ut morti venenum ſint, & inferno peſtilentia: Debent

bent mortem captivare, ſi in ſpectaculum auferre velint: Aliàs nulla ratio homini id penetrat, ac ne quidem ſacratior intellectus, niſi ipſe in mortem perveniat; tunc perſentiſcet ſatis, quid mors ſit: guſtabit ſatis, quæ amaritudo ipſi inſit, ſi unum confringatur Principium, nempe Vita.

Superius percepiſtis, quomodo omnes eſſentiæ ſint Magicæ; ubi ſemper una alterius eſt ſpeculum; ubi in ſpeculo rurſus prioris ſpeculi deſiderium retegitur, & in eſſentiam perducitur. Deinde, quomodo in omnibus eſſentiis Turba exiſtat, quæ cuncta confringit uſque ad primam eſſentiam: hæc ſola eſt, nec confractorem agnoſcit: quia Nihil eſt amplius: non poteſt confringi; quia in ſe & extra ſe extat; & prodit, quocunque velit; ſic undiquaque undique eſt in loco; quia in Abyſſo eſt, ubi non datur locus tranquillitatis, niſi quod in ſeipſo quieſcat.

Quod ſi igitur eſſentiæ omnes ex una provenerint; tunc quoque initium eſt in ultima eſſentia: quia ultima iterum retro in prima verſa eſt, & quærit primam, ac eam in ſeſe invenit; ac ſi primam inveniat, alteram demittit, & habitat in meta, ubi abſque ſcaturigine eſſe valet; quia non eſt quid, quod ipſi pariat ſcaturiginem. Eſt ipſa eadem res primæ eſſentiæ, atque ſi alia ſit, tamen ſolummodo ejus eſt ſurculus, & ſuam obtinet voluntatem, atque aliàs nullam; quia non eſt quid, quod aliam volun-

tatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tem ſuggeret. Ita vobis intelligentiam ortis retegimus. Initium quærit finem, t quando invenit metam hanc, tunc ab-cit inveſtigationem; id eſt vitam terre-am, quæ abjicitur, quum ſeipſam confrin-ere cogatur. Namque intium, nempe A-ima, manet in meta, & caducitati relin-uit corpus. Non querela tangitur ob hoc; ec anima id amplius expetit, quum in ſuã etam quoq; abeat, nẽpe in mirabilia ejus ujus id fuit. Animæ Spiritui inde nullus t dolor, quando corpus concidit; at igneæ itæ ex hac caducitate dolor naſcitur: quia lateria ignis, quam ignis generavit, ea brumpitur; ſed ſaltem in eſſentia; figura n voluntate exiſtendo manet; quia Volun-as nequit confringi, & cogitur Anima in Voluntate permanere, atque accipit figurã oco materiæ, ardetque in voluntate: Quip-e prima inflammatio ignis non præterit; t materia ejus terrenæ vitæ, uti I'hur, ipſi brumpitur; unde ignis redditur impotẽs, x in tenebras concedit, niſi Spiritus cœ-eſtem eſſentiam contineat, nempe Dei orpus; tunc concipit ignis, nempe vera Anima, illud manſuetum corpus in Sul-hur; unde urit Anima in amoris igne, & rorſus ex priori igni vitæ abſceſſit: Eſt taque in Dei Principio, ut primus ignis fer-or in æternum eam tangere nequeat; quia liam originationem accepit; ac certè de ovo regenerata eſt, quùm nihil amplius le priori vita cognitum habeat; quia in Magia abſorpta eſt.

Turba

Turba vero in terreno permanet corpo-
re, & rurſus efficitur illud, quod erat an-
tequam corpus exiſtebat inſtar Nihili, Ma-
gia quædam, uti omnes ejus eſſentiæ in fi-
gura, quaſi in ſpeculo exiſtunt; aſt non
corporaliter, ſed ad modum æternitatis.
Veluti agnoſcimus, quod mirabilia cuncta
ante hunc mundum in Myſterio extiterint,
nempe in Virgine Sapientiæ, attamen abſ-
que eſſentia. Proinde etiam nunc agnoſci-
mus heîc, illud Myſterium ita in diviſione
ſua eſſe manifeſtum factum, ut in æternum
non queat extingui: ſed maneat perpetim
in differentia & ſeparatione ſubſiſtens; Vi-
de in Magia in ſeparatione perſpicitur ad
eum modum, uti heîc ſe formavit.

Hinc nobis jam cognoſcibile eſt, quæ-
nam ſit ſeparatio; nempe hoc. Turba me-
tam eſſentiæ invenit; quia *morbus ad mor-
tem nihil aliud eſt, quàm quod Turba ſe
inflammarit, & cupiat eſſentiam confrin-
gere; quia in meta eſt*, & inductum me-
dium abjicere decrevit. Atque hoc eſt il-
lud, unde corpus moriatur. *Turba in ignem
ſe ingerit, inde externa vita extinguitur:
quia ipſi Animæ ignis ſubducitur: proinde
in ſuum Æthera diſcedit, & aſſecuta eſt
metam.* Quod ſi vero jam Animæ ignis in
Spiritu non contineat Dei corpus, & ſimul
id in voluntate; tunc certè tenebroſus eſt
ignis, qui in anxietate & magno tremore
urit; quia ſaltem priores 4. ſpecies naturæ
in anxietate obtinet: Si voluntas nihil ex

virtute

rtute humilitatis habeat, non eſt ulla
ſe aut ſub ſe demerſio per mortem in
tam; ſed ſe habet inſtar anxiæ furio-
rotæ, quæ ſemper in ſublime erum-
ere cupit, & tamen ab altera parte in-
a ſe devolvitur. Igneum modum te-
et, nec tamen ignis uſtulationem emit-
t; quia Turba nimis fervens acrimo-
ia & acerbitas in eo exiſtit, ubi acri-
onia ſemper ignem quærit, & evapo-
re expetit, & acerbitate captum tenet,
t ſaltem horribilem anxietatem repræ-
entet, quum continuo inſtar rotæ
n ſe revolvatur, & imaginationes
dat; ſed nihil quàm ſe ipſum inve-
iat. Seipſum in ſeſe attrahit, ac
rægnantem reddit; ſeipſum devorat, &
ua ſibi eſt eſſentia: nec habet aliàs eſ-
entiam, quàm eam, quam Animæ Spiri-
us in externa vita ſemper confecit ſi-
i, uti eſt avaritia, ſuperbia, maledictio,
juratio, corraſiones, obtrectationes, ca-
umniæ, odium, invidia, furor, ira, falſitas,
eductio, falſa doctrina, opinionum por-
enta; &c. hæc & ejuſmodi illius ſunt
dulia, luſus, & tranſactiones. Turba
nim unà ſecum eſſentiam in voluntate
bducit; opera ejus ſequuntur eam; ac
icet aliquid boni confecerit; tamen ni-
hil niſi nidor vitroſus & apparentia quæ-
lam eſt, quùm ex glorioſo ſaltem animo
it profectum fucosè. Sic etiam poſteà
ſemper exiſtit in aſcenſu ſuo, & exurge-

Q re la-

re laborat inutiliter, quùm tamen pe[r]petim demergatur, quia ultra manſuet[u]dinem tendit, nec ſeipſum novit aut v[i]det: niſus ille vanus ſemper ſupra Deu[m] ſe elevare cupit, & tamen in æterna ma[]net depreſſione: quærit fundum, ub[i] nullus eſt. Atque hæc ejus eſt vita miſe[r]rimè calamitoſa.

Quod ſi autem in voluntate ſua adhu[c] quid puri ex amore apprehenderit; ve[]lut fortè quiſpiam, qui in fine ſe conve[r]tit; ille tamen ita in ſe demergitur ip[]ſum per anxietatem: quia manſuetudin[i] illa ſcintillula infra ſe demergitur pe[r] mortem uſque in vitam, ubi Animæ ori[]ginario finem ſortitur; attamen eſt exi[]guus ſurculus, qui in regnum Dei evire[]ſcit. Ac quodnam Anima purgatorium habeat, priuſquam cum ſcintillula hac in ſe introeat, non poteſt ſatis deſcribi quomodo à diabolo detineatur & affli[]gatur, quod nimium altè ſapiens mun[]dus credere non vult. Nimium alta ſa[]pit, in nimia cœcitate: Non quid heîc intelligit, quùm ſaltem in littera hære[]at. O utinam nemo id experiretur, li[]benter heîc taceremus. Non de alieno autem heîc loquimur dolore & angu[]ſtia; ſed ſaltem de illa, quæ in Turba ſe exerit; nec de alia potentia diaboli in Animam, quàm ſaltem terrorem ejus & horribilem præfigurationem, in qua ille ita Animæ imaginationem torquet, & ipſa torquetur.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Non certè talis eſt ſtatus inferni, uti abel docet, uti affirmant, quod diabois flagellet & torqueat Animam: Planè eco modo hæc proferuntur: Diabolus ullatenus cum filiis ſuis in diſcordia ea vit; ſed omnes ejus voluntatem lubenter peragunt. Anxietas infernalis & teror ſat illis torturæ eſt, unicuique in ſuis bominationibus: Vnusquiſque ſuum roprium ſecum ſentit infernum: non ſt quidquam, quod magis quem apprehendat, quàm proprium ſuum venenum. Quatuor Species originis in natura, ceu ommunis omnibus illa tortura, eam uiſque juxta ſuam perſentiſcit Turbam: nusquiſque aliter, quàm alter: uti, avaus in frigore jacet; iracundus in igne; nvidioſus in acerbitate: Superbus in voatû & æterna depreſſione ſe torquet, ac perpetim in abyſſum prolabitur: Calumniator ſemper devorat in ſe turbam effuſæ abominationis: falſum obtrectationis cor quartam Speciem, nempe immenſam anxietatem in ſe ſuſtinet. *Turba enim extat in ignis circulo, nempe in Corde Animæ*, & falſæ calumniationes, mendacia, nugæ & infidelitatis abominationis ſunt, mordent, ac deteſtantur ſe invicem, &c. Potens quiſpiam, qui miſerum oppreſſit, & ſudorem ejus in ſuperbia abligurivit, ille equitat in imprecationibus miſerorum, plenoque ardet igne; quia miſeriæ miſerorum omnes in

eo cumulatim cohærent ; nuſpiam qu
ipſi eſt : ſuperbia ejus ſemper petit alti
ra ; quia in moribus ſe ita diſtortum g
rit, qualem ſe in hoc monſtravit mund
Semper appetit multa, & tamen omniu
egentiam ſentit: quod ſuperabundat ip
hoc ſemper eidem deeſt : ſemper eſſe
tiam admordere cupit, & tamen hab
nullam ; quia Magicus eſt ; ac veram
miſit imaginem ; fovetque potius v
ſuperbi equi imaginem, aut quod in del
ciis aliud habuit. Quodcunque in volun
tate ſua ſecum affert, ejus imaginem ge
ſtat. Vbi cor ejus, ibidem quoque ipſiu
theſaurus, & hoc in æternum. Sed, Frit
zi, olfac, quidnam extremum judiciun
ſit aſportaturum ; ubi omnia per ignem
debent conſumi. Ad ejus nomen etiam
diaboli in horrorem conjiciuntur.

Decima Nona Quæſtio.

Quomodo Anima hominis Mortalis, aut immortalis ſit ? R.

RES, quæ æternum habet initium, habet quoque æternum finem: Velut quoque eſſentia Animæ. Quod attinet ad imaginem, quam Iehova creabat, quæ temporali extat initio, ea ex æterno progenita eſt ; ac in æternam eſſentiam abſque angore tranſponitur. Vbi nullus angor, ibi multo minus mors eſt.

Ac licet

c licet angor ſit (ceu in cœlo quod ſen-
ur) tamen eſt juxta appetitum in vo-
ntate, quæ penetrat in æternum, quùm
l ſit, quod eam inveniat; propterea
ioque nihil in eam poteſt pervenire.
bi ſolummodo una eſt Voluntas, uti in
eo, qui omnis in omnibus eſt, ibi nihil
mplius eſt, quod eam voluntatem inve-
ire queat; nec eſt Turba illic: quia
oluntas nil amplius expetit, quàm ſe ip-
am & ſurculos ſuos, qui omnes in una
ubſiſtunt arbore, in una Eſſentia. Arbor
ibi ipſi exordio eſt, & quoque ſui ipſius
inis. Anima verò & ex ore Iehovæ pro-
ceſſit, & ſub defunctione corporis re-
greditur in os Dei. Illa & in Verbo Eſ-
ſentia, & in Voluntate actio. Quis igi-
tur jam culpabit illum, qui rem in ſuo
Corpore geſtat? ceu Animam, quæ in
Corpore Dei eſt? Ab omni malo occul-
tata eſt in Deo: Quis illam inveniat? Ne-
mo certè, quàm Spiritus Iehovæ, & una
Anima alteram, & communio Angelo-
rum. Verùm impiorum animæ metam
in imagine ſua amiſêre; quia in metam
abjit, & meta hæc eſt finis imaginis.
Turba expugnat primam imaginem, &
attrahit voluntati ſuam eſſentiam in i-
maginem quandam, quæ ibidem immor-
talis eſt: quia æterna natura non mori-
tur, quùm in nullo ſit initio.

Si æterna natura in ferventi igne mo-
reretur, tunc quoque Jehovæ Majeſtas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ex ingueretur, & ex Æterno illo A
quid rurſus æternum Nihil fieret. H
verò non poteſt eſſe. Quod ex ætern
eſt, manet æternum. Anima falſa no
aliam originationem exſuſcitare vale
quàm iſtam, quæ ex æterno eſt in In
Oculo, nempe in centro Naturæ. Om
nia fuerunt ab æterno; aſt eſſentialite
in eſſentia, non in ſubſtantia eſſentia
non ſubſtantiales Spiritus, ſed figurale
Spiritus, abſque corporalitate, ab ætern
fuerunt, quaſi in Magia, ubi unum alte
rum deglutivit in Magia; atque ex duo
bus tertium exurrexit, juxta utramqu
hanc ſpeciẽ. Ab æterno fuit colluctatio
& figuralis exiſtentia, at Creatio omni
in mirabilia tranſpoſuit, ita, ut in æter
na Magia nunc in æternitate omnia in
mirabilibus exiſtant. *Si impiorum Ani-
mæ nullam exiſtentiam in Voluntatem ſuam
introduxiſſent, non eſſet dolor in iis; non eſ-
ſet conceptibilitas, ſed Magia.* Inde exi-
ſtentia eſt imago, & hæret in Turba, ut
ſic ſit comprehenſibilis originatio. Eſt
mors, nec tamen ipſa mors, ſed volun-
tas moriendi, velut anxietas in ea exi-
ſtentia, quæ in voluntatem introducta
eſt: atque hæc cauſat id, quod omnia
Jehovam adſpirent, nec tamen eum ap-
prehendere valent: hoc angorem &
dolorem cum pœnitentia ob introdu-
ctam malitiam conficit, ubi anima ſem-
per cogitat: Ah ſi hoc vel illud non
feciſſes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

[f]eciſſes, ad Gratiam Iehovæ poſſes per-[v]enire: atque hæc mala exiſtentia æ-[t]ernum parit dubium. Ideoque hoc di-[c]imus, quod nulla moriatur Anima, ſive [i]n Iehova ſit, ſive in Inferno, atque ejus [e]xiſtentia durat in æternum ad mirabi-[l]ia Dei confirmanda.

Vigeſima Quæſtio.

Quomodo Anima ad Deum revertatur? R.

HOc ſatis ſufficienter declaratum eſt, quod illa ex ore Iehovæ ſit pronunciata, & à Spiritu Sancto in Imaginem Dei Creata: Quod ſi igitur ita maneat, tunc illa, quando ex hac terrena vita diſcedit, pridem in ore Iehovæ eſt: quia eſt in Corpore Dei; nullusque angor tangere eam valet.

Vigeſima Prima Quæſtio.

Quorſum diſcedat, ſive avolet, quando à Corpore recedit, ſive beata aut non beata ſit? R.

QVi Principia ritè intelligit, ille non ulterius heic quid quærere valet. Namque *Anima non ex ore avolat; quia nec per os ſe ingeſſit; ſed ſaltem ex terrena vita diſcedit*: Turba con-

fringit terrenam vitam abrumpend
tunc Anima in ſuo Principio ſubſiſtend
permanet; quia corpus eam non com
prehendit: nec lignum aut lapis appre
hendit eam: quippe tenuior eſt ipſo aë
re. Ac ſi Jehovæ Corpus habet, tun
ſimpliciter ceu eques auratus ſive victo
rioſus tranſit per turbam, nempe pe
iram Dei, & per mortem: ac quand
perruptionem hanc perfecit, tunc in
eſſentia Dei exiſtit; Vide Jehovæ Ma-
jeſtatem & Angelos de facie ad faciem.
Vbicunque illa eſt, ibi in impenetrabil
mundo viget, ubi nec finis nec meta eſt.
Quorſum igitur evolet? Vbi cadaver
eſt, ibi congregantur æquilæ. Matt. 24.
28. Luc. 13. 37. *Illa eſt in Chriſti Carne
& Sanguine apud Chriſtum Paſtorem ſuū.
At licet 1000 milliaribus avolaret; tamen
eſſet eodem in loco, unde ſeceſſit primo.
Namque in Deo non eſt terminus:* Propè
& longè diſſitum idem eſt. Tam ce-
lerrima eſt, velut cogitatio hominis: *To-
ta Magica eſt*: Habitatque in ſuis mira-
bilibus; hæc domus ejus eſt. Exiſten-
tia extra illam eſt Paradiſus, germinatio
& vireſcentia atque creſcentia omni-
modorum cœleſtium fructuum in Para-
diſo, uti paſcitur anima meris lætitiis.
Indutæ ſunt coloribus & virtutibus tam
in exiſtentia quam vita cœleſti, non uti
cogitatio; ſed adeò ſubtiles & tenues ex-
tant, quàm cogitatio, ſed eſſentiales, &
Animæ

animæ conceptibiles, tangibiles, fortes, ſuccilentæ ex aqua vitæ; omnia hæc ex cœleſti eſſentia. Namque Corpus cœleſte Animæ conſtat ex puro Elemẽto, ex quo 4. elementa progenita ſunt, & carnem largitur, & Tinctura ſanguinem dat. Cœleſtis ille homo eſt in carne & ſanguine; & Paradiſus eſt potentia & exiſtentia, eſt cœleſtis terra, externæ noſtræ rationi inperceptibilis.

Sed jam vobis iterum aliud A. B. C. ſive Alphabetum docebimus: Non omnes in ſe habent Chriſti carnem in hoc mundo in veteri Adamo abſconditam: etiam inter quam multos vix ac nequidem unus; niſi regenerati, qui ex ſua voluntate ſunt egreſſi in Iehovæ Voluntatem, in quos nobile illud granum ſinapis fuit conſitum, ex quo arbor excrevit. Maxima pars animarum diſcedit à corpore abſque Chriſti corpore; tamen quaſi à filo dependent, & in Fide ſua tandem in eam ingreſſi ſunt voluntatẽ. Eorum Animæ certè ſunt in Spiritu in imagine, at non in carne, ſed expectãt extremũ diẽ, ubi imago, nempe corpus, ex ſepulcro egredietur tanquam ex prima imagine: Namque Jehova per Chriſti vocem eam exſuſcitabit; eandem, dico, imaginem, quam Adam in innocentia ſua poſſidebat, quæ Chriſti ſanguine abluta eſt. Aſt terrenum corpus eam nõ attinget, illud ſimul in Turba ſua coram

 judicio

judicio ſe ſiſtet; ſed poſt latam ſenten-
tiam judicii devorat illud Turba, & r
manent ſaltem mirabilia. Rectè aute
hoc percipitè à nobis.

Animæ illæ, quæ ita extremi diei ad
ventum expectare tenentur ad corpor
ſua, illæ manent apud corpora ſua i
tranquilla quiete abſque perceptibili an
gore uſque ad extremum diem: Sed i
altero Principio: Non habent in terr
ullas tenebras, nec etiam Majeſtatem
ſed ſunt in æterna tranquilla libertate
in quiete, abſque angore, abſque con-
tactione corporis: attamen mirabili
ſua vident; ſed nihil in iis perficiunt
quia in Deum expectationem ſuam de-
ponunt, ac in humilitate vivunt; quia
per mortem demerſi ſunt, & in alio ſunt
Mundo: Attamen adhuc inter illas &
Sanctorum animas in Chriſti Carne &
Sanguine viventes eſt hiatus conſtitu-
tus; licet non ſit Principii differentia;
quum in eodem Principio extent. Spi-
ritus tamen abſque corpore non habet
eam potentiam, quàm ille in corpore.
Ideoque in quiete ſunt, & ſub altari Ie-
hovæ degunt. Quando extremus dies
apparuerit, tum illæ prodibunt, & de
pane Dei manducabunt, atque Dei cor-
pus induent, uti in Apocalypſi Johan.
commemoratur, uti Animæ in albis ve-
ſtimentis ſub altari ajunt; Domine, quã-
do vindicas noſtrum Sanguinem? &
illis

illis reſpondetur, quod adhuc per pauxillum temporis ſit expectandum in quiete, donec ipſorum fratres itidem adveniant, qui ob teſtimonium Iheſu necabuntur.

Verum impiorum Animæ in aliis locis, nempe in intimo imo habitant, quod etiam extremum omnium tenebrarum. Animæ quoque illæ non audent quoquã pervagari; ſed ſimul apud corpora ſua ſimpliciter permanent in ſua exiſtentia, attamen in hoc mundo: nec tangunt terram. Terræ quidem talis potens eſt; aperire eam poteſt abſque ſcientia & perceptibilitate; ſed externum non habet Principium, quia nec externi Spiritus ſatis potens eſt: attamen aliquouſque per aliquod tẽpus valet ſpectacula luſus in terreno Spiritu perficere; ſicuti plurimæ in Spiritu aſtrali rurſus comparent, & abſtinentiam quærunt; Nec non quædam in ædibus terrorem & turbas excitant, quod omne perficiũt per aſtralem Spiritum, donec & ille ſe alterat, tunc earum ſuperbia tenebris obruitur, & expectat ultimum diem & judicium. Babylonia noſtra ait, eſſe diabolum, qui ita in forma animæ circumvagetur. Imò verò, ſat diaboli in condemnata Anima; ſed non eſt verus diabolus: ille in abyſſo eſt: & torquet etiã animam in diaboli tempore libenter, in abyſſo animæ. Nihilominus nequitioſa

tunica

tunica ipſi non deeſt; externum veſtimentum facilè audet induere, ut hominem ſeducat, aut terrore percellat.

Verùm hæc querela noſtra eſt adverſus Babyloniam, quod adeò prorſus cœca ſit, & tam fermè nihil cognitionis habeat de Deo. Magiam & veram Philoſophiam planè abjecit, & Antichriſtū cum ſuo recepit ethnico habitu. Jam verò intelligentia ipſi deeſt; licet artem teneat aliquam; tamen intelligentia caret prorſus. Speculum illa confregit, & per conſpicillum ethnicum proſpicit. Quid querelæ conſpiciatur? Mundus in cœcitate ſua ſepultus jacet. Quaſi filo captivus trahitur, nec quidquam tamen videt. Vtinam ſaltem cerneret, quod ſemet ipſum libertate ſua privet. Ingens ſeductionis malum latet ſub laqueo, quo ita turpiter adſtrictus hæret. Sed mox viſum recipies; dum jam luceſcit: Evigila tandem, ô Cuſtos Iſraelis.

Ita, *mi Amice dilectiſſime*, hanc accipe declarationem, quod inæqualitas ſit locorum cum Animabus, juxta illud, in quod Anima quæque ingreſſa eſt. Si eſt ſancta & regenerata, habet Corpus, ac ſaltem expectat mirabilia corporis in die extremo; quamvis id pridem in voluntate conceperit; ſed in die judicii coram judicio comparebunt omnes Animæ bonæ & malæ: Vnaquæque anima ſuam ſententiam & præmium auferet,

-et. Sanctæ impiis ad faciem ſiſtentur, ut cauſſam torturæ ſuæ videant & guſtent. Si quis vellet de tali loco & ſede quid confingere, ubi in conſortio quaſi degerem; hoc totum eſt contra Magiã. Vnaquæque in ſua eſt ibi terra, & non ad locum corporis alligata; ſed liberè vivit uti velit. *Ubicunque eſt, ibi vel eſt in Deo aut in tenebris. Iehova ubique undiquaque eſt; etiam tenebræ paſſim. Angeli quoque ubique ſunt, Vnumquodque autem in ſuo Principio, & in ſua propria originatione qualitatis.*

Externum rationis figmentum abſque cognitione Principiorum, eſt quaſi Speculi ludibrium. Licet millies quærerem, & perpetim mihi quid de Deo retegeretur; ſi verò ſaltem in carne & ſanguine viverem; tamen non aliter id adſpicerem, quam Babel hactenus fecit, quæ putat, Animam uſque ſuper aſtra evolare in cœlum aliquot. Ejuſmodi cœlum certè non novi, & cupio etiam eo prorſus carere. Eſt quidem quid ſuperius; ſed ſunt throni Angelorum Principum. Oculus iſte Ætherum noſter eſt Principatus, & noſtrum regium Regnum. *Superiora quidem cum inferioribus noſtris ſatis conveniunt; ſed noſtra creatio & exiſtentia in noſtro eſt Æthere.* Anima valet quidem eouſque attingere, ſi libenter velit; ab Angelis Dei amicabiliter accipitur; quia eadem eſſentia Dei

apud

apud eos viget, quæ apud nos: Saltem hæc eſt differentia, quod ipſi Angelica opera ſua planiſſimè pura apud ſe fo veant; at nos mirabilia illa magna continemus; itaque concupiſcunt etiam apud nos degere; quum quoque extra hoc noſtri ſint miniſtri dum in hoc vivimus corpore, & reſiſtunt pro nobis diabolo. Quod ſi igitur Angeli in hoc mundo in ſancto ſint Principio; quònam igitur Anima noſtra evolet? Fortè in ſuperbiam, uti Lucifer. Sed cogitet Babel; ó nunquam. Illi Angeli manent in humilitate, & attenti ſunt in mirabilia Dei, quomodo Spiritus Dei procedat; ita quoque Anima faciat.

Vigeſima Secunda Quæſtio.

Quid una quæque faciat? num in lætitia ſemper vivat, uſque ad diem ultimi judicij? R.

HÆc quæſtio continet lætabundam gloriæ Portam, ad agnoſcendum victorioſam coronam Animæ. Quando dilectus filius peregrinationem ſuſcipit propter artes & honorem in longinquam abiens terram: ſæpius ille rurſus meditatur patriam, & tempus ſecum reputat, in quo felici reditu ſuo velit beare parentes. Ille in lætitiam conjicit eum diem ſecum, & expectat eum

m cum gaudio interno deſiderioque,
m quoque ſe exercet in ſuo opere, ut
tes & ſcientias addiſcat, ut ſuis pa-
entibus, agnatis & amicis gaudio ſit.
a quoque ſimiliter vobis hoc inculca-
us, & conſiderandum proponimus,
uod Animæ ſine corpore ingentem in-
rnam ſecum exultationem foveant,&
xpectant extremum diem cum ingenti
terno deſiderio, quod tunc pulchra
ncta corpora cum mirabilibus ſuis re-
ipere debeant: Imo & magnas præ-
arationes in Voluntate ſua fovent, ubi
mul opera ſua, juxta modum æter-
æ impenetrabilis Magiæ ſpectant, quæ
emum in figura in extremo die cum
ovis corporibus ex veteribus acceptu-
æ ſunt.

Atque nobis ſat agnoſcibile & ſummè
ſt perceptibile (at in Spiritu ſecundum
jus ductum) quod beatæ Animæ in ſuo
eîc confecto labore ſe eximiè exhila-
ent, & in ſuis mirabilibus, quæ Magi-
è cernunt, perquàm lætabundæ ſe re-
reent. Nam quæcunque multos ad ju-
titiam deduxerunt, iis præmium ſuum
n Magia in voluntate jam ante oculos
ſt. Quæcunque plurimas perſecutio-
nes ob veritatis doctrinam paſſæ ſunt,
llæ formoſam victoriæ ſuæ coronam
quærunt, quam in extremo die novo
corpori imponent. Quæ multum bene-
facti præſtitêre, iis in voluntate ad fa-
ciem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ciem id affulget; & quæcunque propter Chriſti honorem, doctrinam & veritatem ludibriis ſarcaſticis objectæ, maledictis & calumniis conſciſſæ, enecatæ & extremè perſecutæ fuerunt; illis heroica victoria præſto eſt, ad inſtar talis, qui in aperto prælio ſuum evicit hoſtem, ac Regi aut Principi ſuo victoriæ ſuæ pericula in oſtenſione aliqua delineat; cujus rei gloriam ingentem aufert, quando illum Rex ejus cum gaudio excipit, & pro adjutore fideli ſecum fovet.

Quanta vero lætitia in iſtis ſit, id ſanè per calamum noſtrum ut poſſit deſcribi, impoſſibile eſt; ſaltem hoc confitemur, quod illæ Animæ maxima ex parte Dei Corpus induerint, & ſic in majori perfectione ſint, quam reliquæ. Expectant diem ultimum cum ſumma lætitia & honore, ubi illis opera cuncta in cœleſti figura ad adſpectum ſe offerent, & impii videbunt, in quem pupugerint. *Unaquæque Anima exultat in ſumma ſpe ante faciem Dei, propter id, quod tantum ablatura ſit præmium. Quia præmium ſuum ſatis novit, ſed abſque Corpore apprehendere nequit; quia in Corpore laborem ſuum confecit:* ita quoque in novo Corpore præmium recipient & aſſequentur. Licet enim illæ ſummè æſtimabiles Animæ ſanctorum in hoc mundo Chriſti corpus induerint; & ſic, velut imago Dei in Cœlis exiſtunt: attamen omnia opera

earum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

rum in veteri corpore abſolutæ ſunt, uod Dei erat ſpeculũ & hæ certè in eſurrectione, in figura merè cœleſti orporibus ſuis ſiſtentur: quia prima imago, quæ in Adamo erat ante lapſum n Chriſto regenerata eſt, & Animabus enuo induetur, cum cunctis mirabilibus. Etiamſi antea corpus Dei habuerint; tamen extant mirabilia in priori magine. Sed Turba cum regno externo externæ originationis penitus remota eſt; quia ſaltem ſpeculum quodam referebat, & nunc in mirabile ſuum vaſit quùm ſine Spiritu inſtar mirabilis ivat: Sed Anima in ſublimiori transformatione ex luce Dei induetur, cujus audii conceptus Animas ſanctas valdè fficit, & magno id expectant cum deiderio.

Proinde hoc ad agnoſcendum vobis fferimus, quod unaquæque anima beata ampades ſuas adornet, ut eo lætior in xtremo die Sponſo ſuo poſſit occurree: Voluntatem ſuam renovat perpeim; & indeſinenter hoc cogitat, quomodo in novo corpore ſuo in mirabilious & cum omnibus ſanctis ac Angelis e exultare velit, Aſſidua eſt elevatio gaudiorum in illis, quum ad futura reſpiciant, unaquæque juxta Virtutum ſuarum vires. Ac ceu opera earum in erris diverſimodè ſe habuerunt; ita quoque ſpes eſt certa. Operarius

etenim, qui multa præſtitit, præri
ſui cauſſa gaudium concipit. Sic eti
heîc par eſt ratio Animæ. Status ea
nil niſi amicabilitas eſt. Omnis en
contemptus & contumelia irrogata,qu
innoxiæ pertulêre ipſis honor mag
eſt victoriæ, quod in innocentia tot a
verſitates evicerint, & patientiam
ſpe induerint: hanc adhuc geſtant; n
eam mors aufferre valet aut iis ſurrip
re. Sic anima ſecum aufert, quod co
cepit. Ejus ſæpius iteratæ preces,com
precationes & benefacta in proximu
collata in dilectionis amore, cibus e
& gaudium, quæ fovet ita lætanter, d
nec ejus corpus novum fructus parad
ſiacos comedat.

Verum illæ, quæ Corpus Dei heîc in
duêre, abſque interſtitio manducan
ex menſa Dei: attamen fructus Paradi-
ſiacus pertinet ad corpus mirabilium
quod ex ſepulcro eſt proditurum, quod
que in paradiſum erat creatum; quia
hoc ex initio ita erat factum & repor
tat hinc finem cum mirabilibus in ini-
tium ſuum. Nec vobis ſit mirum, quod
ita coram oculis veſtris ita intelliga-
mur, quaſi de duobus corporibus ſan-
ctiſſimorum loquamur: non quidem ſunt
duo, ſed eſt unum. Cogitate autem
iſtud, quomodo Dei eſſentia cuncta im-
pleat; hæc eſt Jehovæ corpus, quod
ſanctis animabus adhuc in hac vita in-
duitur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

uitur; quia Voluntatem ſuam conji-
iunt in Dei voluntatem. Proinde ſic
tiam accipiunt Dei corpus, quod om-
ia implet: Ipſarum voluntas habitat
n corpore Dei, & comedit corpus Dei
x Verbo Dei in timore Dei ex poten-
ia Dei. Atque Chriſtus eſt in Deo, &
urant nihilominus Adami primi San-
tum Corpus cum mirabilibus, quod Pa-
adiſiaco robore illis induetur. Namque
ropoſitum Dei firmiter conſiſtere de-
et. Ille primum creabat corpus in Pa-
adiſum, ut in æternum in ea permane-
et: idcirco iterum huc reducitur, &
nima ad Crucem Ternarii Num. in Os
Dei, ex quo proveniebat. Inde perma-
et tota perſona cum corpore & anima
n ſeſe involuta: at Iehova implet om-
ia in omnibus,

O! Ah! Vtinam nunc ſaltem cala-
num talem humanum haberemus, ut
æc juxta cognitionem noſtram in ve-
trum Animæ ſpiritum inſcribendo im-
rimere ritè valeremus! O quàm fo-
rent plurimi, qui ex Sodoma & Go-
morrha, ex Babylonia ipſa ſe ſubducerẽt;
& ſuperbam, avaram miſeriarum vallem
relinquerent, quùm ſaltem ſit ibi merus
ngor, planctus, tremor, dolor, & ter-
ror!

Hinc igitur vobis ulterius id retegi-
mus ad perpendendum, quàm penitus
deplorabilis & pluſquam miſerabilis ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſtatus damnatarum Animarum;qualis ſ
illarum expectatio ; ſed tamen jam pau
cis id tangemus,quùm proximè ſequen
quæſtio id pluribus exigat. Expectati
earum ſimili modo ſe habet, velut e
captivi delinquentis, qui ſemper auſcu
tat & obſervat, quoties quid motus au
ſtrepitus andet, num carnifex adſit, qu
ſententiam judicis exequi velit, vitam
que ipſi eripere. Ita quoque illæ miſe
ræ, quum falſam foveant ſecum con
ſcientiam, quæ eas rodere non deſi
nat. Peccata eorum illis ſemper obvi
ſunt in adſpectu : ac opera mala ſempe
cernunt Magico modo. Omnes ſpectan
injuſtitias, levitates, infinitas, factum
immenſum, & ſuperbiam: vident co
anguſtationes miſerorum, contumelias
& ſuppreſſiones; falſa perſuaſio omni
ab iis aufugit : hypocriſis earum eluſio
ſaltem ſpeculi fuit; quia cor Dei non
attigit. Ante oculos earum quidem eſ
Magia, velut in voluntatibus ipſarum
viſibilis; ſed quando in ea quid quæ-
runt, continuo Turbam irritant ignis
quæ ſemper ſpeculum abſumere cupit
Timor & tremor cum horrore undi-
que eſt ibi. Namque cernunt & noſ-
cunt, quod omnia in extremo die per
æternum iræ Dei ignem probari de-
beant: hinc ſat accuratè ſentiunt, quod
ipſorum opera in ignem ſint conceſſu-
ra. Inde expaveſcunt quoque diaboli,

quando

uando ſuum cõſiderant lapſum,& quod unc in judicio Dei ſit poſitum,quid ille t decreturus & peracturus;ceu ſatis S. criptura id delineat, præſertim judex pſe Chriſtus. Ex quo vobis iterum mi-errimum ſtatum condemnatorum in a-imum revocamus. Ecce, quando lam-ades ſuas quoque in adventum ſponſi donare ſatagunt, contremiſcunt peni-us, occultando opera ſua, quæ tamen Turba illis ſemper ante oculos ſiſtit.

Quæ igitur extremè condemnatæ sũt nimæ, in peſſimam abeunt pervicaciã, Deo ſe prorſus abnegando: dira ex-uendo peſſimè, ac hoſtes Dei ſe ex-reſsè declarant,dum ſuam malitiam ju-titiæ adſcribere non verentur: Deo ſe quaſi protervia obſtinata opponunt, & ogitant ſecum: Eſt ne ignis? ſimus & nos ignis. Eſt nè angor? Et nos quoque n ignis vi exurgemus ſupra Deum & cœlos omnes. Quidnam nos tangat aut premat? Ignis vim & potentiam nobis ſumemus; conabimur ut Deum poſſimus exuperare, & mirabilia cuncta movebi-mus cum miraculis juxta noſtram facul-tatem: Nobis comparabimus radicem, quum Deus ſaltem micantiam habeat: Nos erimus Domini; & erit Deus mi-niſter; mater noſtra ipſius vita eſt, tan-dem ejus munitam arcem expugnabi-mus, &c. Exhorreſco relatu. Perver-ſum militum animum induerunt, qui ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

inexpugnabiles arces ac muros inſultant fruſtrà, ac ſibi perſuadent falſo, quod urbs ipſorum ſit poſſeſſio, etiamſi accurſu nequirioſo vitam perdant. Ita quoque (intelligite id modo ritè) infernum adverſus cœlum & ejus incolas ſe opponit hoſtiliter: Atque hoc in Deo itidem mirabile eſt ingens: cuncta in ejus gloriam fiunt & exiſtunt.

Vigeſima Tertia Quæſtio.

Num impij abſque diſcrimine, ante judicij diem, in tam diuturno tempore, forte an quid leniminis aut recreationis concipiant? R.

RES, quæ in æternum ingreditur introitum, eſt quoque in æterno fine. Quis illi aliquid dabit, qui procul abeſt, nec locum præſenter tenet, ut ipſi poſſit porrigi? ſolummodò illi datur, quod in loco eſt, ubi adeſt. Ac *res, quæ ſua voluntate ex ſe excedit, non valet in ſe quid recipere: Quia nihil appetit in ſe.* Ita impius quoque in hoc mundo diſpoſitus eſt: Ille cum voluntate ſua ex ſe exceſſit in avaritiam, in ſuperbiam & voluptatem, in vitia, in ingurgitationes, ebrietatem, ſcortationẽ, defraudationes, & quaſvis immodeſtias, ac ipſius voluntas perpetim in contemptum miſerorum ingreſſa eſt, in irriſiones,

es, calumnias, & vexationes juſti, ut
le ſuppprimatur. Jus ſuum mendaciis
c donationibus commiſcuit, & adſidue
njuſtitiam in ſe devoravit, veluti vacca
quam deglutit. Ipſius exitus acerbitas
ræ fuit, quam loco potentiæ habuit. Vo-
untas ejus obſtinata extitit violentia;
quodcunque libido voluit, perfecit: dia-
bolo ſuo ſaltationes juxta cautionem fi-
tulæ exhibuit. Bona & pecunias in the-
aurum Cordis depoſuit; ac in eum ad-
iduè voluntas ejus ſe inſinuavit. Nun-
quam ſe ita inveſtigavit, quid amoris in
e contineret; multò minus quid humi-
itatis adeſſet ipſi. Egenum pro pedis
maculati abſterſione habuit: Hoc ipſi
pro ſapientia & arte fuit, ſi quemvis po-
uerit arctè ſubjugare, & labores eidem
ſurripere. Putavit, ſe optimam Poli-
tiam inducere eo, ſi ita concepiſſet for-
mam aliquam, qua poſſet omnia pro li-
bitu ſuo exequi, quæcunque libido im-
peraret: omnia eſſe artificia, quæ con-
ficeret juxta propoſitum propriæ ſapiẽ-
tiæ.

Hæc cuncta, & multò plura in ſuam
concepit voluntatem: atque his imagi-
nem ſpiritus ſui complevit; unde talia
in ipſius extant figura: at ſi corpus con-
cidat tunc omnia Turba in ſpiritu con-
cepit. Ac ſi Spiritus jam in ſe ingrede-
retur, tunc Turba unà progreditur, &
quærit fundum, nempe Animæ fundum.

R 4 Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Hinc vobis hoc ad cognoſcendum propino, quod Animæ impiorum nullam mitigationem perſentiſcant. Hoc optimum earum eſt lenimen aut laxamentum & gaudium, quando in peractis heîc operibus ſe poſſint elevare altius, dum malitia id exaugere laborant: ægrè ferunt, quod probos duriori malo non potuerint affligere aut mactare. Voluntas eorum eadem eſt, qualis heîc fuit. Sunt Spiritus ſuperbiæ;ceu diabolus eſt; avaritiæ; ac ita deglutiunt ſuas abominationes, quas heîc confecerunt. Gaudium eorum eſt, quod ſemper contemptui Dei cogitationes ſuas impendant, & ſibi cupiant eſſe Domini. Hoc illis eſt leniminis & recreationis loco, nec quidquam aliud. Vnde enim aliam recreationem ſibi concipiant, quùm præ ignominia & probro oculos ad Jehovam extollere non auſint? Tum quoque nec ſanctos eos, quos heîc adſiduis ſuppreſſerunt contumeliis, implorare audent, quùm pudor eas confundat hujus. Falſitas enim propria earum ſe ipſas in faciem affligit; unde malignitas & falſitas earũ ab æterno in æternum illas exagitat, in ebullitione adſidua. Quod ſi in memoriam extremi incidant diei, angor & tremor illas territat; potius hoc evitare ſtudent, ut ſe eò magis in ſuperbia vexent inani. Atque ſane hoc etiam mirabile, & mirabilium maximum,

quomo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

quomodo ex Angelo lucis tam rabioſus fieri potuerit diabolus.

Ita potentia Iræ Dei manifeſta exſtat, tam in Amore, quàm Ira; quia homini liberum hoc eſt, ut abeat in quod velit regnum. Iehova neminem in iram detrudit, niſi anima ſeipſam in hanc præcipitet. Sed hoc noſcatis: Ira faucem ſuam dilatatam tenet, ac potenter ad ſe attrahit, & cuncta devorare cupit; quia ipſa avaritia eſt ſuperbia ſupra humilitatem. Sic & Amor & humilitas ſuam diſtentam tenent gulam, & plenis attrahunt viribus, ut hominem in dilectione in cœlum deferant. Quocunque igitur Anima abeat, ibi adeſt. *Sive in amore aut ira creſcat, in ea arbore exiſtit, nec ab ea liberatio eſt in æternum.* Heîc, in iſta vita, Anima quaſi in bilance hæret, in trutina, ac regenerari poteſt in amore, licet mala fuerit; quando aculeus iſte confringitur, res peracta eſt, in propria tunc eſt terra, in ſuo Principio: *Quis hoc confringet, quod æternum eſt ubi nec confractor datur*? Quia ſuus ſibi factor eſt ibi. Vnde alia Turba perveniat huc, ſi res ſit in æternitate, ubi nullus datur terminus?

Atque ut hoc videatis, quod Iehova nullatenus quid mali velit, proinde voluntatem ſuam annunciari curat; mittit vobis Prophetas & docentes, atque illis ſuum donat Spiritum, ut vos moneant. Quod ſi jam nolitis audire, argumenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

hoc eſt firmi, quod in ira detineamini; quæ etiam præmio vobis erit & veſtrum regnum. Ægritudine vos hoc afficit, quod exſolvere vos debeatis ex propria voluntate veſtra, ex ſuperba, voluptuoſa & faſtuoſa vita. Proinde euge, infernalis fundi juſculum melius vobis ſapiat. Jam igitur ad quodcunque apprehenſionem veſtram convertatis, hoc obtinebitis, ſive amor aut ira ſit. Nos laborem omnem vobis ex corde impendimus; at contemptui nos habetis. Quid verò amplius vobis expediamus, ceu ſervitia cuncta corporaliter vobis deſtinamus? Quod ſi verò planè nolitis; res veſtri ſit periculi. Tollite vobis, quod veſtrum eſt, & nos ſumemus nobis noſtra; erimuſque in æternum ita ſeparati. Nihilominus noſtrum diei pēſum abſolvemus, & expediemus ea fideliter, quæ nobis mandato ſunt peculiari impoſita: In meſſe alter alteri ad invicem in adſpectum occurrendo nos ſiſtemus; ibi ſatis nos agnoſceris, & in vos ipſos veſtra converteris facta, quæ hîc in nos perpetraſtis. Quod celare vos non debuimus: loquimurque ea, quæ ſpectamus.

Vigeſima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Vigeſima Quarta Quæſtio.

Cum illis humanum Votum aut comprecatio quid proſit, & ſenſibiliter auxilij quid ferat, vel non? R.

A*Mice mi dilectiſsime*. In his reſpicite divitem & mendicum Lazarum Luc. 16. 20. uti invenitis, quod ingens χάσμα hiatus inter illos & nos ſit conſtitutus, ita ut iſti, qui comprecationibus ſuis & voluntate ad illos deſcendere velint, prorſus nequeant, nec illi ad nos iterum. Interſtitium enim Principii eſt. Iuſtorum preces & vota in cœlum tranſeunt, nõ in infernũ. Scriptura ait: Ex inferno nulla redemptio: Jacent in inferno ſicut oves, ſicut oſſa mortua. Pſal. 49.8.14. clamant, ſed nemo audit. Nulla precatio illis prodeſt. Ac licet multi homines pro cõdemnatis animabus petitiones effunderent; tamen eorum ſuſpiria in ſuo manent Principio, & ad cœlum tendit, non in infernum. Ex inferno non datur revocatio, ait Scriptura. Noſtiſne, quid Chriſtus 70. diſcipulis ſuis diceret. Luc. 10. 6. In quamcunque domum ingrediemini, primum ſalutate. Quod ſi fuerit illic quiſpiam filius Pacis, requieſcet ſuper eum Pax veſtra, ſin minus, ad vos revertetur. Ita quoque id ibi evenit. Nõ ingre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ingreditur infernum quoddam votum bonum. Sed hoc, quod ſi impias multas falſitates & fraudes poſt ſe relinquit, ac pœna infernalis in ſepulcrum devovetur, illa penetrat ad animas impiorum. Hoc eſt votum, quod illis deferri poteſt; quia ſibi deglutire coguntur abominationes heic peractas; iſte illis cibus eſt, quem vivi tranſmittunt iiſdem; ſed planè fit inique, nec decet hoc filios Dei; quia ipſi quoque in infernum ſe demittunt in Iram Dei. Videant igitur, ne vomitus emiſſos aliquando reſorbeant. Profectò niſi fiat revocatio & pœnitentia, in idem recidunt crimen.

Præterea hoc etiam, juxta noſtram cognitionem in ſpiritu, vobis retegimus, cum illis animabus (quæ quaſi à filo dependent, & tamen in ultimo fine in pœnitentiam abeunt, & ſic regnum cœlorum quaſi in filo apprehendunt, ubi dubitatio & Fides commixta hæret) ita ſe rem habere, quod illis cordialis precatio & optionis votum utiliter proſit, quæ in miſeræ animæ captivæ anguſtias cum pleno ſuſpirio ſe inſinuant. Namque ea non eſt in inferno; nec in cœlo; ſed in porta, in media originatione Principii, ubi lux & ignis ſeparatur, & à turba ſua detinetur, quæ ſemper ignem quærit, tunc prehenſus ille ſurculus demergitur, inſtar imbecilis Fidei, ſub ſe; & ad Jehovæ miſericordiam adſpirat urgendo,

gendo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

endo, ac ſe patienter in mortem depreſſionis ex anxietate devovet; inde ex angore in manſuetudinem cœli prorepit; quùm ira tamen neque dum exiguam Fidem poſſit devorare, ſed tandem cogatur eam dimittere. Verùm quid hoc et, tentet is, qui ita pertinaciter in peccatis moras nectit ſibi uſque ad finem, ac tunc tandem beatitudinem expetit. Namque, paſtor illum convertere debet ac beatum reddere, id ipſe experitur. His tamen, dicimus, hominis alicujus cordialis precatio & ignea fert ſuppetias. *Etenim Credentis fidelis precatio poteſtatem eam habet, ut portas abyſſi poſſit reſerare*: Diſplodit ſanè totum Principium, & quærit: Si quid in eo eſt, quod ejus voluntatis capax ſit, tunc radices agit. Sic miſera anima in angore ſuo cõcipit dilecti fratris ſui divinam ſeveram voluntatem, ita, ut inde corroboretur, ac valet ex anguſtiis in fratris ſui Spiritu & voluntate per mortem demergendo tranſire uſque in Regnum Dei; ſed in glorificatione ejus nihil opitulationis ipſi adferre valet; quia hæc ſplendorem ex ejus eſſentia accipit & voluntate; nec proximi Anima ulterius cum eo progreditur: etiamſi non Anima, ſed animæ Spiritus & Voluntas, nempe uſque ad mortem, ubi ſeparatur Ira, ubi à fervore liberatur; tunc Spiritus iterum in animam ſuam ſe ingerit.

In Pa-

In Papatu hinc multæ hiſtrionicæ actiones per miſſam animarum confictæ ſunt, pecuniæ ſaltem cauſſa. Sed ingens defraudatio Babylonici cœtus fuit. Quippe ſeveritatem fidelem hoc exigit, ſi quis iram Jehovæ in lucta evincere velit. Dicimus quidem & lubentes confitemur, quod Eccleſia Chriſti magnam habeat poteſtatem, ad Animæ talis reſtitutionē, ſi fidelem adhibeat ardorem, & cum diligenti devotione id perficiat: Veluti in prima Eccleſia factum, ubi adhuc ſancti fuerunt homines, & ſancti Paſtores, quibus officii cura cordi fuit; qui ſanè quid magni momenti obtinuerunt; ſed non eo modo, ceu vulgariter in Papatu gloriantur, quod clavem talem gerant, & quod ipſe Papa benedictione ſua poſſit liberare animas, quando ipſi libitum fuerit, ſi modo pecuniam accipiat. Mendacia hæc ſunt. Sanctus enim ſi ſit, tunc Myſterium magnum portat, ac Chriſti verus paſtor erit in oves ejus; & tunc oportebit, ut cum cœtu Chriſti cum fidei ſeveritate & ingenti humilitate in Deum urgeat, atque ſic opem ferat Animæ; nihil pecuniæ cauſſa tentandum. Etenim *in pecunia ſemper avaritia latet, nec uſpiam unquam Principium ſerenum aſſequi valet. Avari preces in arcam ejus tranſvolant.*

Hoc affirmamus, quod omne illud, quodcunque in Eccleſia Chriſti pecuniæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

cauſſa ſervitium præſtat, ad Babyloniam & Antichriſtum ſpectet;quia cor eorum illi implicatum hæret. Multo rectius eſſet, ut iis panis & potus ac neceſſaria vitæ quævis ſubminiſtrarentur, nec pecuniæ quid, non ita corda eorum faſcinarentur. Quid enim Spiritus in Myſterio quærere valet & invenire in eo,qui non vivit in Myſterio? O quantæ heic ſubſunt imposturæ! Quando dies illuceſcet, cuncta tunc cernetis hæc, quod ita ſe habent. Jam in tenebris hæretis in Myſterio.Si Babel vos occœcavit. Ac propterea,quod potius ad artem & favorem ſpectatis, nec ad Spiritum Dei,inde tam potentes vos obruerunt errores, ut potius Spiritui mendaciorum credatis, quàm Verbo puro; unde hypocriſin tantam operamini in errorum opinionibus. Reſpicite ad hæc, quæ Vobis Apocalypſis Iohan. & Daniel annunciat.Dies inſtat; præmium mox ſequitur. Habetis jam docentes, qui primam Eccleſiam Spiritu ſuo penitus ſupprimunt. Probate eos, ethnicos ſub ſpecie Chriſti invenietis, & quod maxima pars eorum lupi meretricis ſint, quæ in prima Eccleſia exurrexit & progenita eſt; quùm homines ſomno ſepulti jacerent in ſecuritate; mox eam meretricem devorabunt. Sed probate eos, lupi ſunt à Turba miſſi. Sic oportet fieri: quia Deus id permittit, in voluntate ſua, ut ita hiſce

ſcopis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſcopis alias deverrendo·expurget. Sed ſcopæ ſunt virgeæ, & poſt finitionem mirabilium Iræ omnes & ſingulæ tradentur turbæ. Hæc dicta vobis ſint ab hoc Spiritu: iſte eſt proprius veſter vates: ille eſt ex veſtra turba ex corona ipſa natus. Saltem evigilate, aut vos ita inter vos cogemini ad invicem conſumere: Quia nemo alienigenus Vos abſumet; ſed propria veſtra turba; quæ ad metam jam pervenit. *O ne Vos nimia temporis aurei capiat gloriatio:* Tempus eſt mirabilium.

Vigeſima Quinta Quæſtio.

Quidnam manus Dei ſit & ſinus Abrahæ? R.

ISTud quidem ſatis declaratum eſt, quod omnipræſentia Iehovæ, ſed in ſuo Principio, ſit; veluti dives ille non poterat id obtinere, qui in inferno hærebat, ut Abraham per Lazarum guttulam frigidæ illi miſiſſet aquæ, pro lingua in flammis refrigeranda: dicebat, magnum eſſe hiatum interpoſitum; id eſt, totum Principium.

At ſinus Abrahæ ita eſt intelligendus. Abraham erat Parens Credentium, & ei erat promiſſio facta, quod in ipſius ſemine omnes populi terræ deberent benedici; illud erat accipiendum de Meſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

a Chriſto, qui in Credentibus homo
eri volebat; ſicuti etiam in ſemine A-
rahami fiebat homo: ita quoque in fi-
iis credentium generari cupiebat, & iis
enedicere. Hæc eſt Chriſtiana commu-
nio in Chriſto renata; hæc eſt ſinus A-
rahæ. Namque nos omnes in Chriſto
unum corpus ſumus: & Abrahamo pro-
miſſio fiebat: ille eſt Archipater; nos
cuncti in ea promiſſione nati ſumus (in-
ellige novam regenerationem in Chri-
ſto) & in ejuſdem ſinu vivimus, qui nos
recipit in ſe. Quando per ſeriam pœni-
tentiam in Abrahami promiſſionem in-
gredimur, tunc in ſinum Abrahæ ingre-
dimur, nempe in promiſſionem noſtram:
atque in hoc ſinu Fidei nobiſcum Chri-
ſtus generatur in nobis, quod impletio-
nem addit. Ita nos per humilitatẽ cum
Lazaro in ſinu Abrahæ ſumus. Quia
Chriſtus eſt ipſe Abraham: ac Abraha-
mo Chriſtus promittebatur: Jam hic il-
lum habet, & nos cum illo, atque ſic ve-
nimus in ejus ſinum, ejuſque ſumus
filii in promiſſione, ac Chriſtus eſt im-
pletio. Inde nos exiſtimus in impletio-
ne in ſinu Abrahæ, & Abrahæ ſemen ſu-
mus juxta fidem in Spiritu.

Vos itaque, ô *Iudæi cæci*, heic aperite
oculos veſtros. Quid Abraham in cir-
cumciſione fuit? Nihil aliud, quàm, quod
peccatum deberet in ſanguine Chriſti
(qui profundebat ſanguinem ſuum pro

filiis Fidei Abrahamicæ) ſubmergi, & in eodem ſanguine, cœleſti quaſi Tinctura, regenerari. Abraham & filii ejus ſubmergebant peccata in ſuo ſanguine, in Fide in Chriſtum, qui in eorum ſanguine homo naſci debebat. Et jam impletum eſt: Proinde Iehova Fidei ſigillum in eſſentiam depoſuit. Iam debemus & omnino in Chriſti vero ſanguine renati ſimus. *Chriſti inde ſanguis Turbã à nobis aufert, & nos exurgimus in ipſius ſanguine, velut novus homo, ex vetere Adamo, & Chriſti imaginem circumferimus, Chriſti carnem & ſanguinem in nobis, & noſtra imagine; ſi Abrahæ filii & non Iſmaelis ſimus.* Namque in Iſaac pertinent ad nos bona Imaginis in Corpore Chriſti. Circumciſio Iſmaelis eſt; quia verſatur circa opera; & bona ſunt Iſaaci; & Iſmael tandem quoque in Iſaaci habitabit Caſa; quia Iaphet etiam in Semi tugurio habitabit; aſt ad Semum ſpectat regnum. *Non certe ex merito operum obtinemus bona Iſaaci; ſed ex gratia, ex amore Iehovæ. Operibus nunquam ea aſſequi poſſumus; ſed in Fide, in voluntate, & actionibus, nec non in ingreſſu ejus.* Qui vero in Dominium ingreditur, quod ad eum non pertinet jure proprio naturali, ille ex gratia datoris ingreditur illud. Quid indignatur ſervus in domo proprerea, quod Dominus ejus tam beneficus eſt, & alienum Dominio hoc donat.

Nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Nos omnes eramus alienigenæ, & opus erat dominatum: Aſt Dominus nobis promiſſionem in Paradiſo dedit, ſe nobis ex gratia regnum eſſe oblaturum. Ille præteribat hoſtiam Caini; ſed Abelem regno gratiæ donabat; quia Habel in ſpiritu id quærebat, Cain in opere.

Ita intelligitis, quomodo regnum Dei ſit magicum; quia prima voluntas id aſſequitur; & voluntas in eſſentia non; quia in eſſentia manet. Qui autem liberè degit, ille invenit æternitatem & regnum gratiæ in ea, & promiſſionem unà cum eſſentia. Inde jam opus habitat in voluntate, & familiaris eſt voluntati. Sic vos intelligitis (ſi modo videntes ſitis) totum vetus Teſtamentum. Hoc enim unicum eſt fundamentum: ſed breviter conceptum. Si quid in Moſen ſcripti concipiamus, invenietis totum.

Atque ſic vobis verum fundamentum ſinus Abrahamici & veræ religionis Chriſtianæ monſtravimus. Qui aliter docet, ille ex Babylonia eſt, ab eo cavete vobis, quia non habet Spiritum Chriſti; ſed eſt Iſmael, & in propriis opinionibus ſibi vivit. O tu fidelis & chara Chriſtianitas; ſis, quæſumus, videns: aut aliàs tibi non amplius ita affulgebit. Concede ad Lazarum in ſinum Abrahæ.

Vigeſima Sexta Quæſtio.

Num Anima defunctorum uſpiam hominum liberos amicos & bona curet, & eorum propoſitum noſcat, videat, approbet aut improbet? R.

DIlectiſſime mi Amice; hæc quæſtio excedit omnium hominum rationem & ſcientiam, juxta externam rationem. Quùm verò nos Abrahami ſimus filii, etiam Abrahami Spiritum habemus in Chriſto; ac veluti Abraham retrò reſpiciebat ad promiſſionem in Paradiſum, & deinde etiam ante ſe in impletionem promiſſionis; ut ita in toto corpore Chriſti cerneret, quid in medio fieri deberet; ac Chriſtum è longinquo adſpiceret: Ita & nos.

Quum vero tu ita ardenter concupiſſentia ingentium Arcanorum urgeare, & hoc ſeria perſcrutatione experas, atque ſimul tamen Jehovæ hunc honorē deputes, dum te in ardua tua arte tam indignum judicas, & ita coram Deo te exinanias; Proinde etiam Jehova per tale exile vaſculum, quod ſe longè indignius hoc cenſet, id tibi exhibet. Sed vide, ne ipſius voluntati cupias reſiſtere; ſic & in hac manu illud eſt inventum, & cauſſa aſſecutionis: Namque hæc manus nihil NB. de Myſterio cognitum

habuit;

habuit; ſolummodo Fidem Abrahæ quærebat; ſed etiam Abrahæ intellectus ipſi tradebatur, quod tu cauſaſti tuis perſcrutationibus. Jam igitur tu quoque vide, ut Abrahæ Spiritum aſſequare, qui in agnitione hujus manus, ſcripſit hoc. Fraternè hæc tibi detegemus: quia in Arcanis his veſter non ſumus Dominus, ſed ſervus veſter; Rectè nos agnoſcite: Nos ſumus Lazarus, at tu noſtri reſpectu Abraham. Tu longè potiores perfeciſti labores, quàm nos; ſed nos in veſtram incidimus meſſem, nec ſanè id ex merito, ſed ex gratia donatoris, ut ne aliqua lingua coram Deo ſibi glorietur, & dicat, hoc meus effecit intellectus.

Profectò arduam heic inſtituiſti quæſtionem. Non eam aſſequor ſatis intelligentia. Etenim ſi plenè veniret mihi intelligenda, neceſſum eſſet, ut in ſeparata exiſterem Anima, & cogerer ipſe Animæ eſſe ſpiritus, & cognitio ejus. Sed euge jam quùm in Chriſto unum Corpus ſimus, omnes in Chriſto videmus ex uno Spiritu, ejuſque cognitionem habemus. Quia ille in nobis natus eſt; unde omnes ſanctæ Animæ noſtra membra ſunt, omnes ex una prognati, omneſque unam habemus voluntatem in Chriſto, in vero Abrahæ ſinu. Jam poteſtatem accepimus vobis rem abditam in Chriſto retegendi. Namque noſtra anima in illorum Animam introſpi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

cit; non quod illæ ad nos feſtinent u
gendo; nos in eas urgemus; quia ip
in perfectione ſunt, & nos in dimid
tis partibus. Jam poterimus vobis r
ſpondere, & hoc non ex ratione exte
ni mundi, ſed ex imagine in Chriſt
atque ex ejus noſtroque Spiritu.

Quæris tu, *Amice*; *Num Anima ſep-
rata res humanas curet, & eas probet, a
improbet*? Iſtud in tribus viis de tripl
cibus animabus intelligendum eſt; qu
tres differentiæ ſunt; Videlicet *primo*
illis animabus, quæ nondum attigê
cœlum, ſed in angore in Principio r
generationis exiſtunt; eæ adhuc hum
nam eſſentiam in operibus ſuis fover
inde certè diligenter inquirunt in cau
ſam receptaculi ſui. Idcirco plurimæ
aſtrali Spiritu redeunt, & in ſuis æc
bus atque loco circum-errant; ſeque t
lis in forma hominis adſpici ſint, exp
titque hoc vel illud, ac ſollicita ſæpe
de Teſtamento; exiſtimatque ſanctoru
benedictionem ad quietem ſuam ſi
devincere. Ac quum terrenum neg
tium adhuc in ea duret, ſollicita ſæ
eſt de liberis & amicis; hoc durat eou
que, donec in quietem ſuam demerg
tur, & Spiritus aſtralis in ea conſum
tur; tunc omnia præteriêre cum ſollic
tudine tanta & curis, nec amplius qu
exiſtentiæ iis habet de rebus, niſi quo
ſimpliciter talia in mirabilibus Magi
ſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

æ videat; ſed Turbam non tangit, nec uærit, quid in hoc mundo ſit; quia in ollicitudine Turba irritatur; & ſic vo-untas Animæ cogeretur in terrenas res um earum ingredi voluntate: Hoc pla-è non tentat, quum talibus vix antea ſe bduxerit; unde nec ſibi terrenam re-ocat voluntatem in Animam. Atque æc eſt explanatio, de prima parte; & icimus liberè in veritate. quod hæc ars, poſtquam in gratiam plenè recepta ſt, non amplius ex propoſito in terrena humana negotia ſe demittat: ſed cœ-eſtia, quæ ad eam per Spiritus huma-os perveniunt, adſpicit, & in iis exul-at. Verum adhuc unum heîc ſubeſt. Ho-no vivus tantam habet poteſtatem, ut aleat cum ſpiritu in cœlum ad ſepara-am contingere Animam, & eam exci-are ſæpius in quæſtione aliqua, aut cor-iali deſiderio: ſed neceſſum eſt, ut in rdore ſevero id fiat; unde & Fidei for-itudo requiritur ad Principii alicujus iſruptionem. Tale quid cernimus in amuele Propheta, quem Rex Iſraelis oncitabat, ut ipſi voluntatem ſuam re-egeret; licet nonnulli rem aliter adſpi-iant, quos merito cœcos dicimus, quũ nt abſque vera cognitione, & nugalia Scholæ ſuæ loquantur; confingunt ſibi ntelligentiam, de quibus in Spiritu ni-il cognitum habent; quia ipſi ſunt Ba-el.

Secundo ſequitur nunc altera Pars ſive cœtus Animarum, quæ in morte abſque corpore diſcedunt demerſæ. Illa cum primis degunt, quæ jam demerſa ſunt, omnes in uno loco Principii. Iſta omnes nil commercii habent cum malignitate aliqua, nec ad negotia mala reſpiciunt, in quibus Turba hæret. Quod vero ad vivas proborū heic animas ſpectat, quæ opera ſua cum Spiritu & voluntate ad eas tranſmittunt; in eo lætitias excipiunt ſuas; imo & ita audaces ſunt, ut hominibus quoque in ſomno appareant, & bonas ipſis monſtrent vias, ſæpiuſque inſignes revelent artes, quæ in Arcano latent, velut in Animæ abyſſo. Namque quùm terrenus Spiritus Myſterium ad Animam protrahat, & animam quaſi captivam & involutam Myſterio inde teneat, non poteſt propterea Animæ Spiritus profundum arcanum Animæ ſemper aſſequi. At poſt diſceſſum corporis Anima nuda eſt, & præſertim abſque novo corpore, tunc ſe ipſam cernit, atque etiam mirabilia ſua: Ea poteſt viventi heic in ſomnianti Magia aliquid, ſi homo ſit probus, nec turbam irritavit, oſtendere. Namque ſomnia cuncta ſunt Magica; tum Anima abſque corpore eſt in Magia Dei. Proinde hoc noſcatis, quod anima à corpore ſeparata, nullatenus id ingrediatur, quod impietates concernit, niſi ſit anima condemnata, quæ

ta, quæ

a, quæ itidem Magicè incedit, & in ea
uum habet oblectamentum, ſed illa in
omniis docet nequitias magnas homi-
nem; quia ipſa ſervit diabolo; & quod
erverſus homo exoptat, id lubenter ip-
i diabolus communicat: Hinc per ani-
nam hominis ille rectius id perficere
valet, quàm per ſe ipſum. Ille nimis cru-
dus eſt, & terrefacit Magiam, ut treme-
bundus reddatur Spiritus elementaris,
& Corpus ſimul exſuſcitet. Ac vobis heic
indicamus, quod omnia ſaltem Magicè
aunt in voluntate abſque concitatione
originationis. Quia nulla Anima ſe con-
citat cum eſſentiis in honorem aut pla-
citum hominis, niſi homo ipſe excitet &
conturbet eam. Tum quoque multæ imò
plurimæ nequitiæ in Necromantia con-
tinentur, quo ſæpius Spiritus hominum
torquere poſſunt; ſed nulla Anima, quæ
Chriſti fert exiſtentiam valet turbari;
quùm liberrima ſit.

Tertia Pars ſeparatarum Animarum,
nempe earum, quæ in ſinu Abrahæ de-
gunt in Chriſto, cœleſti exiſtentia in-
dutæ; eas nemo mortalium concitare
valet, niſi ipſæ velint, ſi fortè Animæ ali-
cujus favore nimium trahantur, quæ
ipſi ſit ſimilis. Neque illæ quidquam re-
rum terrenarum curant, niſi evidenter
in Iehovæ gloriam vergat; tunc certè
continuò abſque difficultate paratæ ſunt
per modum Magicum quid alicui dete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

gere: ſed nullam in ſe Turbam admittunt. Nec orant pro nobis apud Jehovam: ſed quodcunque ad eos pervenit in eo exultant lætæ cum Angelis. Quippe Angeli ſe quoque gaudio extollunt ſuper uno peccatore reſipiſcente: Luc. 15.7.10. multò Magis inde Animæ. Ad quid illæ pro nobis orent Deum? Nihil enim in earum precibus repoſitum eſt: ſed potius in hominis ingreſſu in Deū. Quod ſi homo in Deum voluntatē ſuam devotam ritè teneat, tunc Jehovæ Spiritus abſque precibus quoque auxilio eſt ſtatim: Etenim ejus brachia noctu dieque extenſa ſunt ad opitulandum homini. Quid opus eſt ipſarum precibus? Eſt hæc voluntas Iehovæ, quod homo ad eum pervenire debeat. *Num itaque anima tam temeraria ſit, ut ex Deo velit ſeverum judicem facere, qui nolit converſum peccatorem recipere?* Non certè hæc eſſet vera agnitio Dei. Sed illæ hoc cernunt, quod Anima cum Spiritu ad Deum penetret; & tunc ipſis hoc magno eſt gaudio, quod ita ſplendidè regnum Dei adaugeatur. Cœleſtis anima habet Dei voluntatem: quodcunque Deo placet; id quoque vult Anima: *At Spiritus Dei ipſe eſt, qui converſo peccatori opem præſtare cupit.* Inde Animæ ipſæ hoc pervident, quomodo Spiritus Dei in Animam ſe inſinuet, ſi modo Animæ voluntas ſpacium & locum ipſi concedat; non opus

eſt An-

eli cujuſquam interceſſione. Optant mnes, ut Regnum Dei adveniat, & vointas fiat Iehovæ: At in regimine ipſi)eo gloriam exhibent ſuam. Quod in apatu defuncti ceu Magni ſancti ſint inocati, & inde hominibus ſæpè comaruerint, etiam miracula ediderunt; id onfitemur omne: Verum eſt; etiamſi odiè contrarium doceatur: tamen apud os notorium eſt. Verum longè aliud abet A. B. C. quàm partes hæ intelliant. *Fides una excipit alteram. Viventium Fides excepit defunctorum fidem, & ac Fides mirabilia operata eſt.* Imò Files adeo potens eſt, ut montes poſſit invertere: num igitur ſincera Fides Sanctorum in viventis Fide ſit inanis aut nihili potens? quùm tamen mundum poſſet confringere; veluti Deus quoque permiſit, quod Ethnici per tale medium ſint converſi, quando viderunt, quod in exequiis Sanctorum ſæpius miracula talia ſint edita. Num Anima in cœlis nolit Fidem ſuam ad Jehovæ gloriam & miracula concedere? Imo in Spiritu Sancto hoc factũ eſt; ille miracula per utriuſque partis Fidem operatus eſt: & jam mirabile eſt Dei ac filiorum ejus.

Quod vero hæc via tam penitus in fundo confuſa reddatur, & nunc tam docta ſit Schola, quæ nil niſi per habitũ ſibi acquirat, & omnia miracula Dei cõtemnat; ea eſt mera Babylonia, & non Spiri-

Spiritus Iehovæ. Nil eſt, niſi odioſa & invidioſa ſuperbia, dum ſtatur & clamatur: Omnes ad me adcurrite: heic eſt Chriſtus; heic eſt Euangelium. Quun non? ô ſuperbia, avaritia, ambitio honoris, propria arrogantia cum protervia? Elatio eſt ſuperbæ Babyloniæ. Itidem hic eſt antiquus Antichriſtus. Sunt juniores ſurculi ex veteri arbore germinantes, qui veterem arborem explicabit, quid in mirabilibus ſuis fuerit. Verum neminem cupimus convitiis afficere; ſed ita loquimur de noſtris mirabilibus, & quod ſervus in domum redeat, ac ita liber fiat. Etenim jam tempus adeſt, ut cum filio cibum capiat, gaudioque plenus exultet, cumque eodem lætitias habeat ſuas.

Atque ſic hoc ad hanc quæſtionem ſit reſponſum; nempe in ſumma: quod quidem Sanctæ Animæ cognitionem ſanctarum operarum noſtrarum habeant, & eadem approbent: Aſt falſa opera non curant; quia in alio habitant Principio: nullum malum opus ad eas pervenit, nec id cernunt; neque id quærunt, quod proprium eſt diaboli: nec idem agnoſcunt, niſi hoc, quod in eorum Principium ſe ingerit. Liberi, parentes, amici cum alienis ſunt ipſis ſimiliter æquales: quia in cœlo omnes ſumus fratres. Liberos & parentes non potius curant, quàm alios; niſi hoc ſit, quod in Deum operentur;

ur; tunc merito ſervitium Jehovæ lon-
è lætabundius quid eſt; aſt in Turbam
uam non ingrediuntur. Namque poſt
xtremum diem probis parentibus nihil
mplius erit naturæ de liberis, qui ſunt
n inferno. Jta nobis ſat cognoſcibile
ſt, quod neque jam impietates ullas
quid curent.

Vigeſima Septima Quæſtio.

um Animæ in morte hac vel illa negotia & artes noſcant & intelligant, quarum in Corpore Cognitionem certam habuerunt? R.

HÆc proximè Superiori ſimilis eſt quæſtio. Omnes ejus Eſſentiæ apparent in ejuſdem Voluntate nore Magico. Hoc quidem videnr: Sed gura ejus tandem in die reſtaurationis lis redditur, ut tunc opera ſua poſſent tè deprehendere & adſpicere: quia rius per ignē probari debent, & quod-unque falſum eſt, de eo Turba perma-et in igne juxta Verba Chriſti. Quod ero de artibus velit quæri, an eas te-eant, mirum. Illæ noſcunt omnes ar-s, quàm profundè etiam ſint fundatæ; d non audent eas exſuſcitare, ut in Spi-tu compareant. Quia artes in Centro aturæ progenerantur ex eſſentiis, in uibus mirabilia exiſtunt; quas in hoc mundo

mundo quæſiverunt, quantum in Myſte-
rio illis fuit manifeſtatum. Anima ab-
que Corpore Dei non ingredi expet-
Myſterium artis cauſſa; illa in quiet
ſua conticeſcit; quia turbam metui
Jehovæ gloriam ſuam exhibet. At ſub
limitus illuſtratæ Animæ, quæ cœleſtem
exiſtentiam in Spiritu geſtant, ſcienti-
cœlorum omnem habent, & eorum, qu
in Myſterio latent, præſertim illæ, qu
heic in Myſterio ſe oblectarunt. Rel
quæ non ſolent penetrare in Myſterium
quia unaquæque in ſua vocatione ma-
net, quodcunque heic adamavit. Etiam
non talis ibi ſit operatio; tamen oble-
ctationē ſummam in iis fovent: quipp
in cœlo ſimplex puerilis eſt vita. Quor-
ſum ibi artes indagari deberent aut cu-
rari? quùm totum ibidem patet Myſte-
rium: Jehova omnia in omnibus im-
plet, Mera mirabilia ibi habentur. Om-
nes vivunt in miraculis, & cuncta ſun
Ars Dei. Omnes ſcientiæ ſunt plenæ
ſed in Paradiſiaco ſimplici puerorum
vita.

Vigeſim

Vigeſima Octava Quæſtio.

Num Anima etiam ulteriorem ſcientiam calleat de divinis Angelicis & terrenis etiam diabolicis rebus, & certiora experta ſit cognoſcereque poßit, quàm in Corpore dum fuit? R.

QVoad divinam & Angelicam Scientiam, omnino multò plura tenet: quia eſt in Principio Deî. Tum filius uoque cernit, quid Pater in ædibus agat: ec non Anima videt, quid in cœlo fiat. cientia ejus inæqualiter ſe habet; quia mma ſcientia in Majeſtate agnoſcitur; ubi otiſſima pars animarum expectare cogunr uſque ad extremum diem, ubi ſua nova ceptura ſint corpora. Verum ſublimitus uſtratæ Animæ in Dei Corpore & virtu- ſuperabundantem ſcientiam & cognionem in Deum habent, tam quoque in ngelos: quia in mirabilibus Iehovæ deınt, donec eorum mirabilia ſe quoque tent. Animæ abſque corpore in cœlo nt in Deo, quaſi Magicæ; non exſuſcint mirabilia; ſed ſub altari Dei vivunt, expectant mirabilia ad diem comparanis. Diabolica autem nequaquam cunt; quia hoc competit Angelis, ut cum abolis pugnent, & homines defendant, lla Anima in infernum imaginatur. ùm ſit inimicitia.

Vigeſi-

Vigeſima Nona Quæſtio.

Quid Animarum quies, exſuſcitatio & illuſtratio ſit? R.

HOc etiam anteà declaratum eſt Quies earum abſque eſſentia i tranquillitate eſt, ubi in manu De vivunt; nec angor ullus eas tangit; ne perceptibilitatem anxietatis ullius ſen tiunt; ſed ipſæ ita ſunt affectæ, ceu qui piam qui dulciſſimo jacet ſomno, & pla cidiſſimè quieſcit: Illuſtratio aut transfigu ratio eſt interea, quando futura meditan tur gaudia, tunc Spiritus in Majeſtatem Dei ſe ingerit, unde percipiunt gaudium & lucem, & ita per totum tempus ador nant lampades ſuas, ut eo gratius in novi corporibus ſuis Sponſo ſuo poſſint obviam obferre, & illi adhærere. Eſt planè dulci Magica, Paradiſiaca lætitia in illis: ſed Pa radiſus nõdum in illis eſt vegeta cum ple na perfectione; quia pertinet ad novum corpus ex terra, quod Iehova primo crea vit, & quod Chriſtus ſua morte redemi hoc mirabilia afferet, & denuo Paradiſum ingredietur, & Dei Majeſtate circumda bitur. Atque tunc unum tabernaculum e Dei apud homines.

Trigeſim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Trigeſima Quæſtio.

Quænam differentia inter Viventium & Mortuorum reſurrectionem Carnis & animæ ſit? R.

DE iſta dicit Chriſtus, quod ingens ſit futurum diſcrimen: quibus vos ad S. Sripturam remittimus; quia hæc juxta S. Scripturam evenient. Quum verò etiam hoc rationi humanæ inpenetrabile & inperceptibile ſit; non poſſem vobis ad id reſpondere ulterius, quàm S. Scriptura profert. Sed quoniam *mi Amice*, ita fervidè anhelas iſtud, & expetis id ſcire: proinde quoque in tuo ſcrutinio erit inventio illa; atque ego ſaltem ſum inſtrumentum. Et quamvis mihi concedatur & reveletur; tamen non eſt res meæ intelligentiæ & propriæ ſcientiæ: ſed ſcire hoc conſiſtit in Spiritu Chriſti, juxta quem hæc manus ſe duplicem nominat: nem-
„ pe: Nos; quia ex duabus loquitur per-
„ ſonis; nec dicimus Ego, ſed Nos, dum
„ loquimur de duobus, veluti Dominus,
„ qui de ſua perſona & ſuo regno loqui-
„ tur. Ita quoque Dei filii & ſervi di-
„ cere haud debent: Meum eſt ſcire;
„ mea eſt intelligentia; ſed potius Je-
„ hovæ exhibere honorem, & cum ma-
„ nifeſtatione mirabilium Dei, de duo-

„ bus quid proferre, nempe de Dante &
„ Accipiente. Proinde nemo hunc mo-
„ dum Scriptionis noſtræ ita intelliget,
„ quaſi hæc manus, juxta hominum au-
„ thoritatem, & dignitatem, quid glo-
„ riaretur aut jactaret; etiamſi in Chri-
„ ſto digni judicemur; ſed juxta exter-
„ num hominem, nullam omninò laudẽ
„ aut honorem patiemur, quum prædi-
„ catio omnis ſit Dei. Sumus filii Patris,
„ & debemus illud perficere, quod ille
„ vult, ac talentum, quod ille nobis ex-
„ hibet, non in terram abſcondere: quia
„ Pater id cum lucro repetet; ac ſi nul-
„ lum eo conficiatur lucrum, auferet is
„ iterum illi, cui dederat, & huic dabit,
„ qui multum lucri fecerat eo. Quod ſa-
„ nè mihi calamitoſa ablatio eſſet futu-
„ ra: Deum habere, & rurſus eum per-
„ dere; Multò melius eſſet totum per-
„ dere mundum cum hac externa vita,
„ quàm Deum & regnum cœlorum.

Nec ſanè res luſoria eſt, inobediẽtiam præſtare Deo. Adſpicite, quid apud Moſen Core Dathan & Abiram obtigebat. Hoc, dicimus, obtingeret quoque inobedientibus & irriſoribus. Irriſor nõ quidem ſtatim ſuam cernit pœnam at Turba ejus firmiter eam concipit in ſe. Quod ſi igitur in contumelia irriſorem egit, ac ex Turba ſe cupit expedire, neceſſium eſt, ut in miſeria & ærumnis Coram Deo propterea ploret; aut irriſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

nem ſuam ſecum in ignem iræ auferet, qui illum in æternum inde mordebit. Hæc admonitionis cauſſa cuivis dicta volumus. Etenim heîc perquam ſerium deſcribemus negotium. Res non eſt jocularia. Ne heîc erretis; Iehova non patitur,ſe irrideri; furor fervens iræ in ejus eſt poteſtate: judiciumque extremum opus eſt ſeveriſſimum.

Quum igitur vobis jam reſurrectionem mortuorum retegere debeamus, ſcribenda nobis eſt conditio, quomodo ſe habeat; in qua potentia mundus iſte ſit periturus,& mortui ſint reſurrecturi. Serium certè erit omne: ne vobis quid ludicri heîc ſuccurrat. De Fundamento loquemur: nec cogitate aut putate,quid Vanitatis ſub eſſe: Ex veſtra Turba in Corona veſtra natum id eſt: *Veſtræ propriæ Turbæ Spiritus hæc vobis dicit: quia finis initium invenit*. Ita Vniverſi mundi eſſentia in medio Lucis conſiſtit, & ex eo procedit veſter Propheta, nempe ex veſtris confectis mirabilibus; ille loquitur de confractione. Etenim non Turbæ Spiritus gubernabit;Sed Chriſti Spiritus: Ille mortem exuperavit,& turbã captivam duxit: Ille carcerem captivum tenet, inſtar Ducis militiarum. Verum Turba jus & juſtitiam exequetur; quia eſt ſervus Dei in ira ejus;non Dominus, ſed ſervus. Idcirco tonitru,ex cujus fulmine terra contremiſcet, ex ore Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

proficiſcetur, quod firmamentum cum elementis inflammabit.

Iudicium ultimum competit Chriſto cum Spiritu Sancto: quippe heic ſe æterni Spiritus centrum commovebit, qui etiam ſe in 3. Principia ſeparavit; nempe, unum in iræ Spiritum, & alterum in divini Amoris Spiritum, & unũ in aëris Spiritum externi mundi. Motus extremus ipſi competit: ille eſt juxta Deitatem in Ore Chriſti, & juxta Irã in infernali anxia originatione, ac ſecundum mirabilia in Spiritu hujus mũdi. Ipſe erat omnium eſſentiarum Architectus & opifex. Tum quoque is eſt, qui unicuique opificio ſuum æternũ adſignabit hoſpitium, & quodvis in horreum ſuum colliget: quia multos habet adjutores, ſicuti ſunt diaboli quoque, qui omnia ſeparabunt & ſegregabunt. Atque tunc os Dei Patris Verbo Domini per os Chriſti ſententiam pronunciabit. Et tunc incipiet Mundus ardere, & ingreſſus erit cujuſque rei in ſuum horreum & reconditorium. Namque reconditoria varia erunt, non ſaltem duo velut in 2. Principiis, ſed in multis diſcriminibus: Omnia ſecundum potentiam. Vnumquodque enim opus conſiſtit in Magico uno Principio, tanquam ſingulare miraculum tam in cœlo, quàm inferno: unumquodque juxta ſuum Spiritum. Ita quoque ejus ſpecies apparebit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bit, juxta bonitatem aut mali iam ſuam; ic etiam ejus vis & potentia erit florum terreſtrium adinſtar in ſuis differentiis: Et ſic quoque hominum glorificatio erit & gaudium erit; omne juxta germinis ſui eſſentiam. Nos verò heic Fidei eſſentiam intelligimus, Virtutis & Amoris eſſentiam, non externi operis; quia cuncta in figura in mirabilibus coram ſiſtentur.

Atque hoc ſe ita in exordio cum circumſtantiis ejus habebit. Quando verò dies extremus exorietur, tunc ſe iterum (nempe tertia vice) Deitas manifeſtabit in omnibus ſpeciebus, in Amore & Ira; tunc omnia ſimul una vice aperta ſtabunt, & coram omnibus creaturis viſibiliter apparebunt. Initium creationis in Verbo Fiat, hunc mundum tanquam Ideam in ſe concluſit, & metam fundavit. In hoc igitur mirabilia incluſa fuerunt, quæ debent in Idea & in tempore retegi, & ad eſſentiam pervenire, quæ erant ab æternitate in Sapientia, Dei Magia proſpecta. Ea mirabilia tunc cuncta ſunt in eſſentia; ubi ſimul tempus inſtat, & nullum tempus amplius inveſtigationis; quia completa ſunt omnia; quæcunque Deus in Conſilio foverat, hæc ille concepit, & manifeſtavit in tempore certo. Iam verò tempus adeſt; quia initium finem tunc invenit; ac finis tunc eſt initium, atque iterum in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

hoc introitum facit, quod ab æterno erat. At Medium in temporis ſpacio cum mirabilibus ſuis manet æternum in initio & fine, velut æternum Medium cum ſuis mirabilibus, nempe cum Angelis & hominibus in ſuis eſſentiis; tum quoque omnium creaturarum figuræ, atque aliàs omnium creatarum rerum; etiam quod unquam eſſentiale factũ eſt: terra cum ſuis metallis, necnon lapides, cum cunctis materialibus rebus; tum arbores, herbæ, & gramina.

Hæc omnia in figura conſiſtunt in medio & in mirabilibus, ſed abſque talibus eſſentiis & vita; quia nullum animal redit; at ejus figura in Magia perdurando manet. Ita quoque jam, quando externum ſpeculum confringitur, in æternitate, velut mirabile in gloriam Dei & honorem, æternum permanere id oportet. Atque eſſentiæ ejuſmodi omnes pertinent ad Paradiſum; quia erit ſancta Paradiſus, ubi cœleſtes eſſentiæ eſſentialiter comprehẽſibiles fructus proferent. Ac velut nos in hac vita heîc terræ fructus ex eſſentiis ejus veluti res mortuas abſque intellectu, cenſemus: ita etiam hujus mundi animalis & terrena imago inſtar eſſentiæ mortuæ, apparebit: tum quoque omnium reliquarum creaturarum eſſentiæ, inſtar umbræ quidvis exiſtent. At Paradiſus habet & profert fructus ex æterna vitæ potentia,

ceu ex Dei eſſentiis. Iſtud omne, quod nobis jam maxima ex parte occultum eſt, in Verbo Fiat in initio & fine incluſum eſt, & latet in eo tanquam magnum Myſterium. Inde nunc Spiritus primæ Creationis omnium 3. Principiorum ſe commovebit, ac, priuſquam id fiat, ſe concipit Verbum Dei cum eodẽ Spiritu, inſtar elevationis alicujus, aut manifeſtationis Deitatis: quia Spiritus movet Turbam omnium eſſentiarum in omnibus 3. Principiis. Vti omne in una hora manifeſtabitur, quodcunque in cœlo, inferno, & hoc mundo eſt: quia Turba concitat omnes eſſentias omniũ creaturarum; & cuncta erunt viſibilia, quæcunque in cœlo & inferno ſunt. Vnuſquiſque opera cordis ſui videbit bona aut mala. Et in hac hora quoque apparet Judex Chriſtus in Jride Ternarii Numeri; Crux ſimul cum duplicata Iride, ubi pars una in internum Principium eſt converſa, velut in abyſſum Iræ; ibi ſedet in Ira Dei, quod impii homines cuncti & diaboli cernent; quippe iſte Circulus in omnibus 3. Principiis incluſus eſt, & ſedet Judex Chriſtus ſuper & in omnipotentia Æternitatis, ſuper quodvis elevatus, quod eſſentia vocatur.

Ibi exurget miſerrimus terror omnium diabolorum, ac impiorum hominum, ac plorabunt, tremiſcent, ejulabũt

& clamabunt, ac dicent ad prudentes Virgines: Date nobis oleum de veſtro oleo: Ah conſolamini nos; docete nos, quid nobis ſit agendum? Date quid nobis de veſtra ſanctitate, ut poſſimus coram iracunda facie Jehovæ conſiſtere: namque Inferni oculus nimium pateſcit? Quorſum confugiamus ab ira hac? Et Prudentes Virgines, ceu filii Dei, dicēt: Abite ad veſtros mercatores, & emite vobis: nos habemus oleum pro nobis, ne quoque nobis adſit defectus. Adite veſtros hypocritas & defraudatores, qui veſtris auribus titillationes attulerunt, hypocriſi & adulationibus pro pecunia veſtra: Ibi emite Vobis: Quid nos imploratis opitulationis gratia? An non veſtri vobis ſtulti fuimus? Iam ite cum ſplendore doli veſtri & impoſturæ: non participes nos facimus veſtræ culpæ, ne veſtri cauſa quid in nos mali redundet. Hinc illi in ingentem tremorem concident, ejulationemque omnem & clamorem ad judicem dirigent. Verum ejus Iræ oculus cum Turba ſua, per Spiritum & carnem, per medullam & oſſa in cor penetrando id tanget; quia Anima in Turba cum motione Dei jam in furore concitata eſt: unde præ nimio anxietatis dolore in terram proſternentur, & maxima pars calumnioſam ſuam linguā commordebunt. Inflati ſuperbia dicent; O vos montes in nos procidite, & vos

colles

colles obtegite nos ab oculo hujus furoris: in ſpelūcas repēdo vaſtas ſe abdēt, in rupes ſaxeas; in montibus ſe obſepient; ſeipſos perfodendo necare ſatagent, ſed mors nulla amplius erit: imo & armis utentur ad conflictum interfectionis propriæ; ſed mors aufugit, & nil niſi furor & ira eos premens adeſt. In hoc tremoris fremitu omnia mundi ædificia concident; quia terra contremiſcet, quaſi tonitru tacta, & terror omnia viventia pertranſibit, unumquodque juxta originationem ſuam. Animal nullatenus tam acrem ſentit dolorem, velut anima, ſaltem præ timore Turbæ.

Atque ſub hac elevatione & commotione omnes aquæ exuperant omnia cacumina & montes, ut nulla reſpiratio alicubi in terris ſuperſit: uſque adeò altè adſcendent, quaſi omnes undique eſſent abſumpti. Cuncta enim in ira in Turbam contrahentur ita, ut nihil in elementis ipſis quàm merus angor, ſit ſuperſtes futurum. Omnes excelſi colles & montes diſrumpunt & dilabūtur: Stellæ concidunt in terram cum ſtrenua ſua potentia: Atque hæc omnia in aliquod diverſis diebus ſic evenient, unumquodque ſecundum modum, uti mundus eſt creatus; quia ſic etiam finiri debet. Terræ enim anhelans deſiderium in ſua anxietate ſtellas ad ſe protrahet, veluti ſemper in hoc tempore fecit, ut inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

terrenum corpus ſtellarum infuſionem in ſe attraxerit. Quippe ſtellæ ſunt deſiderium magicum, quæ vitam excitarũt. Quùm igitur jam terra in Turba magna concitata exiſtat, proinde ita ſitibunda & eſuriens efficietur, ut ſtellas ſit attractura. Tantus erit angor in mundo.

At Filii Dei oculos ſuos complicatis manibus attollent ad Chriſtum, & exultabunt in eo, quod dies liberationis adveniat; quia anxietas eos non attingit. Et in illis diebus, qui in Deo abſconditi ſunt (quot ad id requirantur) quia ſex diebus cum cohortibus ſuis creabatur mundus (id nobis occultum manet) aqua ſe iterum ſiſtet, & omnes profunditates implebit, ultrà illud, quàm antea fuit. Namque jam mors ſimul advenit, atque in ea hora moriuntur omnes creaturæ, excepto homine; & cuncti homines, qui ſe occultarunt in rupibus & montibus, iterum prodibunt quidem; ſed cum anxietate conſcientiæ, licet Turba jam quid remiſerit, ut nunc terror extet in mortem uſque: quia refluxio aquæ turbam apprehendit. Atque ibi tunc vox Sancti Ternarii Numeri ſecundum omnia 3. Principia ſe reteget, & per os Iudicis Chriſti efferet hoc: *Surgite vos mortui, & venite ad judicium.*

Hæc vox eſt originalis æternus Spiritus, qui omnem vitam ſuſtinet, & uſpiam gubernavit in omnibus 3. Principiis.

Quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Quippe eſt Spiritus iſte, ex quo omnis vita exurrexit,& in quo per omnem æternitatem exiſtit; qui omnium rerum vegetator & motor fuit; veluti Spiritus hujus mundi. Fuit in mundo inſtar miraculi,& per illum mirabilia ſunt manifeſtata; Et ille eſt, qui ultimum poſſidet judicium; ejus motio poſtrema eſt: quia in Creatione ille commovebat Patrem;& in nativitate humana Verbi Filium; atque nunc ultima motio judiciũque ejus eſt: ille rem unamquamque in ſuum deducet locum æternum. Et hoc fit per vocem Verbi ex ore Chriſti: Quippe Spiritus in duobus Principiis in Deo egreditur,velut in Ira,nempe in igne ita prodit ſeverus furor igneæ vitæ: Atque in luce Amoris tanquam,flãma divinæ Majeſtatis egreditur: ac in Spiritu hujus mundi, velut mirabile Vitæ; ceu hæc omnia planè nequeunt abnegari. Etſi quis eſſet, qui ſe tam altè doctum venditaret, ut his contradicere conaretur; ei oblatum ſit, quod in omnibus rebus id ante oculum poſſit demonſtrari:Nihil in toto mundo cupimus exceptum, quod non luculentum heîc nobis poſſit præſtare teſtimonium. Accedat ad nos,quandocunque ipſi libitum fuerit; nec expectet aliquo uſque ne fortè putet aut dicat, nos inſanire. Si nec ipſi ſufficiant noſtra verba brevia; demonſtrabimus id illi ita manifeſtè, ut

inveni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

invenire debeat,& cernere in ſe, quiſnam ipſus ſit. Licet etiam diabolus heîc omnem ſuam confringeret iram: tamen cuivis expetenti id ad oculum demonſtrabimus,

Sed quùm Spiritus idem Verbum Fiat haberet, nempe Verbum Dei cum Centro Naturæ,ex illo ab æterno exurgit,& ita Spiritus Centri in binis viis procedit, videlicet, una in igne, in eſſentiis, vitæ originem habentibus,in fundamēto originali animæ; ac ſecundò, in luce ignis, uti in ſecunda originatione, quæ per mortem evireſcit, & Regnum Dei vocatur;ubi in luce flammantis Amoris eſt; & in igne flamma iræ: Proinde quoque portas mortis irritabit: Quippe excitat mortem, & in ſe Verbum *Fiat* geſtat; quod *Fiat* quoque in anima eſt, ac ſimul in corpore. At licet corpus pridem ſit abſumptum in corruptione ſua; tamen Turba cum Corporis mirabilibus in *Fiat* manſit: jam inde coguntur 4. Elementa eam ſubſtantiam,quam ipſa conſumpſerunt, illi Fiat reddere:quia Verbum Domini in ea eſt; ſed in ſuo Principio: Vnumquodque reddere cogitur, quod accepit; nempe terra, corpus, velut Phur, & aqua ex ſuis eſſentiis Sul: aër ſonum vocis Verborum; & ignis Eſſentiam animæ. Etenim omnia judicari debent: omnia opera, etiam verba, quæ os locutum eſt, quæque aër

in ſe

in ſe accepit, & operi ad conficiendum miniſtrarunt; hæc aër iterum ſiſtere cogetur: quippe ille eſt ſpeculum æterni Spiritus: Spiritus hæc cuncta in Speculo videt. Iamque inde homo, juxta Cor, ſenſus & Cogitationes probabitur, quũ Turba exiſtat in omni malitia, quæ amori contraria eſt. Nec multum excuſationis heic locum inveniet: quia quiſque ſui ipſius accuſator eſt: Turba eum trahit reum. Atque ita (percipite nos benè) ſpiritus idem, qui omnis in omnibus eſt, omnem vitam, quæ immortalis fuit, reſuſcitabit, & cum *Fiat* corpori dabit. *Fiat* etenim iſtud attrahit Corpus ad Animam cum omnibus ſuis factis & mirabilibus, cum omni illo, quodcunque heic peregit verbis & operibus: omne, quodcunque Animæ profundam ſedem attigit, illud prodire cogetur. Nãque in tranquilla æternitate non debet amplius Turba dari aut eſſe; ac proinde cogitur omnis eſſentia per ignem probari, Turbaque in igne permanebit cum omni illo, quod malum eſt, & Turbæ fuit capax, niſi in tempore cum animæ converſione in aqua vitæ ablutum fuit; aliàs cogetur in igne permanere. Quod ſi igitur quiſpiam multum in igne proſeminavit, damnum ejus hinc experietur: velut Chriſtus ait; quod impio ſua facta ſint in igne permanſura, & ille ejus ſit damnum perpeſſurus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Ita nos rectè percipite. Corpus, quod heic in terra ambulavit; malè perditum hoc corpus, quod nobilem & pulcram imaginem Paradiſi abſumpſit, veniet, & ſe ſiſtere cogetur cum precioſa imagine in ipſo: rationes reddere debebit de imagine Dei. Beati ergo illi jam, qui Chriſti fovent Spiritum; quùm primam obtineant imaginem in Verbo *Fiat*: hoc eos reſtituet, & id quidem in eodem Corpore Adamico ad Animam. Qui verò Chriſti Spiritum non habent, illi in malo quidem ibi exiſtent corpore; ſed Anima eorum veram amiſerit imaginem; & fovebunt imaginem in Animæ Spiritu, juxta quam in Voluntate vixerunt. Quæ ipſorum cotidiana fuit voluptas & cupiditas, ſic ſe imago eorum habebit.

Et in hoc momento etiam fervidum *Fiat* tenebrarum diabolos ſiſtet, qui ſimul ſuum auferent præmium & ſtabulum; propter quæ, quando audiunt, cõtremiſcunt. Atque ita omnes mortui ſimul, mali & boni, reſurgent, quiſque in duplici corpore, & Animam cum Spiritu in corpore fovebunt. Vnus externam terrenam vitam, & in ea beſtialem imaginem, fovebit in Animæ Spiritu, ac fervidæ iræ eſſentiam in interna habebit imagine. Alius vero externum corpus & in eo Chriſti imaginem; ac in ejus Animæ Spiritu elucebit Dei Amo-

ris Spi-

is Spiritus, cui Verbum *Fiat* veram A-
damicam puram imaginem, denuo in-
duit: quia pura imago in Deo, in Verbo,
quod homo fiebat, abſconditum extitit,
Jam vero, dum Anima in meta hæret,
recipit eam una cum formoſiſſima Vir-
gine ſapientiæ Dei. Nobilis enim imago
in Adamo expugnabatur, in hoc dum
ex eo mulier condebatur, ut ſaltem i-
gnis retineret Tincturam, & mulier
Spiritus Tincturam: At nunc cuique in
ſolidum redit domum: quia mulier in
igne Dei ignis Tincturam recipiet, quod
illa itidem ita ſit futura ceu Adam, nec
mulier nec mas; ſed virgo plena caſtita-
tis ſanctæ, abſque virili & fœminea ſpe-
cie & membris. Atque heic non am-
plius erit; Tu meus vir es; Tu mea es
conjux; ſed fratres. In divinis Magi-
cis mirabilibus, aliquid de his cogno-
ſcetur; at nemo mortalium id curat; ſed
univerſi ſunt filii Dei in puerili vita &
amoris ludo.

Hæc omnia ita fient ante ſententiam.
Namque ſententia demum ultimum in-
ducit diem: ac viventes non morientur;
ſed unà cum voce Dei ſiſtentur judicio
Dei; quia Verbum Fiat, omnes illuc ad-
ducet; & cuncta in ſuo ordine ibi ſi-
ſtentur à Fiat, ceu Regi & Cæſari ſui
ſubditi. in quos tenuit imperium; Prin-
ceps, nobilis, conſul, & ſuperior quis, u-
nuſquiſque in ſua aderit vocatione.

Ideoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Ideoque heic & illi, qui ſe paſtor
Chriſti effecerunt, abſque vocatio
Dei, ſtabunt ſub gregis pœna, & ratio
nes de doctrina & vitæ curſu dabun
num veri fuerint Chriſti paſtores, &
oves ritè pabulati fuerint; an vero fi
proprii ventris ſervi extiterunt. He
Spiritus in eorum vocationem inqu
ret, num ex ejus electione & virtu
paſtoratum ingreſſi ſint, aut per favore
hominum abſque Spiritu Dei & electio
ne, vel per habitum ſuæ rationis. Quip
pe judex inquiet: jam rationes reddi
de vita veſtra & operibus, verbis, actio
nibus, & rebus. Ibi continuo Turb
cujuſque hominis proferet, quid qui
que fuerit. Tunc etenim cuncta in ill
& extra illos coram in figura extabun
ut nihil abnegari poſſit: quia Spiritu
cum Turba probat Animam, Spiritum
& carnem: ſic cuncta erunt apertiſſim
Reges & principes rationes reddere ten
buntur de ſubditis, quomodo illis præfuerin
eos defenderint; quid regiminis ipſis fueri
quomodo ſæpius multis ſuam per tyrannide
abſtulerunt vitam; quomodo innocuum pr
fuderint ſanguinem; quomodo bella exc
tarint, reputationis, vindictæ, avaritiæ &
libidinis gratiâ. Similiter reliqui ſupe
riores; quomodo ſe Magiſtratui inſi
nuarint, & Dominos ſe in ſimplices cō
ſtituerint, eoſque protervia ſua petulan
ter ſuppreſſerint; quomodo ſudorem e
abſtule

abſtulerint ſuum, & in ſuperbia conſumpſerint.

Iam cujuſque radix indagabitur, unde veniat, ex qua procreverit; num ordinationem Dei portet; num in Cœleſti Fiat ſuam originem geſtet, an vero in infernali ex ira. Ibi quiſque rationem reddere tenebitur de ſtatu ſuo; ſuum ſemet ipſum intruſerit ex avaritia & ſuperbia, ſeque dominum effecerit; an ipſius regimen à Deo fuerit ordinatum. *Idcirco cernite, vos mundi rectores, vos potentes, num ſitis ordinatio Dei, an in vera divina vocatione ſedeatis, & quomodo res miſerorum curetis. Namque jam in aſpictum veſtrum prodibit pauper, & vos accuſabit, quod vos in cauſſa ſitis omnium ejus peccatorum & omnis mali.* Tunc enim alter in alterum querelas ſuas cum clamore inſtituet, quod ad tanta vel illa crimina ipſum excitarit; execrabiturque illum: & inferior ſuperiorem, ſuperiorque inferiorem deteſtabitur adinvicem. *Princeps falſos conſiliarios culpabit, & conſiliarij paſtores, quod ipſorum actiones non reprehenderint; ſed potius dealbarint adulationibus propter exaltationem honoris. Quomodo igitur, vos Scholæ excelſæ & doctores, heic conſiſtetis? Vos quoque omnes, qui Chriſti cauſſam & locum occupaſtis?* quod ob Chriſti Calicem, ob Chriſti doctrinam & gloriam in veſtra ſuperbia tot lites confeceritis ac tot bella? & veſtros Principes, qui ordinationes Dei ſunt, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bella & ſanguinis profuſiones incitaveritis & provocaveritis, propter verba & phraſes articulatas, quas tamen ipſi fabricaſtis? *Vbi nunc eſt Spiritus Chriſti in amore?* qui dicit: diligite vos invicem, in quo quiſque agnoſcet, quod mei ſitis diſcipuli, Vbi eſt veſter amor? Adſpicite veſtra ſanguinolenta tympana, quibus ad bellum advocaſtis, & mundum in tantas conjeciſtis turbas quemque ab amore & concordia retrahēdo. Vos diſſidia conſuiſtis ita, ut etiam Reges diſcordes inter ſe redditi ſint & hoſtes ad invicem ob veſtram ſuperbiam, in eo, dum Chriſti verba quaſi cum crinibus diſtraxiſtis, nec curaſtis, num Chriſti Spiritus quid in vobis juberet. Ibi certè vos præ cunctis graviſſimas reddetis rationes. Quia vos voluntatem Dei noviſtis, nec perfeciſtis eam. Vos cucurriſtis, & in Chriſti munus habitibus veſtris intruſiſtis, ſaltem ob bonorum, favoris, & honoris cauſſam. *Iehovæ Spiritus in vobis non fuit, nec eum curâſtis: Inde quoque Spiritus vos Babel vocat, confuſionem omnium, qui vivunt. Totum mundum monoculum effeciſtis, omnes in perfidiam erga Deum abripiendo. Debuiſſetis amorem ipſos docere, tunc lites & controverſias in articulis moviſtis veſtris, ut inde frater fratrem ob fabulas veſtras odio habuerit, perſecutus ſit & cōdemnârit. Ah in quantas nomen Chriſti ſalvificum, ob rixas veſtras, in ſævas calumnias abreptum eſt? Quo jam pergetis? ubi manebitis?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tis? ſi hoc oculis veſtris adſtet, & totus mundus vos deteſtatione Væ! Væ! inclamat?

Heic igitur Angeli ſtatim meſſores agent; diſcriminabunt duos greges, ac probos ad dextram ſiſtent, impios vero ad ſiniſtram, nempe ad iræ oculum: dextera enim heic dicitur lucis Principium, & ſiniſtra ignis Principium. Hinc judicium ſeſſionibus ſuis conſtituetur. Omnes magni Paſtores, quos Deus in lucem hujus mundi admiſit, ut eum caſtigarent convellendo, & veritatem docerent, ceu fuerunt Archipatriarchæ, de promiſſione Chriſti, cum Prophetis & Apoſtolis, erunt à dextris; at Moſes & omnes legis prædicatores à ſiniſtris judicis. Moſes enim & Elias cum omnibus excelsè charis legis doctoribus, enſem ignis geſtant, & expoſcunt Dei juſtitiam; & illi à dextra Dei in miſericordiam implorant. Atque in hac hora extremus apparet dies, ubi judex inquiet: Venite ad me, vos benedicti Patris mei, & in hæreditatem accipite regnum, quod vobis ab initio præparatum eſt: quia eſuriens fui, ſitibūdus, ægrotus, & egenus, & vos mihi inſerviſtis: At ad impium cœtū: Abite vos maledicti (non novi vos) in ignem æternum: Namque eſuriens ſibibundus, nudus, ægrotus, & captivus fui, nec mihi ullibi inſervire voluiſtis. Tunc judicis perſonæ cauſſa ſe excauſabunt; Domine, non te novimus unquam. At ille dicet:

Quodcunque meis egenis liberis no[n] præſtitiſtis, hoc nec mihi factum eſt. E[t] tunc ibi Spiritus Dei ſe ad judicium Dei cō[m]movebit in omnibus 3. Principiis, & Cen[-]trum naturæ exſuſcitabit, ut in iræ ign[e] exurat. Namque cuncta ſimultaneè i[n] ignis uſtione vigebunt, cœlum, terra, & firmamentum; ac Turba terrenum mun[-]dum in igne abſorbebit, & reponet in id quod erat ante creationem; attamen mira[-]bilia in duratione perſiſtunt in utroqu[e] Principio; tertium aut perit penitus uſqu[e] ad mirabilia, quæ in initium reducuntur, & tunc terrena vita, cum terreno corpore cō[n]cidet, & ignis id abſumet, ac in juſtis glo[-]rioſum pulchrum Paradiſiacum corpus pe[r] ignem pertranſibit cum mirabilibus ſuis quæ ipſum ſequentur, &, quod falſum eſt in igne deponetur, atque ita in moment[o] per ignem trahentur de ſubitò; licet ne[c] ignis eos prehendat, uti minus, ceu ignis lucem concipit aut ventum, ita minus etiā uſtio ſanctos homines. Quia in igne habi[-]tare poſſunt abſque perceptione ullius do[-]loris.

Atque ita è veſtigio Majeſtas Dei cum incendio ignis parata eſt, paradiſiacaque vita: quò tranſeunt liberorum inſtar, & in æternum vivunt apud Parentem ſuum in uno amore, in ſimplici puerili vita; una[-]que eſt communio ſanctorum: nulla dies aut nox ulla; quia ſol præterit, & ſtellæ præ[-]tereunt, ac ſaltem in mirabilibus extant in

magna

magna Magia ad Iehovæ gloriam. Ita ſe ſeparabunt, Impii quoque in ignem pervenient, ac ipſorum terrena vita ſimul concidet, inque ſpiritu ipſorum imago larvata ſpectabitur, juxta omnium beſtiarum horribiliſſimam formam, aſſimilatam diabolis; quippe in uno cohabitāt Principio, & Lucifer, illorum Dux magnus eſt, cui heic tam ſtrenuè inſervierunt; etiamſi hoc quoque ſit, quod hypocritis adhæſuri ſint, propter hiſtrionicas ineptias.

Atque ſic; Amice mi dilectiſſime, habes brevem delineationem, cum declaratione extremi diei: quia omnia ex hoc mundo tranſibunt, Terra, omnis rupes, & elementa colliqueſcent; ac ſaltem illud remanebit, quod Iehova voluit, ac propter quod hunc ſibi creavit mundum. Jam ante hæc in æternitate præviſa ſunt bona & mala: ac ſaltem in hoc mundo ad ſubſtantiam productum eſt quidvis, ut mirabile ſit, duretque poſtea in omnem æternitatem.

Trigeſima Prima Quæſtio.

Qualianam Corpora glorificata corpora Animæ ſint habituræ? R.

ETiam iſtud antehac declaratum eſt. Namque prout quis potentia & virtute Amoris, juſtitiæ & puritatis

erit indutus; ac prout pulcra opera Fidei poſſidebit; ita & ſplendore fulgebit ſuo. Diſſimilitudo erit magna. Erunt plurimi, quorum opera cuncta devoraturus ſit ignis, adeo, ut ipſi vix evaſerint: Et tales non ita pulcritudine formoſi ſunt quàm Sancti. Etenim veluti Scriptura dicit, exuperabunt alii alios, ceu ſtellæ in cœlo: at nulla erit invidia; ſed unus ex alterius pulchritudine ſummas ſibi ſumet lætitias: quippe ibi non alia lux eſt, quàm quod Iehova omnia in omnibus impleat: Et ita unuſquiſque Iehovæ ſplendorem & Majeſtatem accipiet, prout ejus virtus lucis erit capax. Poſt hanc enim vitam non datur melioratio. Sed unumquodque manet, ceu domum pervenit. Quippe tunc ibi judex Chriſtus regnum ſuum Patri reddet, quùm non amplius ullius doctoris aut ductoris ope indigemus; ſed ille eſt noſter Rex & frater: Non opus eſt mandato aliquo; ſed nos ſumus apud eum inſtar pueri apud parentem. Omne quodcunque agimus bonum eſt, quum omnis expirarit penitus falſitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Trigeſima Secunda Quæſtio.

Quænam Animæ in futura vita ſit forma & Conditio, gaudium & gloria? R.

IN his nobis conſiderandus eſt Paradiſus. Quippe mundus heic externus eſt figura cum fructibus ſuis & coloribus Paradiſi. Etenim Paradiſus in nobis erat, & Spiritus externus ea nos deſpoliabat, ac nos in ſe attrahebat; dum Adam in eum cupiditatem ſuam deponebat, ſua eum capiebat concupiſcentia. Jam vero ibi iterum in ea erimus, & nos in æternum gaudebimus, tam ex arbore, quam fructibus & cunctis fructibus; ſed non ita terreno modo in denſitate apprehenſibili: Quippe non ita ſe corpora noſtra habent, quomodo poſſit eſſentia ita dari? Omnia ſunt ceu Angelica. Fructus longè ſunt clariores, ſubtiliores, quàm externa elementa id mõſtrant: non enim fœtorem movet, ſi eos comedamus. Non habemus Ilia aut viſcera, quibus quid quaſi culeo infarciamus, ſicuti heic in vermium ſaccum quid intulimus; ſed omnia plena ſunt potentiæ. Edimus in ore, & nihil in corpus ingerimus. Non indigemus ope dẽtium ad comminutionem: Eſt mera potentia, & tamen in vera naturali forma & ſpecie exquiſitis coloribus. Tum Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

gnum Dei non conſiſtit in eſu aut potu, ſed eſt pax & gaudium in Spiritu Sancto: Cantatio & celebratio Dei mirabilium de formoſitate & dulcedine Paradiſi. Degimus vitam puerilem: Veluti infantes ſe in crepundiis exhilarant & lætantur: quia in corde noſtro nulla fovetur triſtitia; nec timor ullius rei; ſed luſus merus eſt undique cum Angelis. Nec ulla memoria hujus mundi amplius extat; quippe omnis terrena ſcientia & cogitationes manent in Turba terreni corporis in igne. *Nec amplius quid de noſtris parentibus notitiæ habemus aut liberis, aut hoſtibus qui in inferno latent. Omnes nos invicem noſcemus optime, & nomine notos habebimus; quamvis & terrenum nomen etiam in Turba maneat.* Et primo nomine noſtro obtinemus nomen juxta Angelorum linguam, quam heic non intelligimus. In lingua naturæ aliquid de ea novimus; ſed heic ad prolationem ejus non habemus linguam. Nemo alium ita alloquitur; tu es vir; tu es mulier, aut tu es filia, filius, ſervus, famula, &c. omnium eſt æqualitas. Sumus omnes filii Dei, nec vir aut mulier, nec liberi aut ſervi aut famula eſt: ſed omnes libertate conſtituti: Quiſque eſt omnis: Vna eſt ſaltem ſpecies, ceu cœleſtes virgines, plenæ modeſtia, caſtitate & puritate. *Sumus quaſi Dei conjux: ille eſt noſter maritus:* Ille potentiam in nos conſerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

erit, atque ipſi parimus laudem & gloriam. Sunt tamen choreæ, & cantiones ceu pueri ſolent reſonare ſuas melodias, quæ continuatione cohærent, & choreas canimus.

Ars nulla ibi quid valet, nec curatur. Sed hoc noſcatis, quod illi, qui Myſteriū magnum heîc portarunt, & quibus id derectum fuit, præ cunctis aliis quoque ſapientia & ſcientia præditi ſint futuri, & reliquis anteceſſuri; non quidem in diſciplina & doctrina; ſed eorum ſapientia omnis generis exercitia ex cœleſti Myſterio incipiet, ut ita lætitia erigatur plena. Namque ſicuti pueri, quando unus luſum incipit, concurrunt lætanter; ita quoque heîc fit: Et pueri minutuli ſanè noſtri heîc ludi moderatores erūt priuſquam eos malitia tangat, quod turbam magnam concipiant; tamen luдum ſuum ex materno utero ſecum afferunt; quæ ſanè particula quædam eſt ex Paradiſo; aliàs omnia ſunt deleta, donec nos id recipiamus.

Rex nil plus ibi valet, quàm mendicus: ſi benè gubernarit, ejus virtutes eū ſequuntur, & ejus laudem in Majeſtate habebit; quia conſequitur pulchram glorificationem, velut, paſtor ovium ſuorum. Si verò malus fuerit, & tamen tandem converſus, & ad fili hujus ductum introierit; manent ejus regia opera in igne, nec quid heîc potius valebit, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

mendicus, qui pius extiterit, & vix tantæ pulchritudinis erit. *In cujuſque operibus agnoſcetur, quid quiſque fuerit*, quando mercimonia ſua in cœleſti Magia exponent, ceu pueri in ludo facere ſolent. Noſcatis tamen ſimul, quod non ſit regnum luſus futurum; quia æterna erit prædicatio de mirabilibus Iehovæ & ejus ſapientia, de magno Myſterio cœleſtis Magiæ. Cantilena de propulſore manebit in opprobrium diaboli, & laudem Jehovæ. Aliqua quidem cognitio ſupererit de Inferno; ſed nihil ſpectabitur, quàm in Magia, in Myſterio. Quia diaboli in tenebris habitare cogentur: furor ignis eſt ipſorum lux in illis: Non habent oculos ignis, quibus vident: aliàs omnis ignis remotus eſt: quippe Majeſtas eum demerſit, ut in Corporibus urat; licet in Centro ſit ignis, ex quo Majeſtas cauſſatur; ſed hic diabolo nunquam conceditur: Illi in tenebras expelluntur, ubi ejulatus & ſtridor dentium eſt; ubi plus frigoris quàm caloris habetur.

Trigeſima Tertia Quæſtio.

Quaſnam Materias noſtra corpora in altera vita ſint habitura? R.

AMice mi dilectiſſime, hæc eſt potenter ardua quæſtio, quam homo externus non aſſequetur, ac nequaquam apprehendet: quia nec dignus is eſt. Noſtis ſat benè, quod Deus ſit homo factus, & in ſe adſumerit noſtram carnem ſanguinem & Animam. Jam vero ajebat Chriſtus; *Ego ſum ex ſupernis. Ioh. 8. 23 Nemo ita adſcendet in cœlum. niſi qui deſcendet è cœlo, nempe Filius hominis qui in cœlo eſt. Ioh. 3. 13.* Num intelligitis hoc, quod dicit, ſe eſſe in cœlo? Non enim ſaltem de Deitate loquitur, tanquam de Verbo, ſed etiam de hominis Filio, *de Verbo quod caro fiebat*: Hoc itaque nobis conſiderandum eſt: in hac enim carne & ſanguine in æternum vivemus, & *neceſſum eſt, ut Chriſti corpus obtineamus, ſi in Deo conſiſtere velimus.* De alio autem corpore non quid novimus; quod ſimus habituri, quàm noſtrũ proprium ex veteri corpore, veluti culmen ex grano frumenti creſcit. Tale corpus quoque Adam habebat in creatione, ſed ille regno hujus mundi captivabatur, ut terrenus evaderet: atque hoc ipſius erat lapſus, & *cauſſabat Iehovam,*

vam ut Adamum ſeparares at dirimeret i[n] Tinctura, mulieremque ex eo ædificaret veluti in 3. noſtro libro plenius de ho[c] egimus.

Jam novimus ſat benè, quod Adam caſta Virgo eſſet ante Hevam ſuam, ante ſomnum; at poſteà fiebat mas, animali ſimilis cum deformitate; unde etiam nos hodiè pudore afficimur, quod beſtialibus membris utamur ad propagationem generis. Jam verò Adam virginem Sapientiæ divinæ in ſeſe continebat; quum verò in lapſum incideret, manebat ea in ſuo Principio immobilis, & Adam inde excidebat. Noſcatis igitur hoc, quod Chriſtus in ea Virgine homo factus ſit in Terrena Maria: quia Verbum Domini eam ſimul in Mariæ afferebat corpus. Hinc ita nos percipite, quod Chriſtus ſit in ea aqua vitæ æternæ caro factus, quam tota Deitas implebat, atque etiam in eſſentiis terrenæ Mariæ. At Maria in cœleſti Virgine benedicebatur, ut ita Chriſtus in puro vaſe homo fieret, & ipſi externus homo adhæreret. Namque propter Animam, ut eam ex Maria adſumeret, cogebatur carnem adſumere Mariæ; ſed in benedictione, in cœleſti Virgine. Tinctura ſanguinis, in cœleſti virgine, erat cœleſtis; quia terrena non potuiſſet per iram Dei & mortem penetrare; nec poteſtatem habuiſſet ex ſepulchro reſurgere, Verbum

quod

quod Caro fiebat, habebat aquam vitæ æternæ; ex Dei Majeſtate erat, & tamen ſimul in Mariæ ſanguine. Sed de his ulterius alibi: nunc remittimus vos ad 3. noſtrum libellum de triplici vita, ubi plenius explicata ſunt omnia.

Ita vobis id indicamus, quod habituri ſimus corpus in carne & ſanguine; Corpus ceu Chriſtus habet. *Chriſtus enim nativitate ſua humana etiam in nobis factus eſt homo. Quando ex Spiritu & aqua regeneramur, tunc ex Spiritu Chriſti, ex Chriſti carne & ſanguine renaſcimur. Induimus Chriſtum.* Chriſtus in hæreditario peccatore generatur, & ille fit in Chriſto Dei Filius. Hoc corpus habebimus in cœlo; non crudam animalem carnem; veluti in veteri Adamo obtinemus, ſed ſubtilem carnem & ſanguinem; talem carnem, quæ per lignum lapidesque abſque obſtaculo pertranſire valet, incorrupto lapide; veluti Chriſtus ad diſcipulos per januam clauſam ingrediebatur. Corpus hoc tale eſt, quod nullam novit Turbam aut corruptionem ullam; quia nec infernus id apprehendere valet: eſt conformis æternitati, & tamen eſt vera caro & ſanguis, quem manus noſtræ cœleſtes palpare, tangere & ſentire valent: Corpus viſibile, uti heic in mundo. Hinc vobis conſiderandum proponimus, quomodo tale corpus, ceu heic portamus, poſſet Dei Ma-

jeſtatem

jeſtatem concipere? Oportet id confor-
me eſſe Majeſtati, ut Majeſtas queat e
illo corpore prolucere, ex Tinctura &
aqua æternæ vitæ, Rationi quidem hei
omninò muti erimus; ſed fratribus no
ſtris, ſat perceptibiles. Competit ho
pueris. Lupus adimpleri ſibi os cupi
fruſto tali carnis, quod in viſcera abſor
beat. At de tali non noſtra eſt locutio
ſed de ejuſmodi, ſicuti Chriſtus in ſu
Teſtamento tradidit, & in ſui recorda
tionem pro ſymbolo reliquit, quod no
biſcum in æternum permanere velit: no
in illo, & ille in nobis, Ita dicimus, quod
Chriſti & Dei ſimus habituri corpus,
quod cœlum implet: non in ipſius crea-
tura hærebimus; ſed conjunctim tan-
quam membra, fratres & filii. Omnia in
nobis una vita ſunt: nihil mortale; ſed
omne ex æterno: nihil, quod ſe inci-
piat, niſi mirabilia: Ex æterno facta eſt
hæc eſſentialitas: nos ſumus ſicuti Dei:
Dei veri filii, ex ejus eſſentiis in corpo-
re & Anima, &c,

Trigeſima Quarta Quæſtio.

Quanam ærumnoſa & horribilis conditio damnatorum ſit? R.

ISTud etiam ſuperius ſatis indicatum
eſt. Quippe Ira Dei eorum eſt habi-
tatio in tenebris. Lux eorum ex
igneis

gneis oculis eorundem affulget; quod ulgurat inſtar ignei fulguris: aliàs non habẽt lucẽ. Habitant enim in ultima exremitate; & ita ex ſuperbia evolant ſuper thronos, quaſi potentes equites; & amen unus aliter, quàm alter, prout cuuſque ſe habet Spiritus. Canis etenim aninos mores edit: lupus lupinos: ſic quus, avis, bufo, ſerpens: Sed omnes ſunt celeriores & volatiliores quàm ulla ogitatio; gaudia ſua quærunt in abominabilibus horrendis, & hæc ſumma eſt orum lætitia, quod Deum irrideant, quod Spiritus ignei ſint; at Deus lucis Spiritus. Jactantia ipſorum perpetua ſt, de robore igneæ potentiæ; ceu draco, qui ignem evomit, ita etiam illi ſemper quærunt pernitiem, nec aliud quàm bominationes inveniunt. Illis fructus ccreſcunt ex eorum Principio; omnia uxta abominabilia voluntatis ſuæ: luſus xercent velut hiſtriones ſtolidi, qui ex ortulis ſulphureis ignem evibrant. ſimos agunt, & in perverſa hiſtrionia conſumunt tempus abſque tempore, uum non ſit tempus, ac poſt extremum iem nullus timor alterius originationis angore alio; ſed eorum vita univer perpetuus timor, terror, & ærumna: uiſque ſuum opus perficit in ea figura, uam heic ſibi acquiſivit: ibi Turbam a concitat, & in igne equitat. Anima on habet perceptibilitatem ſenſus; quia

eſt abs-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

eſt abſque igne; attamen Turba cum
ſuperinductis abominationibus torque
eam indefinenter, ut æterna in ea ſit de
ſperatio: ideoque ſunt hoſtes Dei. Quo
ad blaſphemationes attinet, in iis potiſſi
mum robur quærunt; quia fructus eor
talis ſunt materia, ab externo pulch
ſibi videntur; at intus merus furor &
fremor, ſicuti etiam in terris tales fu
runt hypocritæ: Proinde ipſorum co
lum, talem porrigit panem ad edendum
Sunt liberi, nihilo incluſi; licitum ill
eſt, in profunditates, quouſque velin
irruere, quùm undique ſit Abyſſus & te
nebræ; & tamen manent in priori lo
co: quò profundius ſe præcipitare gau
dent, eò profundius illi concidunt; ne
tamen uſpiam ad finem aut fundum pe
veniunt. Numerus eorum, non eſt tem
poris humani numerus. Illorum gau
dium eſt fœtor immenſus ignis & ſu
phuris, propter vitia & crimina eorum
quod fuerint Angeli, & nunc diaboli fi
facti: Quod ſi ſe conſiderent, tunc ma
ximè mordens vermis conſcientiæ ex
ſcitatur, qui admordet eos & torquet in
finitè. Verum quid pluribus eorum cri
mina deſcribere prodeſt? Sunt incont
nentiſſimæ peſſimæ beſtiæ. Omnia qu
in terris agitarunt, ea ipſos ſequuntu
quùm eadem ibidem perficere conẽtu
dum abſorbent abominationes & cri
mina abſque modo & fine. Non pote
recti

rectius illorum regimen agnoſci, quàm in Antichriſtiano equo, & calumnioſis hominibus, quos rabies criminum fure-re fecit; quamvis ſaltem ſpeculum ſit, reſpectu infernalium abominationum. Nolumus etiam amplius eorum mentio-nem tangere; quia id minimè meren-tur, nec digni ſunt.

Trigeſima Quinta Quæſtio.

Quidnam vita Enochiana ſit, & quàm diu duret? R.

HOc quoque longè exuperat ho-minis rationem, quùm id nulla prorſus ratio humana valeat aſſe-qui. Quùm vero natum ſit tempus; om-ne erit apertum; Etenim tanta in eo la-tent Arcana, quod nec mundus iſte ea poſſit apprehendere, nec nos debemus cuncta retegere; quum ſuum habeant terminum, quouſque ſe extendere de-beant. Namque in eo adhuc mirabilia edentur in terris; ac propterea nobis lingua erepta eſt: Attamen indicabimus id, quodnam iſta ſit vita, ad quonam pervenerit Enoch; tum Elias, & Moy-ſes, Non heic quid vani ſubeſt. Profe-ſes, rimus id, quod nobis heic eſt datum: ul-teriora proinde nobis manent tacenda: *Ratio fallax eſt hominis, cui nil credēdum: Etenim plane ſtulta eſt.* Indicare autem

X quæ-

quædam licitum eſt nobis, quùm tempu
ſit natum, ut Enoch loquatur, & Eli
iterum operetur; quod Babel experie
tur. Namque Moyſes cornua gerit, &
tamen in patientem evadit ovem.

☞ O quãto gaudio exultabis, ſi ſub Moy
ſis grege incedas! quia ille bonum af
fert nuncium. Gaudete vos cœli; & ter
ra jubilet. Namque Enoch jam in cam
po adeſt, & cuſtodit gregem ſuum. *Quid
cupit Elias?* Indutus quippe eſt veſtimẽ
to albo. Ille cum Chriſto erat in mon
te, & ſermonem habebat de exitu libe-
rationis humanæ; tum quoque loque-
batur, de introitu in Paradiſum, & de
finali liberatione & propulſore. *Qui cæ-
cus natus eſt, ille nil videt. Quomodo valeat
claudus admetam procurrere, & ſurdus lin-
guas diſcernere?* Nonne ſol cotidie lucet.
& tamen talpa cæca manet? Num Ba-
bel viſum recipiat? Nos dicimus, quod
irriſorem agat: propterea quoque cæ-
cam eam eſſe oportet, licet Sol ipſi lu-
ceat ſatis. *Quomodo quis duos adſpiciat
mundos, qui ſaltem in uno habitat?* An non
eſt ars & ſcientia, quæ intelligentiam
profiteatur, ut audeat profunditates pe-
netrare? Sed in ſuperficie hærens tranſ-
volat inſtar venti, qui nihil concipit; &
tamen ſuperbit in ſua ſcientia vana &
falſa, ſicut & Babel.

Quando de vita Enochiana quid pro-
ferre velimus, tunc nobis S. Scriptura
intro-

troſpicienda manet, quiſnam Enoch erit? & qualem tranſegerit vitam? tūc terimus confeſtim invenire, ubinam & quid evolatio ejus & ſubductio ſit? oſtis igitur, quid vobis dicat Scriptu- quod Parens ipſius vocatus ſit Iared. linguam naturæ calleretis, jam ſatis ndamentum obtinuiſſetis. Atque E- ch progenuit Mettuſalam, qui ſummā minis ætatem attigit: Et poſtquam nc generârat, manebat in divina vita, nec eum Jehova ſubtrahebat in ſuum incipium. Hoc autem non ita intelli- ndum eſt, quaſi plenè in luce Majeſta- Dei ſit, nec in extremo judicii die appariturus. Ille quidem in Deo eſt, ſque neceſſitate ſortis & morte; etiam Corpore Dei: ſed in partu Principii ei: quia & ipſe Adami carnem habe- t. Tum noſtis, quod externum regnū m terrena carne ad Turbam pertineat; iamſi in externo corpore ardenter, irabilia Dei amarit, poſt quod ille in yſterium ſubtrahebatur, ut ita corpus ternum à Myſterio quaſi deglutiretur. m vero Myſterium omnia reddere de- t, quæcunque abſorpſit; ſicuti noſtis, od in fine externum corpus cum om- eſſentia judicio Dei ſe ſiſtere debeat. m quoque Turba in priori corpore m mirabilibus eſt, quæ debet mani- ſta fieri, & in igne probari,

Quod ſi igitur Enoch ita cum corpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

re & Anima ſubductus eſt; eſt ejus
Corpus in Myſterio. & corpus inte
in Arcano Cœleſte Myſterium, atq
vit ita in duplici Myſterio, externo
mundo inviſibilis aut conceptibilis
inde vobis detegimus hoc, quod Pa
ſus adhuc præſto ſit, nec interierit
per maledictionem Dei quaſi abſor
eſt, & latet Myſterium in maledict
infractum. Etenim cum fundament
veritate hoc dicere valemus, quod
diſus adhuc in terra ſit; at non in e
mus: Enoch autem in ea degit; ſed
bæ corpus adhuc obtinet in Myſteri
in cœleſti Myſterio Dei corpus; par
ſiacum corpus, qui Paradiſum conci
Ille eſt ita inſtar miraculi, & eſt Pro
ta in corona ad metam mirabili
Quippe noſcitis, quod Scriptura di
quod, progenito Methuſala, nempe
mine ſummæ ætatis, poſtea in di
permanſerit vita. Hoc certè aliquid
Methuſala enim indicat finem mirab
hujus mundi: Et Henoch poſt nativ
tem Methuſalæ in ſua divina vita ind
(nempe in ſuis 300. annis) retecti
mirabilium, & apertum Myſterium,
quam prædicationem juſtitiæ; ubi
vis ſua monſtratur Turba, & finis m
bilium in hoc mundo, nempe pœna
& præmium bonum piis. Sic & tem
illud poſt Henochum, ubi Mathuſa
uſque ad Coronæ numerum vixit, &

Hen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

noch cum ſua cōcione ſubductus eſt,
licat, quod, lux Henochiana, quod in
lucet tempore, rurſus in Myſterium
et ingreſſura,& quæſitura corpus ter-
num in Henoch: tunc quoque eſſet
ventura quod Turba adhuc in eo ex-
, & quod ſic ulterius non ſit ulla inve-
gatio; quum Turba in meta ſit inven-
, & hinc jam ad ignem & judicium
eretur.

Atque ita finis hujus mundi eſt fax
tima,& operatur in Turba ad ſufflatio-
onem ignis & judicium. Externus
nim mundus ex Turba progenitus eſt,
in Turba ſuum accepit initium, ac
urba ejus eſt proprietatis jus. Sic ini-
um quærit finem rurſus in furore, &
c initium in fine Spiritum in furorem
troductum cupit: quia initium & fi-
is unum ſunt. Proinde ſat congruè
ernitis, quod ſub initio Turba Adamum
evoraret, inque Iram duceret, Habe-
umque interficeret.

Quapropter, ô vos electi, nemo ve-
trum expetat uſque in finem temporis
itam extendere ſuam, poſt ſubductio-
nem Henochii. Sed videte, *quando He-
noch concionatur, tum lucet Sol; & tunc
xite ex Babylonia: Eſt aureum tunc tem-
pus*: At Turba veſtra hoc cauſſat, quod
Henoch ſubducatur. Henoch non aufu-
git ex hoc mundo: ſe in Myſterium in-
troivit; in mirabilia: quia eſt Jehovæ

Concionator; & poſtquam Turba mu-
dum evicit tunc tacere cogitur, donec
ſex ſigilla mirabilia ſua ad finem perd-
xerunt, & Angeli Turbæ ſuas phialas ef-
fuderunt; tunc mirabilia iræ abſoluta
ſunt, ac redit tunc Henoch ex Myſter-
& ingreditur Myſterium hoc, ac refe-
quid ſit factum, mundumque punit
turbam ſuam, quod abominationem
ſeſe admiſerint, nec eidem ſe oppoſu-
rint. Ac poſtquam mundus nimis pi-
guis & ſalax redditus eſt in aureis a-
nis, & rurſus Sodomam ac Gomorrha-
quærit; inde quoque ejus Turba ſucc-
lenta ac laſciviæ plena efficitur, quæri-
que furorem ad metam, donumque re-
vertitur aureum tempus, ac in Turba ab-
ſumitur. Et tunc moritur Methuſa-
mortalium in ætate vivaciſſimus, ſta-
timque diluvium in igne irruit. *Hæc u-
terius perpendite: Res ſeria eſt.*

Non ita loquimur id affirmando, qua-
Henochum manibus veſtris ſitis palpatu-
ri: non ſanè. Henoch enim non ex ter-
renæ vitæ Spiritu concionabatur, ſed
ex eo, qui erat Propheta, qui externum
hominem in Principium deducebat. *Ita
vos Henochum externum non palpabitis: ſed
Prophetam audietis, qui ex Henocho loqu-
tur, ex Myſterio.*

Babyloniæ hoc movet riſum, quæ He-
nochum per aliquod tempus contem-
nit, inde Henoch Noam advocat; ſed
illum

lum veteratorem ſtultum appellitant, cum ille ita de interitu Babyloniæ contionatur. Ac Noa in alterum mundum per aquam tranſit, & advocat Moyſen cum ſuis miraculis. Ac iſte venit; quia ſecum ſervat Dei mirabilia, quùm ſit per mortem tranſgreſſus, & corpus ſuũ per mortem deduxerit: Vbi Turba abolitionem expetit, diaboluſque propterea lites movet, & Turbam in Moyſe deboſcebat, quum iſte vir iracundus fuiſſet, ac turbam portando pertuliſſet. Verùm diabolo reſpondebatur, quod Turba in igne non ejus eſſet; quippe ea competeret Majeſtati divinæ, & contineret mirabilia. Sed ipſi Turba in tenebris competat, & extra ſit urbem. Quare non in urbe in Principio habitabit; ſed extra eam, quùm Iehova illum in ignem crearit: maneat igitur in ſua exſuſcitati ignis vita, & inde nihil obtineat in Moyſis corpore; quia hujus mirabilia in ira non ſpectant ad ejus Turbã, quùm ſit extruſus & planè abjectus: at Moyſis corpus pertranſierit mortem; ipſiuſque immarceſcibile Corpus, quod mirabilia continebat, abſorpſerit terrenum in Turba; nec marceſcibili modo conſumpſerit: ſed ſit quoque in Myſterio. Inde ejus Turba, quæ primogenitos, in Ægypto interficiebat, & Pharaonem in aqua ſubmergebat, & vituli ſervos necabat, etiam Coren Dathan &

Abiram ſub terra ſuffocabat, in mo te permanſit. Dum ille moriebatur, i ſius Spiritus & Anima egrediebatur Turba, ac ille remanebat in miraculis Myſterio. Jam inde agnus factus eſt, deducit opera ſua in Iſaaci atque Shen bona, tanquam Myſterium Dei in ej mirabilibus factis. At domus ad Iſaacu pertinet; & omnes in Shemi habita tabernaculo, in ejus regno. *Annota hoc, vos Iudæi, & Chriſtiani.*

Quum igitur jam Moyſes ex lite Tu bæ & diaboli cum juſtitia in Myſteriu ſit ingreſſus, ac nihilominus ſuum pr mum inmarceſcibile corpus in ſe cont neat (ex turba quidem eductum; ſe tamen in igne probandum ad finem di rum) inde ejus Prophetia in Myſteri eſt. Et quonam agnus factus eſſet po Turbam, populo ſuo multos miſit pro phetas ad concionandum de Myſteric nempe, quomodo in Myſterio non tan tum leges & opera ſint, ſed etiam agnu Chriſtus, in quem ſimul ſit ingreſſus, & leges ſuas in familiaritatem agni rede gerit, ut ita omnia miracula ejus in ſta bulo agni habitent. Hunc Moyſen advo cat Henoch, quum itidem is in Myſteri ſit, & indutus itidem veſtimento albo quod accepit ab Agno in altero Mundo Iſti Moyſes ſuccurſum præſtat cum Agn miraculis, quum Noam ſtolidum vocēt qui abſque miraculis tanquam vir pro-

bus

bus docebat. Hæc Babel perpeti nequit; quia ipſi faſtus & ſuperbia ſubducitur, unde contra Henoch & Moyſen inſurgit, ac conſequitur eos, interficere eos conatur. At Moyſes prius Mortuus eſt, & Henoch ſubtractus, ut nemo in externa vita apud eos ſit. Illa ait: Euge eia audi: Vbinam eſt Henoch & Moyſes? Oſtendite eorum miracula. Ita ſæviunt contra Moyſen & Henochum, prorumpuntque in bella & prælia. Inde Moyſes advocat Eliam, qui in igne Dei ex hujus evolabat mundi igne in profunditatem Principii cum Anima & corpore: is habitat in Principio cum potenti fortitudine. Ac ſi ille veniat, & percipiat clamorem, quod Babel in igne exiſtat; tunc incendit Turbam, ut ignis ingẽs flagret, qui carnem & ſanguinem conſumat, etiam lapides cum elementis: *Ibi Babel ultimum ſibi hauriet hauſtum.* Atque his peractis, Henoch per aliquantum temporis Pacem colit; & ſe aureus detegit annus, donec corpora iterum pinguia laſcivaque fiant. & Turbam ſuam benè paſcant, ut metam quærat: tunc finis omnium temporum ingruit. *Non vobis ſit mirum: nos interea apud Noam manebimus, donec Moyſes & Elias veniant, ubi tum id experiemini omnes. quotquot filij Dei eſtis.* Aſt impiis hoc occultatum manet, donec eos turba devoret; qui hoc intuentur, veluti Judæi Chriſtum, atque

mundus primus Noam. *Quid proſit irri-ſori Myſterium?* quùm potius multas e[illegible] pulationes & helluationes quærat, a[illegible] deſpiciat id, quomodo faſtui ſuo ſatisfa[illegible] ciat, cum quo in Babylon equitat.

Ita quoque tibi, *mi Amice dilectiſsime* brevem indicationem fecimus de Enochiana vita; & quodnam ejus ſit officium atque conditio; tum quoque de Moyſe & Elia. Huic ceu modeſtus vir, ulteriores meditationes impendes. Namque aliter de iis loqui nobis non fuit conceſſum: velut etiam intellectus & voluntas ita in hoc genus ſermonis nobis tranſmutatus eſt. Proinde in hoc loco & hac vice non ulterius aut fundamentalius cum ſimplici intellectu quid ſcribendum nobis conceſſum eſt. Auxiliante Jehova, & ſi nobis id datur, ut in primum, tum & ſecundum librum Moyſis poſſimus ſcribere; forte poterit pluribus id detegi. Namque annotata Patrum nomina ante diluvium, cuncta ad Myſteriũ pertinent, & mirabilia ſumma in iis latent. Quod ſi dies illuceſceret, tunc poſſetis in eo totum curſum univerſi mundi agnoſcere.

Trigeſima

Trigeſima Sexta Quæſtio.

Quidnam Anima Meſſiæ aut Chriſti ſit ? R.

HOc ſatis in 3. noſtro libro de triplici vita hominis declaravimus. Quùm verò non cuivis, qui hoc legat, in manu ſit; atque etiam propter quæſtionem ipſam ad plura ſit reſpondendum; id vobis ſiſtemus coram. Namque in ſequenti quæſtione percontatio eſt de Spiritu Chriſti, qui promptus fuit, & quem Patri Chriſtus commendavit. Hæc igitur illi veteri morbido bonum refectorium ſuppeditabitur, medicamen adverſus ipſam mortem, ut hilari recreatione exuſcitetur: quia ipſius mater procreabit recentem puerū, qui in ipſius ſinu vivat, unde oportet, ut magna inde ſibi conficiat gaudia.

Quando igitur Chriſti Animam conſiderare cupimus; neceſſum eſt, ut nos ipſos quæramus & inveniamus. Chriſti enim Anima, eſt Anima hominis in Maria illa duplici Virgine concepta, etiamſi externum mortale corpus Mariæ non ita pro pura Virgine agnoſcamus: quia quod mortale eſt, iram & turbam in ſe continet, quæ omnem puritatem confringit, ut ita eò reſpectu ex Heva non ſit ulla pura Virgo progenita, ſed omnes

ſaltem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſaltem ſunt ejus filiæ. Et Heva ipſa ſic ſaltem dimidiata erat Virgo: quippe Adam erat altera pars ejus juxta duas Tincturas, ubi homo totus in Virgine & puro amore in ſe ipſum proſpicit, ac per ſe, velut per creaturam, in Deo originē, qui eos ex ſe procreabat. Atque ita etiā in tota perſona purus quiſpiam amor, & caſtitas: quia non quærit aliam commixtionem: ipſa ſibi eſt mixtura utriuſque Tincturæ, nempe Animæ Tincturæ, & Spiritus Tincturæ, & eſt iſtius potentiæ, ut Spiritum ex ignis Tinctura procreet, qui Anima & Spiritus dicitur. Quod Adam perdebat, quùm ſe capturæ vitæ terrenæ exponeret, & propterea cogebatur confringier, ut mulier ex ipſo conderetur, quæ Amorem ſuum, cōcupiſcentiam & imaginationem in Adami igneam Tincturam dirigere cogebatur, ſi vellet animam imprægnatione cōcipere,

Ideoque nemo verè intelligens dicere poteſt, quod Heva ante contactionem mariti ſui pura in caſtitate ſolida Virgo fuerit. Namque ſimul ac Adam ex ſomno reſuſcitabatur, videbat eam ſibi adſtantem, & ſtatim imaginationem ſuam in eam conjiciebat, eamque ſibi ſociam adſumebat, dicendo: Hæc caro eſt, de mea carne, & os de meis oſſibus; ideo virago vocabitur, quod ex viro ſit deſumpta: Atque ipſa Heva confeſtim ſimul

mul in ſuum Adamum conjecit imaginationem ſuam, & unus alteram in deſiderio inflammavit cupiditatis. Vbinam igitur eſt jam pura illa caſtitas? Nonnè animalis eſt? Nonnè externa imago animal eſt reddita? Vti id ſufficienter in voluntate & eſſentia ſpectatur, quod homo inſtar beſtiæ agat, & multò ſtolidius: quia *rationem quidem habet, ſed equitat in ratione ſua quaſi inſanus.* Vt vero huic iterum reſtitutio applicaretur, & imago in Vnitatem rediret; proinde Verbum, quod Animam ex ore Dei pronunciabat, & ex Spiritu Dei in imaginem inſpirabat, homo factus eſt; & eſt ingreſſum in terrenam imaginem, nempe in turbam divaſtationis.

Tum quoque noſtis ſatis expedite, quod Verbum aquam æternæ vitæ contineat, & ignem Deitatis, & ex igne Tincturam Deitatis, & in Tinctura Spiritum Dei, qui ex Dei ore procedit; atque in egreſſu eſt ſplendor Majeſtatis in operatione Spiritus manifeſta. Hoc Verbum eſt in Virgine Sapientiæ Dei, ac mirabilibus æternis circumdatum. Iſtud jam ex ardenti amore & humilitate erga imaginem noſtram, quæ nobis in Adamo diſturbata erat, rurſus in nos ingreſſum eſt, ac in Maria (intellige terrenam Mariam, ſed cum benedictione) homo factum. Benedictio autem hæc eſt, quod Animæ Mariæ cœleſtis Virgo

ſapien-

ſapientiæ Dei indueretur, quam Adam a-
miſerat: Idcirco vocabat eam Angelus
benedictam inter mulieres. Nulla mu-
lier uſque ab Adamo virginem cœleſtem
induerat, quam hæc unica Maria. Ideo-
que cum benedictione caſta reddebatur,
plena pudicitiæ. Spiritus Sanctus enim
non ingreditur terrenum; nec ſe cum
ſpeculo permiſcet: quia non poteſt eſ-
ſe, ut ſpeculum ſit velut ipſa vita. Ita
nos convenienter percipite,

„ Anima hominis eſt ex Deo, & ex
„ Æterno: at corpus hominis ſpeculum
„ eſt æterni, Sic & Jehova Animæ Ma-
„ riæ Virginem Dei induit, ſed in Ani-
„ mæ Principio: non in terrena carne,
„ ut ita Deificata eſſet: nullatenus: quia
„ mori cogebatur, uti omnes homines,
„ Atque in eadem virgine Verbum Dei
„ ex corde Patris Dei ſemen mulieris
„ adſumpſit, nempe Animæ ſemen, &
„ primæ imaginis ſemen, quod tam diu
„ in Myſterio confractum extiterat. Iam
„ vita Dei in id perveniebat, & denuo
„ totam efficiebat imaginem. Aqua e-
„ nim vitæ æternæ, ex Dei corde, com-
„ miſcebat ſe cum Animæ Spiritus aqua.
„ Quippe Spiritus exurgit ex aqua; &
„ Anima eſt ignis. Ita excipiebat Ver-
„ bum Animæ Tincturam, & Spiritus
„ Sanctus Tincturam Spiritus, nempe a-
„ quæ Tincturam, & ex iſtis duobus fie-
„ bat una Anima, & manebat tamē crea-

tura diſtincta à Spiritu Dei; at Spiritus Dei in ea habitabat: ac ex Dei aqua & Tinctura, & ex ſemine Mariæ (ex ejus Tinctura & aqua) in ſublimi benedictione una caro & ſanguis fiebat; ita; ut cœleſtis homo in terreno, una vice ſimul Homo exiſteret: unde poterat dici; hoc eſt mulieris ſemen, nempe Mariæ verus, corporalis, naturalis Filius cum Anima & Corpore, cum carne & ſanguine, & omni illo, quodcunque homo obtinet; & præterea quoque verus Dei Filius, qui ex Dei æterna eſſentia progenitus erat ab æterno, priuſquam mundi fundamenta naſcerentur; qui in Majeſtate Sancti Ternarii Numeri exiſtebat, & etiam in Mariæ corpore ſimul una vice. Et pertinet Anima Chriſti ex dimidio ad Principium hujus mundi, & ex dimidio ad Spiritum Sanctum. Anima enim Chriſti etiam externi Spiritus aëre & aſtris uſa eſt, cum potentia elementorum, & quoque Verbi & divini cibi: quia talis homo erat Adam in innocentia.

Ita nos Deus in Chriſto ex Verbo Dei & piritu per aquam vitæ æternæ regeneravit; atque ita ſumus filij Dei in Chriſto. Ac ſi nos in Chriſtum nos dedamus, noſtram tionem & voluntatem deſerendo, tunc riſti corpore inducimur, ac noſtra Voluns & Spiritus ex Chriſto vivit in nobis, ac s in illo.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Hinc igitur ita poteritis intellige,
quid Chriſti tentatio fuerit; videlic,
quum novus renatus homo jam debe
Adami tentationem perferre,num ipſ
Anima poſſet in Deo conſiſtere,tunc
Turba probabatur, num in tribus Pr
cipiis valeret ſolidè conſiſtere,& in v
externam dominari. Ideoque exter
vitæ cibus ſuus ſubducebatur & inter
vita debebat externam ſubjugare, atq
edere de Verbo Domini,nec non ext
nam in propria virtute & plena om
potentia conſervare, ac ſimul eti
mortem captivam conſtringere, ne
tam externam poſſet confringere. H
certè ſummitatis fuit prælium arduum

Præterea quoque reliquæ duæ cauſ
erant hæ; ut tentaretur, num homo ve
let in plena obedientia Jehovæ viver
& Deo in ſe liberam operationem ſua
relinquere; an vero iterum ſe eleva
vellet, & à Deo liber eſſe, ceu Lucif
faciebat. Idcirco diaboli tentationi e
ponebatur, quùm iſte homo novus illi
regiam ſedem poſſidere deberet. In
ajebat Diabolus, quod non poſſet ſub
ſtere; mater furoris nimis duriter tr
xiſſet. Propterea ipſi concedebatur,
tentaret id in hoc homine, & ipſi om
nia proponeret, quæ illi erant propoſ
ta: At ſi hic conſiſteret, quod tunc di
boli judex eſſe deberet, utpote qui m
dax eſſet inventus, Quippe hunc ita i

ſecund

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ecunda & tertia tentatione admodum entabat; num ipſe vellet in propria po-entia evolare, ceu ille fecerat, & ſibi ram concitarat, ac num fiduciam ſuam olummodo in Deum vellet deponere, ac in Deo vivere, cum voluntate & eſ-ſentia velut puer in Parentis obedien-ia. Atque hoc urgebat tamdiu apud eũ, quàm diu Adam in tentatione vixerat ante ſomnum ſuum. *Sic etiam nos ſem-per tentari cogimur; at in Chriſto, qui vi-ctor extitit, vincere poſſumus: quia ipſius Anima noſtra eſt Anima, & ipſius Caro noſtra Caro: ſi in illo confidamus, & nos in illum penitus involvamus, veluti Chriſtus ſuo ſe Patri devovebat totum.*

Et ſic, *Amice mi dilectiſſime*, percipis, quid Chriſti Anima ac Corpus ſit: vi-delicet, noſtra Anima & Corpus, ut in Deo hæreamus; ſi verè non; tunc ſepa-rati ſumus, & vivimus juxta externam vitam in Spiritu hujus mundi, nempe perdito Adamo, & juxta animam dia-bolo in Ira Dei. Hæc plenius cognoſcite in reliquis noſtris ſcriptis, ubi omne fundamentum cœli & hujus mundi in-venietis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Trigeſima Septima Quæſtic

Quidnam Spiritus Chriſti ſit, qui ta benevolè promptus erat, & quem in Patris commendabat manus? R.

HIc certè eſt ille inſignis theſaur gemmeus, qui meritò nos unic exhilaret, quod noſcamus id, nc poſſe nos ipſos ita cernere, quidnai ſimus. Proinde nobis longè is charic eſt, quàm univerſus mundus. Etenii margarita ea eſt, propter quam ille om nia ſua bona vendiderat, & emerat ſil hanc margaritam, *uti Chriſtus ait. Mat. 13.46.* Quippe longè conducibilior e homini, quàm totus mundus: nobilio eſt, quàm Sol ipſe: quia nobilis lapis ſa pientum in eo verè latet. Myſterium ſa nè habet magnum, cœleſte & terrenũ nec quid eſt quod huic Vnioni adſimu lari queat in hoc mundo, niſi ſaltem cō trita ſimplicitas, quæ tranquilla exiſtit nec Turbam parit aut concitat; hæc theſaurum & Vnionem hanc abditam ſecum gerit. Sicuti Aurum in lapide abſ conditum latet, manetque illæſum, niſi prædo quis cum terrena turba id violet & diſſipet, nec tamen quid obtinet; ita quoque *prædonis inſtar ſe habet hominis ratio in Myſterio. Quapropter cum fundamento hoc audemus proferre, quod ſimplex*

idiota

Idiota, qui ſimpliciter abſque multiſcia ſcrupuloſitate & ſcientia à Deo dependet, Myſterium Magnum melius & certius poßideat, etiam inperturbatum. Etenim ſumma claritudine ſcil. eruditus Doctor, qui inratione ſua alte evolat, alta quærens, diſturbat theſaurum hunc, & in Babyloniam trāsfert. Iſtud fortè guſtum acerbum præ ſe fert, & ſapore caret ſuo. Verum nihil nocet; Ad veritatem alligati ſumus omnes, abſque reſpectu,

Quando igitur de Chriſti Spiritu loquimur; tunc intelligit ratio Animam, vel potius externum vitæ Spiritum, qui in ſtellarum Elementorumque virtute & operatione exiſtat. Verum non hoc dico; alius eſt, in quo imago Dei conſiſtit: Externus Spiritus non pertinet ad Deitatem, ſed in mirabilibus Dei locum ſuum habet. Superius quidem attigimus id, quùm vero ejus mentio fiat in quæſtione, nempe, quod Chriſtus illū ſuo Parenti commendarit in morte ſua, aliquid de eo proferendum nobis eſt, quomodo ſe res habeat.

Satis itaque percepiſtis, quomodo Anima centrum naturæ ſit, origo vitæ & motionis, velut ignis Dei, qui perpetim in voluntatem Dei converſus eſſe debet: in qua originaliter ex magico deſiderio eſt enatus, & ex æterno Nihilo magnum Arcanum factus, in quo omnes res latent; Deitas cum omnibus 3. Prin-

cipiis, & quodcunque eſſentia vocatu
Et agnitum eſt, quomodo ex igne lu
progeneretur; ac Spiritus aëris; Ac d
mum quomodo ignis Spiritum Aëris i
terum ad ſe pertrahat, ſeſeque ita ſem
per reſuſcitando efflet, atq; ita cum lu
ce, cum aëre & originatione ignis ſui
met ipſius vita ſit. Præterea vobis ulte
rius annunciavimus de nobili Tinctura
quæ ita in luce exurgit, in qua lucis mã
ſuetudo viget, quæ ex anxietate velu
mortificatione aliqua procreatur, ac pe
anxietatis mortem effloreſcit, ceu vit
alià alterius originationis, ubi ignis ori
ginatio pro Tinctura agnoſcitur, ſimili
quaſi propulſioni alicujus Spiritus, & ta-
men appetens ſit, atque ita vim lucis in
ſe attrahat, eamque in Eſſentiam Eſſen-
tiarum conficiat; in qua duæ Species a-
gnoſcuntur: nemne juxta ignis origina-
tionem quaſi rubicunda, ac in ea virtus
videlicet Sulphur: Altera vero quaſi te-
nuis quædam manſuetudo, & tamen eſ-
ſentialitas, nempe aqua, quam appetens
Tinctura in unum contrahit, & tranſ-
mutat id, ut ſanguis fit. Jam autem in
ſanguine eſt origo hæc, ut ignis, quaſi
calor, id eſt tinctura ſit vita: atque in
virtute Tincturæ egreditur ex tenui a-
qua vitæ, id eſt virtus ex virtute, & vis
ea excipit eum egreſſum recipiẽdo ſem-
per. Atque iſte egreſſus liber eſt ab igne,
& etiam ab ejus vi & potentia: quia eſt

excedens

xcedens,& tamen ex robore illo pro-
eneratur. Proinde iſte jam verus eſt
piritus, qui ex anima procreatur, in
quo Jmago Dei cum divina Virgine Sa-
ientiæ Dei exiſtit.

Namque in Spiritu omnis intelligen-
ia & ſcientia viget; ille continet ſenſus
& nobilem vitam, quæ ſe cum Deo cō-
ungit.& ita ſubtilis eſt, ut iſte Spiritus
poſſit ac valeat in Deum ingredi. Quod
i iſte Spiritus ſe in Deum inſinuet, &
Animæ ſuæ igneum faſtū ſcientiamque
objiciat; tunc aſſequitur Dei Imaginem
& Dei corpus; quia cum voluntate in
Deum ingreditur,& potenter habitat in
Deo; ſic Dei eſſentiam in ſe continet,
& eſt extra hunc mundum in vita Dei.
Quoniam vero iſte Spiritus ex centro
naturæ primo exurgit, nempe ex ignis
vita (licet non ſit vita ignea; ſed Spiri-
tus ejus & vita ignea cum origine in a-
byſſo in originatione Iræ exiſtat) inde
Chriſtus iſtum Spiritum non propriæ
ignis vitæ commendavit, ſed Patri ſuo
in manus ſuas. Manus ejus ſunt amoris
appetitus, quibus noſtrum Spiritum ap-
prehendere geſtit, quando ad eum in-
troimus,ac ipſi nos committimus.Nam-
que, quum jam ejus corpus in Cruce
cogeretur mori & Anima ejus per in-
fernum per iram Dei penetrare deberet
(uti diaboli expectabant,cogitantes,nos
modo animam in noſtra ignis turba re-

 tinebi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tinebimus) tunc Chriſtus commend
bat Spiritum Dei Amori : ibi tunc An
ma Chriſti cum Spiritu in Dei manu
perveniebat. comprehenſa in Iræ ign
in morte ; unde mors retinere eum co
nabatur ; verum illa confringebatur , &
in ludibrium præcipitabatur. Illa qui
dem ſuffocabat externum hominem
nempe externam vitam , & cogitabat
jam cogetur Anima in turba permane-
re; Sed fortior erat in Anima quis, nem-
pe Verbum Dei ; illud captivam abri-
piebat mortem, & divaſtabat Iram , &
extinguebat furorem amore in Spiritu
Chriſti. Hoc venenum inferno ingere-
bat, quod amor Dei ſe heic inſinuaret, &
eam in anima ſuffocaret : hæc peſtis e-
rat morti & mors ipſa, eidemque con-
fractio. Jam cogebatur pati, quod æter-
na vita in ſe creſceret. Ita Spiritus
Chriſti diabolum captivum abducebat,
& illum ex hoc animæ igne evellebat in
tenebras eum deducens, & concludebat
eundem in igne extra animæ ignem , &
extra Dei ignem, in furentem acerbita-
tem & acredinem in frigus præcipitan-
do eum : Jbi ſibi ipſi calefactorem agat,
ne frigore enecetur.

Conſiderate heîc priores 4. Species
naturæ, tunc cognoſcetis , quale ſit dia-
boli domicilium. Namque antè Chri-
ſtum, animam captivam in turba cum i-
gne detinebat. Ac licet Animæ Spiri-

am non haberet, tamen tenebat radicē Turba. Verum heîc feſtus imponeatur dies, & ille extrudebatur, in teneras ejectus, atque in Chriſti deſcenſione ad inferos omnis divaſtabatur malitia, Chriſtuſque inde ejus evadebat judex.

Ita jam deſcriptu m hoc habetis, quid
„ Chriſti & noſter ſit Spiritus; videli-
„ cet, non externa vita; ſed Spiritus A-
„ nimæ: non Anima ipſa, ſed vitæ ejus
„ Spiritus. Veluti in Deo Ternario nu-
„ mero Sancto diſcrimen eſt, quod tres
„ ſint Perſonæ in una Eſſentia, & tamen
„ unus ſaltem Deus; ubi Filius Spiri-
„ tum, tanquam vitam, habet ex corde
„ & ore progredientem; & cor eſt
„ flamma Amoris, & Pater originatio
„ iræ, ac cum Filio ſuo in Amore man-
„ ſuetus efficitur, ut omnia in Deo una
„ Voluntas & Eſſentia ſit: ita quoque
„ in homine eſt, nec unquam quid a-
„ liud, imo ne quidem quid in ſyllaba.

Quodcunque Deus in Chriſto eſt, id etiã nos ſumus in Chriſto, in Deo filij ejus genuini. Ideoque debemus noſtrum Spiritum in ejus ipſius cõmittere manus: & ſic poterimus quoque per mortem invitam cum Chriſto in Deum tranſire.

Proinde non amplius vos ſinite vanitatibus circumduci & eludi, ſicuti huc uſque in Babel factum eſt; ubi de Anima atque ejus Spiritu hoc & illud diſpu-

ratum fuit; unus hoc modo; alter alite
Nullum eſt fundamentum, ſed meræ n
gæ & vanæ opiniones. *Origo ejus in D*
naſcitur, non in Scholis ex arte aut opinion
licet hæc abſque contemptu dicta ve
mus. Nam ſi ars vera in Deo ſit nat
tunc eſt decuplum Myſterium; quia ſe
per attingit decimum numerum in ſci
tia, multo magis, quàm idiota: quùm e
multitudine numeri Vnum conficer
queat. Verum hoc non conſiſtit in pr
priis viribus habitualiter; non cert
ingreſſus ad Crucem tam in uno quà
in altero requiritur, ſive doctor ſit au
idiota. *In Arcanis Iehovæ non dantur Do*
ctores, ſed ſaltem diſcipulos ea alunt. Ni
hilominus eruditus diſcipulus ad plur
pervenire poteſt. Quod ſi hæc manu
artem ſuperiorem teneret, & dona ſu
periora; plura cerneretis: ſed Iehova
voluntas hæc ita dictitabat; cui place
idem, ut mundi hujus ſapientiam in ſtul
titiam convertat; ille ſuam potentiam
imbecillibus adjicit ut omnis vita co-
ram ipſo incurvetur, & agnoſcat, quod
ille ſit Dominus, qui peragat, quod ve-
lit.

Trige-

Trigeſima Octava Quæſtio.

De ijs rebus, quæ ad finem mundi ſint eventura? R.

M*I Amice dilectiſſime*, heîc non decet nos ad quæſtionem reſpõdere veſtram: nec in mea id eſt poteſtate; nec decet quenquam talia quærere: quia ſecretum eſt Conſilium Iehovæ; ne ſe quis homo ſimilem Deo cenſere ſtudeat, & omnia prænoviſſe. *Noſtra ſcientia conſiſtit in Spiritu Dei & ejus voluntate. Quando ille vadit, tunc procedit in cœleſti Magia, & ingreditur in mirabilia terrena.* Jam propheta natus eſt, atque Magicè loquitur de initio mirabilium, eorumque turba, quomodo ad finem pervenire debeant, & iterum cõfringi, & in primum redire. Omnes enim Prophetæ loquuntur ex turba: illi indicant falſum, & monſtrant melius, quo in voluntatem Iehovæ procedit. Quare nolite nos hac moleſtare aut onerare quæſtione; quia nos caperemur in Turba. Poteritis id ſufficienter in omnibus intelligere quæſtionibus, quid futurum ſit: tum ſatis dilucidè indicatum eſt. Nõ audemus quidquam de futuris rebus aliter, quam modo Magico proferre. Quippe cauſſa hæc eſt; quia futura mirabilia fient omnia in Turba. Quod ſi igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Spiritus iſta videat, tunc proclamat alt
quomodo Turba bono & malo ſit or
rata. Vide autem, quod omnia ſint cor
mixta. Quia Deus homo factus eſt,
ipſius miſericordia undiquaque ſe in i
ſiſtit, & abarcet perniciem (*jam Proph
ta Magice, & nil rotundis verbis exprime
cogitur*) Quippe ſæpius accidit, quo
res quæpiam mala ſit in eſſentia; & ta
men mox ſurculus excreſcat ex malitia
qui turbam confringat, ut converſi
quædam interveniat. Quapropter Iehov
moneri vos facit, ut cœlorum firmamē
ti jugo retrahamini & reſiſtatis malo
ſic ſæpè malum, quod firmamentale cœ
lum effundit, in melius ſe tranſmutari
cogitur. Aliàs, ſi omnia ita ex neceſſita-
te fierent, quæ cœlum firmamentale cō-
tinet, non opus eſſet ulla doctrina; ſed
eſſet ſic certum fixum & æternum Ca-
lendarium.

Noſtis ſatis; quid Daniel, Ezechiel,
tum quoque David in ſua Prophetia vo-
bis prænuncient, præſertim Apocalypſis
Iheſu Chriſti. In his omnia latent, quæ-
cunque ſunt nunc eventura. *Illi quoque
Magice locuti ſunt de rebus futuris: At in
noſtris ſcriptis omnia clarius habetis*; Tem-
pus enim jam fermè finem conſecutum
eſt, & initium invenit finem. Idcircò
clarius apparet, quid in fine fieri debeat.
Inde vos ad reliqua ſcripta noſtra re-
mittimus, in quibus ſufficienter talia in-

venie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

enictis. Etenim rotundiori clariorique xplicatione malignus iſte mundus miimè dignus eſt, quùm ea ſemper manum illud Arcanum concitaretur, quod olummodo ad filios Dei ſpectat. Deus nim non vult ut margarita porcis obciatur, ſed potius filiis Dei hæc dona orrigantur ad uſum eorum, ſic etiam os facite.

Haud refert quidpiam, nec opus eſt, t Myſterium ſub mũdana tutela lateat. tultitia eſt; ac Deus eo rejicitur, quaſi lle non ſatis potens ſit ad patrocinium ale præſtandum. *Non quærenda ſunt Arana apud potentes, nec illis quid præ aliis onfidendum eſt; quum mox interveniat uædam turba cum lege: tunc Spiritus Dei uaſi conſtrictus eſt; & Antichriſtus eſt factus.* Adſpicite Iſraelem, quum Samuelem repudiarent, & judices ſuos, ic putarent, quod ſi eorum doctrina ſub brachio ſeculari vigeret, & ipſi haberẽt regem, tunc vellent legem Dei conſervare: Quid autem contigerit, & quis fuerit ſucceſſus, ac quomodo reges eorum turbam introduxerint illis, vituloſque in ſervitium Dei ſubſtituerint; & communem plebem ad Idola colenda compulerint, notum eſt.

Hæc ex bona vobis indicamus mente; nec ad hanc quæſtionem ſingulariter reſolutionem ullam exhibemus: ſatis id in aliis invenietis quæſtionibus;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bus: quia non audemus aliter quid pr
ferre.

Trigeſima Nona Quæſtio.

Quid & ubi Paradiſus ſit cum ſuis incolis? R.

ID quoque in vita Enochiana indic
tum eſt, quod quidem in hoc mund
ſit, ſed in Myſterio quaſi abſorpt
quum tamen in ſe nihil ſit immutatur
Solummodo noſtris oculis & qualitat
bus ſubducta eſt: Aliàs, ſi nobis oculi e
ſent verè aperti; poſſemus id perſpice
re. Jmò Jehova in Ternario ſuo Nu
mero nobiſcum eſt: quomodo ego po
ſet Paradiſus amiſſa eſſe. In hac exter
na vita ſaltem ejus qualitates originale
& fructus perdidimus; ſimili modo dia
bolus Deum, quùm ille propria volunta
te velut faſtuoſus Spiritus altius evola
ret, & ſibi ſe conſtituere ſatagerat Do
minum; ita quoque nobis id evênit
Quùm Adam de terreno fructu boni &
mali comedere ſtuderet obtinebat quo
que terrenam vitam in bono & malo, &
ex pulcherrimo roſario Paradiſi, ubi cœ
leſtes creſcebant & germinabant fru-
ctus, expellebatur in vitam externam.

Multi de Paradiſo mira oſtenta ſcri-
pſerunt; at cœcitas eorum jam in luce
diei habetur; nec tamen eos contemne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

mus; quia inveſtigatores multi fuerunt. *Unumquodque ſeculum ſcrutatores ſuos habuit, quæ myſterium inquirere ſtuduerunt; ut in Babylonia ſatis diu obtenebratum fuit per profanitates.* Nunc verò ex bis centenis annis aliquouſque nonnihil quid inceptum fuit retegi, dum ethniciſmi Antichriſtiani lapſus aliquo modo fuit præviſus, unde Babel expugnari ab una parte inceptum fuit: Verum munitiſſima ejus arx adhuc in radice ſubſiſtit. *Derecta quidem nonnihil fuit meretrix in externa ratione; ſed beſtia ejus ſaltem accrevit. Quamobrem* jam *adhuc mirabile admodum tempus reſtat mox inſtans, ubi omnia ſe immutabunt prorſus.* Multi magni montes & colles in planitiem meram redigentur, & fons ſcaturiginis ex Iſraele profluet, ubi ærumnoſus & miſer bibet, & ſe recreabit: ac pedo ſive baculo omnes paſcentur; paſtorque cum ovibus ſuis ſe exhilarabit blanditer, quod Iehova ita clemens ſit. *Aurum enim & argentum ita commune erit, ceu tempore Salomonis, atque ejus ſapientia reget terrarum orbem.* Hoc eſt mirabile.

Quadrageſi-

Quadrageſima Quæſtio.

Num Paradiſus ſit mutabilis, & quid po[ſt]
modum ſit futura? R.

QUantò minus Iehova eſt mutabi
ipſe, tantò minus etiam Paradiſu
quia eſt pars quædam in Deitat
Quando externum regimen mundi i
teriturum eſt, tunc in eo loco, ubi nun
iſte mundus exiſtit, mera erit Paradiſu
Quippe terra erit ex Cœleſti eſſentia, u
undiquaque pervii poſſimus habitar
per quodvis διαφανές. In extremo di
non ſupra locum hujus mundi effugie
mus; ſed ita in noſtra manebimus Pa
tria, & quaſi domum ibimus in aliu
Principium alterius originationis. Nam
que non erit frigus nec calor amplius
nec etiam nox; & poterimus undiqu
pertranſire terram perviam & cœleſten
abſque interruptione. Ibi Paradiſus ta-
bernaculum Dei erit apud homines
Quia ſcriptum eſt; *Ego omnia nova facio*
novum cœlum, novam terram, ne amplius
veteris memoria ſuperſit. Hæc terra eri
inſtar Cryſtallini maris, ubi omnia mira-
bilia mundi cernentur, velut pellucidiſ-
ſima, & ſancta Hieroſolyma, magna
illa Civitas Dei, ubi Iehovæ ſacrificabũ-
tur tauri labiorum noſtrorum. Ibi pul-
cherrima civitas Dei cum mirabilibus

& Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Sapientia æterna in eo poſita erit; at-
ue templum Dei; nova Jeruſalem in
ova terra, quæ ex Dei potentia & mi-
bilibus extabit adornata, optimè ful-
ebit. Omnia, quæcunque Prophetæ
nquam ſcripſerunt, ibi adimplebũtur.
amque Verbum Dei & mirabilia ejus
erminabunt & evireſcent velut gramẽ
nova terra. Ibi nec amplius mors erit,
ec timor, nec triſtitia, nec morbus, nec
perior, niſi ſolus Chriſtus, qui nobiſcũ
abitabit; & cum Angelis in una eri-
us communione. Fructus noſtri cre-
ent nobis juxta appetitus votum: non
rit ibi ætas; ſive conſeneſcentia, ſed
ir centum annorum erit inſtar recens
ati pueruli. Quodcunque quid gaudii
eterminat, id unicè quæretur cum An-
elis in una communione, & ubi quis
ter alteri poterit excitare lætitiam, id
romptiſſima voluntate perficiet. San-
tam Sacerdotalem peragemus vitam &
mnes de Sapientia Dei & æternis mi-
abilibus ejus loquemur. Quia divina
Iagia mirabilia abſque numero conti-
et. Quò magis quid quæritur, eò magis
deſt; quùm hæc ſit auctio divinæ Vo-
untatis Iehovæ. Quippe in eum finem
ehova ſe in Imagines edidit creatum,
empe in Angelis & hominibus; ut ita
audium in ſe ipſo habeat, & ſe cum ſuæ
itæ eſſentiis in æternum exhilaret.

HAL;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

HALLELV-IAH.

AD quæſtiones ergo veſtras, ô *Am-mi dilectiſſime*, ita rotundam reſpo-ſionem, juxta dona noſtra, vobis conc-pimus; atque adhortamur vos & qua-vis fraternè, ne quid contumelioſè a-cipiatur noſtri cauſſa, propter ſimpli-tatem hanc noſtram, & incongruam l-cutionem: Non etenim de arte aut arte nati ſumus; ſed ex ſimplicitate pr-dimus ſimpliciter, & magnas eloquim-res ſimplicibus verbis. *Accipitote aut-hæc ceu ſingulare donum Dei. Quod ſi r-ctè agnoſcatis, tam multa ardua in eo inv-nietis, velut in nullo uſpiam oratore, licet ſummæ artis, eſtis inventuri; niſi etiam hac ſchola ſint nati*; iis nihil præſcrib-mus, ſed agnoſcimus eos ceu amiciſſi-mos in Chriſto fratres, cum quibus æternum nos cogitamus exhilaratur-in Cœleſti ſchola, de qua heic ſalte-præguſtum quendam ſumus nacti; quù-noſtra cognitio heîc ſolummodò fr-ſtatim ſe habeat; Quando autem totu-nacti fuerimus, tunc dicemus, quid I-hova ſit; & quæ ejus potentia. *AMEN*

Applica-

Applicatio Iuris Majeſtatici cum Libertate in Republ. juſta, quæ non aliter, quàm conſtitutio perfecta Corporis humani habere ſe valet.

HActenus ita uſque ad finem verba Authoris θεοδιδάκτου, (ut ipſe confitetur, & in exemplo ejus apparet) quũ propter continuatam connexionem non potuerint interrumpi, deduximus per totum tractatum; quem etiam noſtra interpretatione propterea donare voluimus, quùm nondum ea ratione, quod quidem noſcam, ſit publicatus. Ex eo igitur, quoad fundamenta, non tantum quilibet accuratiori intentione, quid propriè juri Majeſtatico & libertati ex analogia Dei, ad ſtatum verum Politicũ, in juſta forma regiminis competat; ſed etiam quid homo in anima ſua ſit, indeque Jehovæ ad voluntatis ejus nutum ſanctiſſimum debeat in ſolida pietate, percipere poterit. Hoc adeò hodiè perpetuum eſt, ut quilibet fermè paſſim aſſidua inter ſubditos ſit decantatio de libertate & ejus juribus, dum alii de ſummitate Majeſtatis mira & varia diſputent, miras & varias de ſumma excellentia ejus, puritate; libera ſolutione ã legibus, vi incommunicabili & æternitate gloſſas confingunt, Interim tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſubditi nihil aliud quærunt ſæpius, qu
ut ſuperioribus ſuis omnia jura Majeſ
tis aut tectè taciteque aut aſtutè infri
gant, & hinc ſibi proprium jus var
exceptionibus aut privilegiorum a
immunitatum munitum conficiant. V
dè fit, ut varias argutias & ICti. & P
litici comminiſci non deſinant, quibu
pertinacius implantatas animis opini
nes undique ſalvare ſtudent: Nonnul
autem, qui accuratius rem tam ſanct
ſublimem intuentur, in plurimis ſe excu
ſare ſolent, quod ipſi non omnia aſſe
quantur, & potius informari, quàm te
merè heic quid decernere cupiant, u
rectè facit *Beſol. Pol. lib. 1. c. 3. in prin. &*
parag. 3. Carpz. de Cap. Imp. Reg. c. 11. Ete
nim impoſſibile prorſus eſt, quod Maje
ſtas, quatenus talis eſt, cum inferioribu
aut ſubditis poſſit directè communicari
quum tales eſſentiales habeat proprieta
tes, quod ſit perpetua, quod ſit ſumm
& igibus ſoluta, quod ſit ſimpliciſſim
pura, & propterea planè incom
municabilis, quibus etiam fundamentis
adeò firmiter paſſim nititur Bodinus, ut
Majeſtatem veram nulli alii formæ Rei-
publ. concedere directò velit, niſi in
Monarchia vera aut Polyarchia duplici
conſiſtat, Ideoque videant illi, qui tam
pertinaciter contra eum diſputant, quo-
modo evitent contradictiones, ne ipſi
ſibi contrarii ſint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Omnis autem error inde maximè eſt, quod non diſtinguant inter Majeſtatem juris & Majeſtatem facti, præſertim quũ illi uſque adeò anxiè & ſollicitè formam Imperii R. ſalvare velint. Rectè quidem faciunt, & quàm optimè in eo conveniunt omnes, quod Majeſtatem animæ ipſi humano in corpore, adſimilent. Jam verè an non Anima eſt forma hominis? Quomodo igitur ea poteſt infringi? Quomodo ex centro ſuo moveri? forma enim rei deſtructa, aut in minimis vitiatâ, certè ipſa res corrumpitur, uti id ſatis diductè ſuperius noſter explicavit Theoſophus in lapſu Adamico, ut inde in hanc monſtroſitatem hujus mundi homo ex Paradiſo præcipitatus ſit. Quare certè nulla heic juris Majeſtatici in corrupto ſtatu Reipubl. defenſio eſſe poterit, quàm, quæ ex facto promanat, ceu nec aliter locum hunc diviſionis Rerump. volumus intellectum, quùm ibi de facto nõ de jure egerimus.

Jus enim Majeſtaticum per ſe non admittit, ut poſſit ita communicari, abſque corruptione aut diminutione ſui. Etenim eſſentialis hæc eſt formæ ratio, ut quoties ea vel minutiſſimis vitietur, & ipſa rei ſubſtantia in natura ſua ſit corrupta: quod nemo ſanus mortalium unquam abnegare poterit. Ideoque longè aliud eſt, quando ab auctoribus Majeſtas in facti ſui deductione defenditur, & quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

in eſſentia ſua peculiariter, prout Ma-
jeſtas eſt ſimplex ſui conſtitutio in na-
tura ſua conſideratur. Majeſtas enim ju-
ris & facti longiſſimè inter ſeſe diſta,
quùm hæc nunquam in mixto Reipu.
ſtatu abſque inſigni aliquo morbo &
corruptione poſſit dari. Et contra ve
Majeſtas in integro ſuo jure, integ
corporis ſibi requirit informatione
ſolidam, ut nihil in tota corporis diſp.
ſitione inveniatur, quod non à Majeſt.
te ſua, velut ab anima firmam accip
informationem. Aliàs manet ſemp
hoc verum, quod Buſſius meus dice
ſolebat, quoties mihi ſermo de Majeſt
te erat, quod omnis mixtura Reip. mo
bidam faciat & requirat Majeſtatem,
Majeſtas in omni mixta Republ. morb
da & maximè vitiata; imo ſæpius inte
mortua in quam plurimis. Quapropte
quàm optimè ſe habet analogia ea, qu
datur inter Rempubl. & Corpus huma
num, ut quàm minus commodè & de
center membrum aliquod externum ca
piti ſe poſſit opponere, quo non ſuum
velit ad nutum ejus ſubire aut perficer
munus & officium; Ita & multo minu
ſe opponere valet aut debet Animæ ipſi
Quod ſi enim membrum quoddam ab e
non amplius velit recipere informatio
nem, inutile adeo ritè habetur, ut etian
abſciſſione dignum putetur. Sicut quo
que ipſũ Chriſti Verbum huc non incõ
modè

odè in externis talibus poſſit pertrahi: *Matt. 5. 29.30, & 18, 9. & Marc. 9.33.* quod de membro ſcandaliſante monet. Ob quod Sabellicus refert dictũ Chriſti Leonem Papam, ſibi manum, qua oſculum matronæ aliquando contigerat, ultro abſcidiſſe, quod inde ſecuta eſſet ncita quædam lubinis appetentia. Menenius quoque Agrippa olim in motu civico Romanorum hanc Analogiam optimè intellexit, quùm nulla alia comparatione rectius publicam ſeditionem Populi poſſet componere, quàm talem, quam ex diſpoſitione Corporis humani ſumpſerat. Vbi ad oculum evidentiſſimè populo demonſtravit, quod cuncta Corporis membra ſimul in labem & ruinam ſui inciderent, niſi rectè mutuo amoris officio & auxilio conſpirarent. Qua ſimilitudine non tantum id obtinuit, ut plebs Patribus ſuis in Magiſtratu reconciliaretur, ſed etiam *anno urb cond. 259.* dehinc Senatus Sacroſanctus eſſet. *Ioh. Roſ. in hiſt. Rom.*

Vtinam etiam hodiè noſtrates id intelligerent, minus ſe tantæ exponerẽt diſcordiæ & exterorum ludibrio aut ſpolio communi. Sed uti omnibus Rebuſpubl. maximo damno eſt æmulatio; ita quoque fit, ut nunquam ibi æmulationes deſint, ubi ſit Majeſtatis diminutio. Majeſtate enim non amplius integrâ vigente, mixtura talis ſemper in in-

vidiæ & æmulationis diſcordias erum-
pit, quum ita per ſe proclivis ſit in gr-
viſſimas enervationes, quibus nihil tan-
deeſt, quàm occaſio; quam undique æ-
muli clancularie cum maximo aucupan-
de ſiderant deſiderio; ut ita Reſpubl. ta-
lis nunquam periculo vacet ſuo, ac nu-
ſpiam tuta ſit. Proinde ſemper in qua-
vis Republ. hoc ante omnia unicè cu-
randum eſt, ut ejus forma in Majeſtate
conſtet integra, ne ulla vel etiam præ-
textu Religionis interveniat diſruptio
aut interſecatio quædam. Quantæ enim
inde ſæpius exortæ ſint cunctis undique
Rebuſp. calamitates, id ſatis hiſtoriæ
paſſim declarant. Ideoque rectè quidem
facit Beſoldus, quod *in Pol. lib. 1 c. 3. n. 3.*
Majeſtati duo ſumma genera adſcribat,
quorum unum Politicas, alterum res Ec-
cleſiaſticas concernit. *Mat. Bort. ap.
Arum. diſc. 30. c. 3. th. 2. f. 861.* Sed
tamen non parum iterum in eo deviat,
quando *d. l. parag. 3 n. 16.* exiſtimat, quod
Religio & Pietas, directo non curæ ſint
Politicæ adminiſtrationi, quùm tantum
externam incolumem ſervet honeſtatẽ.
Vbi certè in fundamento errat, quum nõ
ſolum ex Fide in Deum & dilectione
proximi profluere debeant cuncta in
omnibus regiminis publici actionibus;
ſed etiam ipſe Jehova velit, & per Mo-
ſen ſuum jubeat mandetque, *Deut. 17. v.
19. 20.* quod omnem regiminis ratio-

nem

em & gubernationem ad Verbi cœle-
is præſcriptionem principaliter Rex
irigere debeat, nec ab eo aut ad dex-
ram aut ſiniſtram uſpiam deflectere. Nõ
ertè heic ſecundarius, ſed primarius
pſi ſcopus eſſe debet Religio & pietas,
mo niſi ex hac ſcaturigine norma gu-
ernationis propendeat; quomodo ho-
eſtatis externæ incolumitatem conſer-
abit, quùm neque ad dextram aut ſini-
tram aliquorſum ipſi competat ullam fa-
ere deviationem aut deflexum. Imo
Reſpub. propter Religionem adornari
debet, ut animæ inprimis benè ſit; &
ſic corporis rectè ſequentur actiones
per totam vitam.

Verum ſi quis rectè analogiam eam,
quam Anima habet in corpore humano
cum regiminis Majeſtate, prout eam
Theoſophus in introducto tractatu de
Deo explicat, conſiderarit, facilius om-
nia poterit ſecum & in veritatis natura
penſitare. Sed in hoc quiſque lector ma-
net monendus mihi, ne temerè heic
quid præcipitet. Etenim admodum ar-
dua ſunt & ſacra, quæ proponit iſte ſua
doctrina myſtica. Ideoque neceſſum
eſt, ut benè præparatum quiſque in pie-
tate pectus aut cor huic lectioni afferat,
ceu ipſe monet auctor ſacer, quùm non
omnibus, ſed ſaltem verè & ſolidè piis
Chriſtianis & in Chriſto vividè renatis
hunc ſcripſerit libellum; qui etiam ejus

ſaporem rectè percipient,aliis vix du
ſit præbiturus is guſtum obtuſum. *Pro*
enim ſpiritus eſt , qui operationis in anim
humano habet præcellentiam ; ita quoqu
rem arripit & intellectui ſuo ingerit; und
tot opinionum vanitates exoriuntu
quæ quiſque pro modulo ingenii ſui ad
aptare cupit effectuum defenſioni,matr
omnium videlicet litium & perſecutio
num.Hinc quoque fecit ethniciſmi præ-
poſte rus amor & habitualis phantaſia
ejus, ut vix ſit quis ſuperſtes, qui non
portentis opinionum præpolleat, quùm
nemo talium Spiritui Jehovæ ſe ritè
ſubmittere noſcat. Quæ cauſſa eſt, proh
dolor! quod totus nunc mundus tot te-
nebris obſcuritatum, ſe involutum te-
neat, quùm quiſque potius ex Spiritu a-
ſtrali quàm juxta Spiritus Sancti ductum
ex Verbo Dei ſapere velit primitus.

Dolendum certè eſt, quod omnis ju-
ventus tam perversè ſeducatur, & prius
in peſſima Ethniciſmi cultura animum
exacuere ingeniumque exercere ſeverè
jubeantur omnes quàm ad ſacra proce-
„ dant. Imo ſunt, adeo hodiè abſurdi
„ docti noſtri, ut neminem eruditum
„ verè cenſere velint Chriſtianum, niſi
„ quis ſapientiam ſuam ex maledicto
„ Stagiritico Spiritu hauſerit, & ejus
„ interpretationem adſuxerit ex magnis
„ profanitatis perverſæ clamatoribus &
patronis, Quid enim,clamant, intelligat
is, quùm

s, quùm non ſit in Peripato verſatus, & Stoa, aut Academiam, artiumque Acropolim viderit? Sic paſſim Habitus aſtralis externæ rationis præfertur, & ei omnis ſapientia naſutula adſcribitur, dum interno Spiritui Iehovæ omnem vim potioris ſapientiæ præcludant, & id donum Spiritus Sancti vocant, quod in mera ſeductione Carnali conſiſtit. An non hæc blaſphemiæ ſit ſumma? An non ſic à via regenerationis ſummè neceſſariæ ante omnia, retrahuntur, ut id perquam ſupinè curetur, quod cunctis erat anteferendum rebus? An propterea Jehova non jam tam ſeverè judicet & puniat flagelletque mundum? An non ita potius ab officio ſuo excluditur Spiritus Dei, qui in renatis ſe patefacere cotidiè ſtudet? *Qualem igitur ſibi præpoſterum intellectum confecerunt in profanitate, talem quoque adferunt cum carnali judicio Peripati ſui Verbo Iehovæ.*

An vero homo ethnice edoctus in ethnicæ ſapientiæ conſtellatione aut regno noſcat & intelligat quæ ſunt Spiritus Dei? Chriſtus id negat, & D. Paulus idem. Cujus igitur ſapientia potior? Etenim Chriſtus aperto ore hoc pronunciat, quod veritas non citius pateſcat nobis, niſi Spiritus Dei Veritatem nobis adducat *Ioh. 16, 13*. Et addit etiam hoc, quod mundus non poſſit eum accipere, quùm eum non noſcat *Ioh. 14, 17*. Num ergo Ariſtoteles,

(ſive ut alii Sophiſtam dicunt) potioris virtutis & juris ſit in Verbo Dei & vitæ noſtræ ambulatione ſecundum ſapientiam cœleſtem, quam ipſe Dei Filius, qui nobis Spiritum ſuum per mortem tam rigidam promeritus eſt, & quàm ipſe Spiritus Dei? Quæſo, quis potioribus donis prævaleat & in ſapientiæ largitione vera ſit potentior? An Spiritus ſuperbus ethniciſmi, omnia logomachiis litigioſis & dubiis involvens? An magis Spiritus Iehovæ manſuetudinis, omnes Amori Dei & proximi inſinuans. Quis veræ largitor ſapientiæ? an ſyllogiſmorum inutilium Deus, Democritus, Zeno, Stagirita. An verò tenebrarum omnium amolitor Spiritus. Quis Verbi ſui potior interpres? Quæ potior ſapientia, opiniſtarum litteralis, an vividè efficax Spiritualis? Quæ dona expetibiliora, an Spiritus Iehovæ, an verò Ethniciſmi?

Chriſtus ait: ſi vos igitur, qui eſtis mali, noſtis bona dona dare liberis veſtris, quantò magis Pater veſter cœleſtis dabit Spiritum Sanctum omnibus hunc ab eo petentibus. *Luc. 11. 13.* Non certè per ethniciſmum aut ejus ſedulam culturam nobis hunc comparamus; ſed per preces multas.

Ideoque quo magis ethniciſmo quis incumbit & ſe huic devovet, eo magis & longius ſe à Spiritu Dei & vero Verbi

cœleſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

cœleſtis intellectu & vivida efficacia
excludit. Quod enim conſortium juſti-
tiæ cum iniquitate ? Et quæ communio
luci cum tenebris ? Et quæ concordia
Chriſto cum Belial ? Aut quæ portio fi-
deli, cum infideli ? *ait D. Paul.* 2. *Cor.* 6.
v. 14. Ne pari jugo igitur copulemini
cum infidelibus, ita addit ille pro gravi
adhortatione. Nihilominus cotidiè con-
trariantia agimus & ſuſcipimus in odiũ
Spiritus Dei & omnium piorum; ac per-
ſequimur eoſdem peſſimè, quoties ſunt,
qui nos retrahere ad veram cupiunt pie-
tatem.

An vero Spiritus ethniciſmi & ejus
ſapientia profana nos liberos & filios
Dei efficiat, an potius Spiritus Jehovæ?
Rom. 8:14. *&* 2. *Cor.* 6. 11. Quis verè nos
vivificat. *Rom.* 8. 12. Quis veræ doctri-
næ autor? *Eſa.* 48. 16. *Act.* 13. 2. *&* 20. 28.
Rom. 15. 13. *&* 1. *Cor.* 12. 6. 11. Quis ſapien-
tiam veram & loquendi facultatem ſoli-
dam largitur ? *Matt.* 10. 19. 2. *Marc.* 13.
1. *Luc.* 12. 14. 15. *Ioh.* 14. 26, *Act.* 2. 4. *&* 1.
Cor. 2. 13. *&* 12. 8. *Exod.* 4. 11. *Iac.* 1. 5. 17.
Quis veritas magis? 1. *Ioh.* 5. 6. per quem-
nam renaſcimur ? *Ioh.* 3. 5. *&* 1. *Pet.* 1. 13.
Vnde Chriſtiani dicimur, an ex Spiritu
Stagirenſi, an ex Chriſto & ejus Spiri-
tu ? Quis nobis futuræ hæreditatis cer-
titudinem in cordibus noſtris obſignare
debet ? *Rom.* 8. 15. Quis verus divinorum
donorum diſtributor ? 1. *Cor.* 12. 11, Quis
Dei

Dei digitus ? *Luc.11.20.* Quis verus pi
rum doctor. *Matt.10.20.Ioh.14.26.A*
6.10.& 1.Cor.2.12. & 1.Ioh.3.9. Cuj
ſemen in nobis eſſe debet ? *2.Cor.1.2*
Eph.4.30. Quiſnam Spiritus Chriſtian
promiſſus aut Eccleſiæ Chriſti? *Eſa.4.*
1.3.Ezech.11.19.& 36.26,27.& 39.2
Ioel.2.28.Zach.12.10.Matt.3.11.Luc.1
13.& 24.49.Ioh.7.39.& 14.16.26.& 1
26.& 16.7.Act.1.4.& 2.17. An ille Sp
ritu mundi tentandus aut extinguendu
Act.5.9.& 1.Theſſ.5.19. Gloriam tib
tribuo, Pater, ait Chriſtus, Domine cœ
& terræ, quod hæc occultaveris à ſa
pientibus & intelligentibus, & ea rete
xeris infantibus. *Matt.11.25.Luc.10*
21.& Ioh.1.36.

Vbi igitur habitus ille ethniciſmi, au
quonam relegandus ? Nonne ad ſerpen
tis informationem, quam Hevæ ſugge
rit. *Gen.3.* aut Chriſtus Judæis objicit
Ioh.8.44. Quales vero ſunt θεοδίδακτοι
quos Chriſtus expetit ? An ſint habitua-
les ethnici ? Quare quùm tam iniquiter
veſano ſeculo huic Chriſtus donis ſuis
in Spiritu Sancto ſuo ſordeſcat, & fer-
mentum Phariſæorum cunctis potiori
in cultura ſit, apud eos qui hodiè ſe exi-
miè doctos & eruditos in habitu Eth-
niciſmi ſui gloriantur, cogitur is Jeho-
va noſter in æternum benedictus, ſuos
evocare θεοδιδάκτους. An vero eſt, qui
hoc negare auſit, ceu hodiè fert id per-
verſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

erſa multorum blaſphemia ? Quid ait?
ſai.54.13.Ier.31.34. An non & filii no-
ſtri debent eſſe ex Iehova docti ? Scri-
ptum eſt in Prophetis inquit Chriſtus:
Et erunt omnes docti ex Deo *Ioh. 6. 45.*
Vnde etiam D. Paul. id repetit non fru-
ſtrà. *1.Theſſ.4.9.* Imo ait Chriſtus, *Luc.*
12.12. Spiritus Sanctus docebit vos eo
ipſo momento , quæ oporteat dicere.
Matt.10.20.Marc, 13. 12. An non idem
Spiritus in filiis noſtris ſit itidem potens?
An Iehovæ manus ſit decurtata , ut non
ejus veſtigia in talibus appareant am-
plius. Sic quidem volunt Habitualiſtæ
illi inutiles & ſuperbi Ethniciſmi culto-
res pertinaciores,Sed nihilominus,Inſi-
gnis noſtri temporis Theologus qui hãc
gratiam Dei ſingularem nobis in his te-
nebris attributa ritè agnoſcit, ita ad me
„ ſcribit. Teutonicum cũ admiratione,
„ nec non fine utilitate ſumma lego.To-
„ tum requirit hominem. Et naturæ &
„ Scripturæ Myſteria ipſi fuêre detecta,
„ ex Vaticinio *Ioelis 2.* Stertentibus e-
„ nim Phariſæis noſtri temporis , clari-
„ tas Domini circumfulget Paſtores ple-
„ beos , qui Chriſtum natum cognoſcãt.
„ Sic vivit jam in Friſia Orientali Wit-
„ mundæ Sutor, quem divinitus in ex-
„ plicandis Scripturæ locis illuſtratum
„ eſſe, mihi retulit vir fide dignus. Hic
„ certè NB. ſunt veri Theodidacti &c.
„ Ad Veſperam lux erit *Zach,14.* Domi-

nus

„ nus Iheſus, Vita & Lux horum vi
„ rum, etiam nobis hoc addit, ut in h
„ luce cõſtanter & ritè ambulemus, &

Ita ſanè verè Chriſtus adimplet eti
his temporibus ſuam promiſſionē *L*
e 1. 15. Ego dabo vobis os & ſapientia
cui non poterunt contradicere neq
reſiſtere omnes, qui ſe vobis oppone
Scriptum eſt enim, *ait D. Paul. 1. Cor.*
1 9. 20. Perdam ſapientiam ſapientu
& intelligentiam intelligentum è med
tollam. Vbi ſapiens? Vbi eruditus litt
rarum? Vbi diſquiſitor ſeculi? Non
infatuavit Deus ſapientiam mundi h
jus? *Et. v. 25. 26. 27. 28. 29.* Nam ſtultit
Dei ſapientior eſt, quàm homines;
infirmitas Dei validior eſt, quàm hom
nes. Videtis enim vocationem veſtran
fratres, Vos non eſſe multos ſapient
ſecundum carnem, non multos pote
tes, non multos nobiles. Verùm qu
ſtulta ſunt mundo, elegit Deus, ut pud
re confundat ſapientes; & quæ ſu
infirma mundo, elegit Deus, ut pudef
ciat robuſta: Et quæ ignobilia ſunt i
mũdo, & pro nihilo habita, elegit Deu
& ea, quæ non ſunt, ut ea, quæ ſunt, ab
oleat, ut ne glorietur ulla caro co
ram eo,

Qur tamen hodie ita obſtinate curſu
ſuum liberum impedire cupiant Spirit
Dei litterales illi Logomachi? An Spiri
tus Dei ſe ad illorum habituales conceptu
ex Eth

x Ethniciſmo petitos , adſtringi patiatur? An non ipſe bona & dona ſua pro liberrima voluntate ſua omnibus , prout vult liſtribuat & communicet? *1. Cor. 4. 5. 6.7.8.9.10.11.* Annon hoc ex tot ſeculis Antichriſti fuit ſerium & ſeverum conamen pridem ? unde tam diu obſcurata fuit S. Scriptura, & in tot erroes ſectarum deducta atque dirempta? Proinde rectè ait Alſted. in ſuo triumpho Biblici præf. Duo mihi, *inquit*, propoſui in hoc opere : Vnum , ut animum meum exuerem opinionibus Philoſophicis, quæ non poſſunt non adhæreſcere iis , qui vulgarium Philoſophorum ſcripta, ſepoſitis Scripturis Sanctis, evolvunt , eaque ſibi proponunt Canonum loco &c. Satis mihi fuerit , ſi hoc aſſecutus fuero, ut Præceptores & diſcipuli tandem aliquando intelligant, à Bibliis ſacris eſſe incipiendum , inque illis deſinendum, &c.

Quamvis ita multi ſint, qui aliquid rectius & ſanctius cernant, tamen , quùm nec in ſanctiori arte audiantur; proinde alia Iehova edit miracula , ut è media plebe exuſcitet , quibus Spiritus ſui dona communicet , qui etiam certè ſatis potenter penetrabunt multorum animos. Væ illis, qui heîc velamen ſuum Ethnicum tam diu Spiritui Iehovæ objicere auſi ſunt. Iam ante aliquot tempora toties iſte Spiritus oſtēdere ſe benignū

& prom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

& promptum ſtuduit, ut rectè not
Theoſophus *ad quæſt. ſupra d. 39,* dic.
quod jam ex bis centenis annis An
chriſtum Ethniciſmi oppinare cœp
rit, & pauld ultrà. Veriſſima quide
hæc ſunt; ſed à paucis obſervata.
igitur rectius hæc cognita appareant
cuivis eò magis innoteſcat, quinam i
Sancti viri fuerint, quos Jehova cont
Antichriſtum hujus mundi, tam int
num (quem quiſque hominum in fi
cordis ſui & maxime rationis aſtra
cultu habituali fovet) quàm externu
(qui ſub variis latet ſimul ſectis) exc
tarit, cogimur heîc hiſtoricè ea, cu
adhortatione brevi, percurrere, qu
maximè ſcire expediat & oporteat.

Hiſtoria eorum, qui prima Eccleſiæ ſa ctiori fulcra & fundamenta in his poſterioribus ſeculis ſubſternere inceperunt.

SUpra modum quùm jam per aliqu
ſecula nugis profanis & vanis in
nitatibus Verbum Dei fuiſſet obſcu
ratum, adeo, ut nihil niſi deliramen
falſæ Philoſophiæ & Ethniciſmi pr
luce Veritatis ex Lombardicis ſenter
tiis haberentur; Ita Iehova in medi
tenebris excitavit mirabiliter corda, qu
Veritatem cœleſtem rectius cenſere qu
dem inceperint; ſed tamen omnem n
biu

um denſitatem ob nimiam mortalium
ılitiã perrumpere haut potuerunt. Tũ
oq; ſævitia & tyrannis condemnatio-
ım erat tam fortis, ut ſtatim igne, flam-
a, ſuppliciis crudeliſſimis & vario
ortis genere mactarentur, qui diaboli
gnum Babylonicum ferventius incla-
are auſi fuiſſent. Obtinuit itaque me-
s, pœnæ & ſuppliciorum tam diutur-
ım victoriam in tenebris, ut vix Chri-
i radiis clarioribus locus pateſceret,
ihilominus fuerunt coanguſtata cor-
a, quæ cœcitatem & ſecuritatem ho-
ıinum nimiam vix amplius perferre
otuerunt.

Inter tales vero primas omni jure
ıeretur partes, *Iohannes Taulerus Colo-
iensis*, vir in ſaniori Theologia exerci-
ıtiſſimus, velut id ex concionibus ejus,
nte paucos annos iterum ex promo-
one *Iohan. Arndij* publicatos apparet.
rimus ille fuit, qui barbarum Chriſtia-
iſmum ex illa Scholaſtica Theologia &
mmodica diſputandi vanitate, ad nobi-
em vitam Chriſti revocare cœpit, do-
uitque hoc perpetim urgendo, quod
Chriſtus nuſpiam rectè coleretur, niſi
ntus in nobis, per fidem, ſanctam ope-
aretur vitam, quæ efficaciam ſuam in
ilectione Dei & proximi oſtenderet.
Quod adeò anxiè ſemper in exemplo
proprio & in concionibus demonſtra-
vit, ut ſæpius etiam viſus fuerit lacri-

mas ubertim in cathedra effundere, auditores rogare, ne aliorſum ſe ad ſuperſtitiones ullas aut vanitates mu[illegible] quàm ad imitationem Chriſti conver[illegible] rent. Sed quùm inde vir ſimplex hal[illegible] retur, quod ab iſtis diſputandi profa[illegible] tatibus abhorreret prorſus, ejus ſcri[illegible] vix alicujus auctoritatis habita ſunt, [illegible] nec tandem in *Luthero* annis 130. ſu[illegible] invenerint promotorem expeditiore[illegible] ceu ipſe *Lutherus* confitetur, quod [illegible] hunc Taulerum maximè primitus pr[illegible] fecerit, & in ſaniori doctrina confirm[illegible] tus fuerit. Mortuus eſt iſte Tauler[illegible] Theologus ſummus Argentorati *15. Ju[illegible]* *Anno 1379*. Ille Fidem vividam in fact[illegible] & operibus Chriſtianis veris & ſolid[illegible] quidem reſuſcitare tecto modo incepi[illegible] ſed tamen perverſus modus diſputan[illegible] ita obſcurare Verbum perrexit, ut lu[illegible] talis plenè reſplendere non potuit.

Nihilominus fuit quoque in Angli[illegible] vir inſignis, qui itidem fermè iiſde[illegible] temporibus hoc tentarit, nomine *Jo-hannes VVicklephus*, qui in Academi[illegible] Oxonienſi *anno Domini 1370*. Profeſſo[illegible] rem agebat, cui Papæ (ut ait Zachar[illegible] Theobaldus) cum ſuorum adſeclaru[illegible] vita & actiones diſplicebant. Hos ide[illegible] vehementiſſimè oppugnabat, diviniſque in rebus nihil, excepto unicè Dei Verbo, quod lumen ſemitis noſtris eſſe debeat, ferendum contendebat. *VVicle-*

phus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

us hic anno 1383. in ſua ſede Eccleſia-
ca *Luttervvort* vita functus eſt, quum
de re plures conſcripſiſſet libros: tan-
m quadrageſimo primo anno à morte
, juſſu Martini 5. Pontificis Romani
foſſus & exuſtus eſt. Qui plura de his
ſiderat, Iohannem Foxum in Com-
entario rerum in Eccleſia geſtarum
nſulat.

Hunc poſtea in Bohemia ſecutus eſt
hannes Huſſius, qui ex villa *Hus*, quod
ſerem ſignificat, cognomentum mu-
atus eſt, uti ait *Æneas Syl. in hiſt. Bo-
m. c. 35.* Is, libello Wicklephide Reali-
s univerſalibus perlecto, non tantum
ujus ſententiæ adſtipulari, ſed
iam in plurimis augere & propa-
are incepit, præſertim quum doctum
xercitatumque & prudentem commi-
tonem, *M. Hieronymum Pragenſẽ* Deus
ſi adjunxiſſet; ut ait *Zach, Theob. c. 3. d.*

His ſe adſociavit *Iacobellus Miſnenſis*,
tterarum doctrina & morum præſtan-
ia juxta clarus, eum ſic vocante *Æn.
yl, d. l.* qui in eo quoque publicè popu-
um ibidem commovere cœpit, ne dein-
eps communionem calicis, ſine qua
nemo ſalvari poſſet, quoquo pacto ne-
ligerent, quum apud *Iohan. Euangel,
cap. 6.* ſub duplici, non una ſpecie, pa-
nis vinique uſus ſumi jubeatur, docente
pud eum Salvatore: Niſi manducaveri-
tis carnem Filii hominis, & biberitis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

non habebitis vitam in vobis.

Huſſius autem, quum tanquam Pr
palis ad Concilium Conſtantienſe
Salvo conductu Imperatoris Sigiſm
di vocatus, & una cum Proceribu
eorum perſuaſione ibi comparuiſſe
actus ibi ſententiam audire, quam
Imperator, ut refert *Theob. d. l. c. 1*
protulit: *Quos errores hic homo docuit,*
vos (Concilij Patres), audiviſtis, qui om
quantum equidem judicare poſſum, im
ſinguli, morte digni ſunt. Niſi eos abju-
verit, comburendum curate: ſi ejuravit,
nolite committere, ut in poſterum ſug-
ſtum conſcendat, nevè in Bohemiam rev-
tatur: ab errore namque ſuo, non rece
&c. Hinc, ait *Æn. Syl. d. l.* lata eſt
conſeſſu Patrum adverſus contuma
ſententia: Cremandos eſſe, qui doct
nam Eccleſiæ reſpuerent. Prior igi
Iohan. *anno 1415. 6. Iulij*, Combuſt
eſt. *Hieronymus* diu poſtea in vincu
habitus quum reſipiſcere nollet, p
ſupplicio affectus *anno 1416. 30. Ma*
Pertulerunt ambo conſtanti animo n
cem, & quaſi ad epulas invitati, ad ince
dium properarunt, nullam emittent
vocem, quæ miſeri animi poſſet facer
indicium. Vbi ardere cœperunt, hym
num cecinere, quem vix flamma & fr
gor ignis intercipere potuit. Nemo phi
loſophorum tam forti animo morten
pertuliſſe traditur, quàm iſti incendium

Poggius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ggius Florentinus, ætatis noſtræ no-
is ſcriptor, de morte Hieronymi ad
colaum Nicolai concivem ſuum ele-
ntem ſcripſit epiſtolam &c. In ipſius
ſſij honorem M. Matthæus Colinus
c ſcripſit Epigramma.

ſſius ætherei ſincerus ſervus Ieſu,
Bohemi populi Paſtor Apoſtolicus;
Conſtantenſi ſynodo eſt exuſtus inique:
Cœlum animam, cineres orſaque Rhenus
e renaſcẽtis Verbi ſine labe fidelis (*habet.*
Præco, bonus vita, dogmatibuſque bonus.
riſte, Bohemorum genti concede perenni
Vt ſtudio cantus Anſeris hujus amet.

nnum mortis Huſſij eleganti hocce di-
icho comprehendit M. Iohan. Roſi-
us.

ItaM (heV!) ConſtantI ConſtantIa Vt abſtVLIt HVſſo,
ReLLIqVIIsVe Vſti RhenVs VbIqVe VIget.

Turbæ hinc adeò fervẽter exortæ ſunt, quæ continuo bello agitatæ viguerunt uſque ad *annum 1436.* ubi pax confecta ſub ea conditione, ut Bohemis Euchariſtia ſub utraque ſpecie manere, & excommunicatione ſolvi deberent. Quibus pactis quoque Imperatorem Sigiſmundum in Regnum ad regimen revocarunt, & Pragæ coronatus eſt *die 24. Aug. d an. 1436.*

Sic & circa ingreſſum ſeculi hujus 1400. & ulterius vixit *Thomas de Kempis Ger-*

pis Germanus, vir veræ Fidei doctri
prævalens, ex ordine Canonicorum
vocant, Auguſtini, qui compluribus
bellis Coloniæ Sacram Scripturam
terpretatus eſt ita, ut facilè appar
quænam ſanctitatis veſtigia in vita v
Chriſtianis præmonſtrarit. Ex qui
notiſſimus eſt liber, quem de imitat
Chriſto *Anno 1441.* conſignavit, & h
diè etiam non parum in uſu eſt. Vix
nim extat qui illum in eo exuper
quum tam accuratè ea doceat, quæ
perfectionem Chriſtiani ſtatus in h
vita ritè faciant. Fundamenta ſanè c
timè tetigit, in interiore homine & a
negatione ſui Chriſtianum verum d
ſcribendo, ſine quibus ad veras Chriſti
niſmi virtutes nemo pervenire poter
ut mirum ſit, quod etiam noſtrates
non rectius perſequantur.

Secutus eſt hunc in Italia *Hieronym*
Savanorola Dominicanus, anno 1452. a
21. Septemb. natus, qui quidem in prof
na Philoſophiæ ſecta educatus à princ
pio fuit, in qua etiam aliquot ſcripta e
didit. Verum, quum poſteà ſaniora ce
neret, & quod ea minus rectè Verb
Dei accommodaretur, ac proinde poſte
ad ſanctiorem ſe cõverteret vitam, imi
tareturque Kempſij ductum; factum et
inde, quod non in leves incideret perſe
cutiones donec Florentiæ, juſſu Ale
xandri VI. Papæ laqueo ſuffocatus con

cremat

emaretur 2. *Maij Anno* 1498. In cujus
memoriam *Marc. Antonius Flami-*
us Poëta Chriſtianus & perquam inſi-
is (cui idem ferme obtigiſſet, niſi
orte citatiori eſſet ereptus) Epigram-
a & gravitate ſententiæ & verborum
egantia, & compoſitionis Venuſtate
rimium, hoc compoſuit uti ille Joa-
nimius Camerarius in vita Flaminii an-
otavit, ita ſe habens:

um fera flamma tuos, Hieronymine, pa-
ſcitur artus,
Relligio ſanctas dilacerata comas,
levit, & ,ô, dixit, Crudeles parcite flãmæ:
Parcite, ſunt iſto viſcera noſtra rogo.

Quum ſic in eo ſeculo barbaricæ arro-
antiæ pravitas, & temeritatis exulta-
io excreſceret cotidiè, excitatus eſt
paulò poſt *D. Mart. Lutherus, Iſlebiæ* in
Comitatu Mansfeldenſi *anno 1481. 10.*
Novembr. natus. Hic quidem non minus,
quàm reliqui, à principio in ethnica
Scholaſticorum philoſophia fuit educa-
tus, quùm Auguſtinianum ageret; ſed
poſteà quum non tantum in ſedulam Bi-
bliorum lectionem incideret, dubiaque
multa ſecum agitare inciperet; pervol-
vit quidem accuratius D. Auguſtinum.
ut inveniret adſtipulatorem ſuæ ſenten-
tiæ: perquiſivit ſimul alios Patres &
commentatores. Ipſe in aliquot epiſto-
lis ad *Georgium Spalatinum*, Johannem
Langium, Venceſlaum Lincum, Jodo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

cum Iſenacenſem & alios, admod
graviter conqueritur de tanta ſtudior
perverſitate & juventutis ſeductio
quod diſciplina Chriſtiana planè
Scholaſticas nugas degenerarit, uti m
patebit. Tandem, quum incidiſſet in
gregium libellum, quem ipſe edidit *a*
1520. & *Theologia Teutonica* dicitur,
confirmatus eſt, ut plenè ſe Verbo D
concrediderit placidum, nec ex ullis d
ciplinis aliis, quàm ex Verbo erudit
voluerit cenſeri. Etenim ceu alibi co
queritur, & ſeverè & ſanctè affirma
quod ultra decem integros annos hæ
tarit ſecum dubius, in ea diſputation
ſuæ quæſtione negotia faceſſendo; quu
cerneret, quod totus mundus fermè i
ethnica Philoſophia ſepultus quaſi jace
ret, num ille ſolus rectè ſentire judica
reque poſſit de tam communi errore
Anxiè ita dubitabundus ſemper id ſe
cum diſputare cotidiè coactus eſt, do
nec tandem confirmationem, *ex Taule*
ro, Kempiſio & Germanica Theologia. qu
ſecum clam foverat, accepiſſet; tunc læ
tabundus in publicum cum ferventiſſi
mo Spiritus Sancti ardore proſilire no
dubitavit, adeo ut diceret ad Jodocum
Iſenacenſem: *Tibi videor non eſſe Logi-*
cus forte neque ſum: Id autem ſcio, quod
nullius Logicam timeam in defendenda S.
Scriptura. Etenim, *ait ad cap. 29. Proverb.*
in gloſ. Marg. abſque Verbo Dei non po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

eſt quid homo aliud facere, quàm Idololatriam meram agitare,& propriæ voluntatis ductum ſequi. Quod itidem in notis *ad cap. 9. Sap.* adſeverat, inquiens: *Abſque Verbo Dei non poteſt homo ſcire, quid Deo placeat, ſed omnia peragit in dubitatione, in incertitudine hærens.* Itē. Abſque Verbo Dei confingit & quærit ſibi ratio multas vias & modos ſapiendi, diſſipatque ſemetipſam in multis laboribus, nec tamen quid attingit aut invenit ſani & veri. *Et cap. 21.* Extra Verbum Dei omnia ſunt meræ colorationes opinionabiles conjecturæ & incertitudines. *It. in præf. lib. hujus.* Omnium hominum cogitationes & ratiocinationes ſine Verbo Dei meræ ſunt nugæ & ſomnia falſa.

Hæc & talia quum ſibi firmiſſima concepiſſet axiomata, & ea in Verbo Dei per Spiritum gratiæ vidiſſet fundata, ulterius prodire non veritus fuit, & communi opinioni omnium ita conſtanter & ſeverè ſe oppoſuit, ut ita quoque inſultaret omnes Profanitatis ethnicæ patronos, dicendo *Tom. 1. Lat. 10.* Error eſt dicere, ſine Ariſtotele non fit Theologus: imo Theologus non fit, niſi id fiat ſine Ariſtotele; quem merito inde alii Sophiſtam & communem mundi defraudatorem dicunt. Nam Scriptura Sancta, *ait idem in Tom. 1. Lat. p. 169.* Vult in timore & humilitate, tractari,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

& magis ſtudio piæ orationis penetra-
ri, quàm acumine ingenii, &c. Addid
etiam hoc, pro meliori information
juxta ejus puritatem & ſinceritatem
Tom. 4. lat. p. 519. Quod Verbum Dei om-
nia conſervet: Hoc autem amiſſo au
depravato, omnia ſimul bona ſint amiſ-
ſa. Sicut enim ſublato Sole & luc
mundi, qui ambulat, in tenebris ambu-
lat: ita obſcurato Verbo, ſequitur etiam
Politiæ periculum. Hiſce ſic & aliis cor-
roboratus in animo & corde Spiritu
Dei ſtimulis aggreſſus eſt arduum cert
negotium, in expugnatione potiſſima
arcis diaboli occaſionem per Teceli
nundinationem nactus. Sed ut eo re-
ctius nobis adhuc talia conſtent, in quã
tis diu vixerit tentationibus & angu-
ſtiis cordis, ac quonam Spiritu Sacro
prodierit armatus, exempli cauſſa præ-
ſtat ejus huc aliquot afferre epiſtolas,
quum non ſint in manu omnium.

EPIST. I.

Inſcrip. Venerabili Patri Iohann Lango Baccalaur. Theologiæ, Eremitarum Erfurtenſium Priori. ſibi in Domino amabili.

In Ariſtotelem & perdita ſui Seculi ſtudia profanationeſque ingeniorum Chriſtianorum ac ſeductiones invehitur.

IESVS.

IESVS.

SAlutem. Mitto has litteras, mi Pater, ad eximium Doctorem Jodocũ Sennacenſem, *plenas quæſtionum adverſus Logicam & Philoſophiam & Theologiam, id eſt blaſphemiarum & maledictionum contra Ariſtotelem, Porphyrium & Sententiarios, perdita ſcilicet ſtudia noſtri ſeculi.* Sic enim interpretabuntur, quibus decretũ eſt, non quinquennio cum Pythagoricis: ſed perpetuo & in æternũ cum mortuis ſilentium tenere, omnia credere, ſemper auſcultare, nec unquam ſaltem levi præludio Ariſtotelem & ſententiarios velitari & muſſitare. Quid enim non credant, qui Ariſtoteli (ſive Sophiſtæ) crediderunt, vera eſſe, quæ ipſe *calumnioſiſſimus Calumniator.* NB. aliis affingit, & imponit tam abſurda, ut aſinus & lapis non poſſint tacere ad illa. Tu ergo fac, ut diligenter porrigas eidem optimo viro: tum officioſè cures olfacere, quidnam judicii de me ipſe, vel alii omnes, ſuper hac re fecerint, ac mihi ſignificare. Nihil ita ardet animus, *quàm hiſtrionem illum (Ariſtot. Græcus hiſtrio vere) qui tam vere Græca larva Eccleſiam luſit*, multis revelare, ignominiamque ejus oſtendere cunctis, ſi ocium eſſet. Habeo in manibus Commentariolos in lib. 1. Phyſicorum, quibus fa-

bulam

bulam Ariſtæi denuo agere cœpi *in meũ iſtum Prothea, illuſorem vaferrimum ingeniorum* ita, ut, niſi caro fuiſſet Ariſtoteles, *ere Diabolum fuiſſe*, non puderet adſerere. Pars Crucis meæ vel maxima eſt, quod videre cogor, Fratrum ingenia, ſtudiis optimis nata, in iſtis cœnis vitam agere fœtidis, & operem miſerè perdere. *Nec ceſſant Vniverſitates bonos libros cremare & damnare: Rurſum vero malos dictare, imo ſomniare.* Vellem, quod & M. Vſingen, unà cum Iſenach abſtinerent, imò continerent ab iſtis laboribus perditis. Plena ſunt mihi omnia armaria, contra eorum editiones, quas video prorſus eſſe inutiles: Viderẽt & alii omnes, niſi ſilentii jure (ut dixi) perpetuo adſtricti eſſent. Vale, & ora pro me. Ex Academ. Wittembergenſi *8. Februarij die, Anno M. D. XVI.*

Frat. Martinus Lutherus Auguſtin.

EPIST. II.

Idem ſuo Spalatino Georgio, Chriſti ſervo, & Ducali à Secretis.

Monſtrat Dialecticam in Sacris litteris prorſus nullum habere locum; imò etiam maximo eſſe iiſdem incommodo.

IESVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

IHESVS.

SAlutem. Non angor, optime Spalatine, quod illi de me peſſimè loquantur, vel Principem noſtrum auctorem mearum Concluſionum garriunt. Id ſolum timeo, ne iſta occaſione inter Principes tantos ſimultas naſceretur, ſi forte & Princeps Brandeburgenſis ſimile aliquid fieri permitteret in vindictam, quale fuit nuper auditum de illo, qui vocatur *Der Schenck*. Cæterum *quæris, quatenus utilem Dialecticam arbitrer Theologo*. NB. Ego *ſane non video, quomodo non ſit noxia potius Dialectica vero Theologo*. Eſto, quod ſit fortè utilis juvenilium ingeniorum luſus vel exercitatio: ſed *in Sacris Litteris, mera Fides & ſuperna expectatur Illuſtratio: foris relinquendus eſt univerſus Syllogiſmus, non aliter, quàm Abraham ſacrificaturus reliquit pueros cum Aſinis*: Quod & Johan. Reuchlin in ſecundo libro Cabalæ ſuæ ſatis affirmat: Quod ſi illa neceſſaria eſt Dialectica, Naturalis illa ingenita ſufficit; qua homo promptus eſt, conferre credita cum creditis, & ſic concludere vera. *Ego ſæpius cum Amicis diſquiſivi, quidnam videretur nobis utilitatis acceſſiſſe ex tam anxiis ſtudiis Philoſophiæ & Dialecticæ? certe uno conſenſu admirari, imo lamentati noſtri ingenij ſortem, nihil utilitatis; totum autem.*

NB.

NB. *Nocentiæ pelagus invenimus*. Scrip
denique ad Dom. Iſennacenſem, noſtr
ætate (ut videtur) Principem, in ean
dem rem potiſſimum allegans id, quo
negari non poteſt, videlicet, ideo *no*
poſſe prodeſſe Dialecticem Theologiæ, ſe
magis obeſſe, quod abſtrahat à Verbo D
animos, eoſdemque profanet, & alienos pa
riat conceptus: tunc quod eiſdem Vocabul
Grammaticis longe aliter utatur Theologia
quàm Dialectica. Quomodo ergo, in
quam, prodeſt Dialectica, cum, poſtqu
acceſſero, ad Theologiam, id vocabul
non ſit, quod in Dialectica ſic ſignifica
bat, & cogar id rejicere, & aliam eju
ſignificationem accipere? Atque ut nor
agerem Verbis, exempla ſubjeci, vide
licet: Corpus in arbore Porphyriana,
ſignificat rem, conſtantem materia &
forma: at tale corpus non poteſt homi-
ni contingere, cum in Scriptura corpus
noſtrum ſolam materiam ſignificet, non
etiam formam, ut ibi: Nolite timere
eos, qui occidunt corpus; animam au-
tem occidere non poſſunt. Deinde in-
tuli, abſurdè dici: Angelum nec ratio-
nalem, nec irrationalem: Item, quod
nullus uſusſit Scripturæ, hominem vocari
ſenſitivum, rationalem, corporeum, anima-
lem. Et breviter, *totum illud* NB. *Com-*
mentum arboris Porphyrianæ dixi, & ad-
huc dico; minus, quàm anile figmentum,
aut ſomnium ægrotantium putandum ac ju-
ſte Por-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

te Porphyrium Vocatum (id eſt, cruen-tum) ab occidendis ſcilicet Chriſtianis ani-mabus, Deinde & Prædicamenta, ac non-nulla alia Philoſophiæ, tantum Theologiæ nocere. Diſplicuit homini valdè, & non Achilleas rationes meas aſſeruit, vel à me ipſo debere videri. Sed ſunt illi ho-mines Ariſtoteli & Porphyrio captivi; nec quid, ſed quia dicunt, advertunt: in-de fit, ut nec unius Capituli Scripturæ poſſint intelligentiam capere, multo mi-nus tradere. *Si ergo meo judicio credis, proſit tibi Dialectice, ubi poterit: in Sacris Litteris etiam nocebit.* Obſervavi ego doctrinas & Regulas Scholaſticæ Theo-logiæ, & *dedita opera juxta illas volui tra-ctare Sacras Litteras, & Eccleſiaſticorum Patrum (perdat me Deus, ſi mentior) hor-rui pluſquàm à Tartari confuſione! Ibi vi-di, quid prodeſſent ejuſmodi ſtudia.* Sed tecum aliquando idem tentabo, quando præſens fueris, & expertum te faciam eorum, quæ nunc audis. Vale, & ora pro me. *VVittembergæ die S. Petro Sacro Anno M. D. XVIII.*

Frat. Martinus Lutherus Auguſt.

EPIST. III.

Ad eundem Georgium Spalatinum.

Quæ

Quæ methodus ſit ſequenda ſtudioſo Theo-gia, & quodnam medium te-nendum.

IHESVS.

SAlutem. Huc uſque ea ex me poſt-laſti, optime Spalatine, quæ fueru vel meæ facultatis vel temeritatis. N vero cũ poſtules dirigi in iis, quæ per-nent ad pernoſcendas Sacras Littera longè ultra meas vires exigis negotiu Quippe cum nec ipſe mihi ducem ta tæ rei uſpiam invenire velim præt Spiritum S. &c. Primum id certiſſimu eſt, *Sacras litteras non poſſe vel ſtudio v ingenio penetrari*: Ideo primum officiu eſt, ut *ab Oratione incipias*, tali videlice qua ores, ſi Domino placuerit, per te al quid fieri in gloriam ſuam, non in tuan non in ullius hominis, tibi conced miſericordiſſimè verum ſuorum Verbo rum intellectum. *Nullus enim eſt divi norum Verborum magiſter præter ipſu Verbi ſui Authorem*, ſicut dicit: eru omnes dociles Dei, θεοδίδακτοι: ig tur, de tuo ſtudio deſperes oportet om nino, ſimul & ingenio. *De autem ſ confidas, & influxui Spiritus. Experto iſt crede*, Deinde ſtatuta ſint, ut humili de ſperatione Bibliam ab initio legas ord ne, uſque ad finem, ut ſimplicem prim

hiſtoria

iſtoriam memoria capias (quod tamen
am diu te feciſſe credo) ad quod exi-
niè proderit D. Hieronymus in ſuis tum
piſtolis , tum commentariis. Verum
d cognitionem Chriſti & Gratiæ Dei.
d eſt, ad ſecretiorem Spiritus intelli-
entiam, longè mihi plus videtur con-
ucibilior D. Auguſtinus & Ambroſius;
naximè D. Hieronymus Origenizare,
d eſt , allegorizare videtur, &c. Vale
ni Spalatine, ex Monaſterio noſtro , die S.
Priſcæ , qua dederas tuas litteras , Anno
M. D. XVIII.

F. Martinus Lutherus.

EPIST. IV.

Egregio & optimo viro, Dn. Iodoco
Eiſennacenſi, Theologo & Philoſopho pri-
mo, ſibi in Domino Majori ſemper vene-
rabili.

Philoſophiam profanam Ariſtotelis & ejus
Sectatorum plane falſam eſſe, & Chri-
ſtianiſmo perquam noxiam imo
etiam contrariam.

IHESVS.

S*Alutem in Domino.* Fui ad oſtium
domus tuæ heſterno veſperi, optime
vir, & reverende mi Præceptor, &c. Sed

famulus, tuus oſtiarius, dixit, te non u[illegible]
que adeò valere, ut acceſſum meum
perferre poſſes, atque ita abii, &c. Ne-
que enim ullam vindictam in eos exer-
ceo, qui mihi adverſantiſſimi; nomina-
tim è ſuggeſtis ad populum pronunci-
ant me hæreticum inſanum, ſeducto-
rem, &, neſcio quot dæmonibus obſeſ-
ſum: quanto minus tibi redderem ma-
lum, cui debeo omne bonum, &c. Iſtis
ingeniis par eſt, ut meum non præfe-
ram, atq; cùm ipſi in Scholaſtica Theo-
logia ſint, ut noſti, eruditiſſimi & exer-
citatiſſimi, patere quæſo, me cum eis
ſapere aut deſipere; diſcutiatur per Ec-
cleſiam. Atque ut me etiam reſolvam:
„*Ego ſimpliciter credo, quod impoſſibile ſit,*
„*Eccleſiam reformare poſſe, niſi funditus*
„*Canones, Decretales, Scholaſtica Theolo-*
„*gia, Philoſophia, Logica, ut nunc haben-*
„*tur, & eradicentur, & alia ſtudia inſti-*
„*tuantur. Atque in ea ſententia adeo pro-*
„*cedo, ut quotidie Dominum rogem, qua-*
„*tenus id ſtatim fiat, ut rurſum Biblia, &*
„*S. Patrum puriſſima ſtudia revocentur.*
Tibi videor, non eſſe Logicus, forte nec ſum:
id autem ſcio, quod nullius Logicam timeo,
in defendenda iſta ſententia, &c. Obſecro
te, mi Domine, & mi in Domino Pater,
non etiam tibi diſplicet, quod miſer po-
pulus Chriſti tamdiu vexetur, & illuda-
tur? &c. Bonum erat; ut nos ipſi pri-
mò rem detegeremus, ne, nobis rem
velanti-

velantibus, ipſi tandem per ſe intelligant ...ias illas, ut vocant, *imo impiiſſimas fraudes philoſophorum*, &c. Miror, quod etiam credere potuiſti, me fuiſſe Auctorem Concremationis Poſitionum Tecellianarum. Adeo mihi omnem ſenſum humanum periiſſe credis; ut tam inſignem injuriam, ego religioſus & Theologus in loco non meo homini tanti officii irrogarem? Sed quid faciam, quando omnes omnibus omnia credunt de me? Ergo ne poſſum quidem omnium linguas impedire aut prævenire. Dicant, audiant, credant quilibet, quæ libet, ubi libet. Ego agam, quantum Dominus dederit, & neque timebo, neque præſumam; Deo propitio, unquam, &c. Vale, mi Pater optime. *Ex Monaſterio noſtro Erfurdenſi, Dominica vocem jucunditatis. Anno M. D. XVIII.*

F. Martinus Lutherus Auguſt.

EPIST. V.

Suo Spalatino eruditiſſimo & humaniſſimo. Prædicat liberalitatem VVolfgangi Comitis Palatini, & quod placide ejus diſputatio Heidelbergæ ſit accepta; & quod Erfurdiæ cum Uſingenſi & Iſennacenſi fruſtra contulerit, de falſo dictamine quod Rectæ Rationis vulgariter ſibi ſomniant, quum tamen merum ſit Chaos Tenebrarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

IHESVS.

SAlutem. Redii tandem, favente Chri-
ſto, ad noſtros penates, *mi Spalatin*
venique Wittembergam Sabbathopo
Aſcenſionis Dominicæ feſtum: Ve
autem curſu, qui exieram pedeſter, &
Erfurdienſibus eſt mea Theologia, b
mortem crambe. Et in primis Docto
Iſennacenſis omnibus placitis meis n
grum Theta præfigit. &c. Diſputaſſer
& apud eos, niſi Litaniarum dies impe
dimento fuiſſent. Contuli tamen cun
Doctore Iſennacenſi præſens præſente
& id ſaltem effeci, ut intelligeret, ſe n
poſſe probare ſua, nec mea cōfutare: im
& ipſorum ſententias potius eſſe ean
beſtiam, quæ ſeipſam fertur comeſſe.
Sed fruſtrà narratur fabula ſurdo: *Su*
diſtinctiunculis pertinaciter inhærent. Etiā
confiteantur, non eſſe aliqua auctoritat
confirmatas; *niſi Dictamine* (*ut vocant*
naturalis Rationis, quod apud nos idem eſt
quod NB. *Chaos Tenebrarum, qui non præ*
dicamus aliam Lucem, quàm Chriſtum Ihe
ſum, NB. *Lucem veram & ſolam*. Cum
Doctore Vſingenſi pluribus, quàm cum
omnibus aliis egi, ut perſuaderem (erat
enim ſocius vecturæ) ſed neſcio, nun-
quid profecerim: cogitabundum & mi-
rabundum reliqui. Tanta res eſt, in opi-
nionibus malis inveteraſſe: Cæterum
adoleſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

dolеſcentulorum, & totius juventutis nimus per dis-Diapaſon ab illis ſentit. Mihi eximia ſpes eſt, ut, ſicut Chriſtus ad gentes migravit rejectus à Judæis; ita & nunc quoque vera ejus Theologia, quam rejiciunt Opinioſi illi ſenes, ad juventutem ſeſe transferat. Hæc de me. Demum & ſpero, & oro, te non fore immemorem noſtri Gymnaſii, id eſt, ut pro Græca & Hebræa lingua inſtituenda ſis ſollicitus, &c. Vale in Domino. *Ex noſtro Monaſterio 15. Calend. Ianuarij, Anno M. D. XVIII.*

F. Martinus Lutherus Auguſt.

EPIST. VI.

Optimo & integerrimo amico Iohanni Sylvio Ægrano, artium & Philoſophiæ Magiſtro, Eccleſiaſtæ Cygneo, ſibi in Domino ſemper obſervando.

Hortatur Ægranum, ut Ochſenfartium adverſarium contemnet, fretus cauſſæ bonitate, ſicut ſe Eccij rabiem in Obeliſcis contemnere oſtendit: ſimul Scholaſticorum ignorantiam Theologorum in Sacris Litteris demonſtrat.

IHESVS.

SAlutem. Vidi poſitiones Doctoris *Ochſenfarts* adverſus te, ut videtur,

conflatas, citra tamen nominis tui r
tam. Conſtans & fortis eſto, *mi Ægr*
ne, ſic oportet fieri. Si hæc eſſent
mundo, mundus, quæ ſua erant, dilig
ret. Quicquid in mundo eſt, in munc
moriatur; neceſſe eſt, ut glorificet
Spiritus. Tu, ſi ſapis, congratulare m
hi, & ego tibi. Gaude, mi Frater, Ga
de, & non ſic terrearis ab iſtis foli
volantibus, ut deſiſtas docere, ſicut c
piſti: ſed ſicut palma in Cades adverſ
opprimentia pondera. Ego, quo mag
illi furunt, eo amplius procedo: relin
quo priora, ut in illis latrẽt: ſequor po
ſteriora, ut & illa allatrent. Perge fel
citer: tantum ora Dominum ora Dom
num, ut ipſe ſuam gloriam operetur, f
atque Voluntas ejus. Scripſi autem I
Doctori Hieronymo *Ochſenfarts*, no
mihi errores videri, quæ tu aſſeruiſti
ſed Veritates: Videri etiam mihi ipſiu
poſitiones pro majore parte erroneas
& me paratum eſſe, nec diffidere, ut de
fendas & tuos & meos errores. Si qui
autem ex Scholaſticis Doctoribus pro
tulerint, ſciret, ſe nihil apud nos agere
niſi verba perdere. *Prope eſt, ut jurem*
nullum eſſe Theologum Scholaſticum, NB
qui unum Capitulum Euangelij, vel Biblia
intelligat, præſertim Lipſienſem: *imo n*
Ariſtotelis unum Capitulum, quod cum glo
ria, me, ſpero, probaturum, ſi examinand
daretur facultas: niſi id eſt, Euangelium
noſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

hoſſe, NB. Syllabas pronunciare, utcunque tamen. Quare non timeas à facie ignorantiæ: *cedat ex animo titulorum ille fragor, Doctorum, Vniverſitatum, Magiſtrorum. Larvæ enim ſunt & facies (ne paveas, quorum corda vides) ſunt hominum. Saltem larvæ faciem Dominus doceat*, & te confortet: in quo benè vale. *VVittenbergæ. Vigilia annunciationis Dominicæ, Anno M. D. XVIII.*

Martinus Lutherus Auguſt.

EPIST. VII.

Bono & erudito viro Georgio Spalatino, Chriſti ſervo, ſuo in Domino chariſſimo.

IHESVS.

Doctores Scholaſticos in ſua Philoſophia ſeptem mortalium peccatorum fovere ideam.

SAlutem. Mitto unius Dominicæ opus, tibi in exemplum, *mi Spalatine*, &c. Doctor *Preitenbach*, & D. Henricus *Schleinitz* me convivio ſuo honorarunt, multam ſuam erga me humanitatem oſtendentes: non noveram homines antea: Nihil egimus, niſi de Lipſenſibus Theologis, quibus ille non multum tribuere videbatur. Vnum didici Apo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

phthegma, *ſi quis, inquit, Theolog*
ejus generis Scholaſticum videt, ſeptem m
talia videt peccata. Scilicet in hanc gl
riam ventoſi ſophiſtæ deduximus Pr
feſſionem noſtram Theologicam. *Et ſa*
mihi verum apparet hoc Verbum, ut The
logus Scholaſticus ſeptem peccatorum m
talium ſit idea. Præter enim Ventrem
Marſupium, Pompam, quid fulget in n
bis ejuſmodi? Nam invidiam, iram
libidinem cum acidiſſima acidia qu
attinet cenſere: Deus miſereatur noſtr
Emſer furorem ſuum effundit; ſed ita,
epiſtolam meam confirmet. *Doleo ta*
craſſos, hebetes & inſulſos Thraſones ſe
id negotij miſcere. Niſi me ratio nomin
mei, imo Chriſti timor cohiberet; non
dum habui, qui mihi ſcribendi feliciu
præſtiterit argumentum, quàm indigni
modis in hanc talpam fortè & Lipſen
ſes luderem. Verum ſileto, &c. *Val*
&c. Vigilia præſentationis Anno M. D.
XIX.

F. Martinus Lutherus.

EPIST. VIII.

Integro & ſinceræ Religionis viro Iohan-
ni Lango Sacræ Theologiæ Licentiato, Ere-
mitæ Auguſtin. Erfurdi ſibi in Chriſto a-
mantiſſimo.

Mittit propoſitiones contra indulgentias,
& veritatem prioris ſuæ diſputationis de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

[...]ndit contra Scholaſticam Theologiam, & Ariſtotelis ſomnia : Invehitur etiam in Monachorum iniqua judicia, in ipſo modeſtiam requirentia.

IHESVS.

SAlutem *in Chriſto.* Ecce alia, denuò Paradoxa mitto, Reverende Pater mi in Chriſto, quod ſi etiam in his tui Theologi offendantur, & dixerint, ſicut paſſim de me omnes loquuntur, me nimis temerè ſuperbeque præcipitare judicium, damnareque alienas ſententias: Reſpondeo per te, & has litteras: Primum mihi vehementer placere maturã eorum modeſtiam, cunctantemque dici gravitatem, ſi eam in opere exhiberent, ſicuti in me reprehendunt levitatem & præcipitem temeritatem. Facilè enim in me, ut video, notant vitium ejuſmodi. *Sed miror, quod eiſdem oculis ſuum Ariſtotelem non inſpiciant : quomodo non vident, Ariſtotelem nihil aliud eſſe per ſingula pene cola & commata, quàm Momum, imo Momorum Momum.* Si ille itaque gentilis, nihil prohibente mordaciſſimæ temeritatis vitio, adhuc placet, legitur, citatur : Quid eſt, quod Chriſtianus ego ita diſpliceo, præſertim dum guſtum aliquem refero ſimilem placidiſſimo illi Ariſtotoli. *An diſplicet in me gutta vitij, cujus in Ariſtotele totum pelagus placet?*

 Deinde

Deinde miror, cur nec ſe ipſos parit oderint & damnent. *Quid enim ſunt vicem iſti Scholaſtici, quam meri Criti Ariſtarchi, mutuique Momi?* Licet ill & placet judicare omnium ſenſus: mil eidem prorſus interdictum eſt. Tande ut etiam queror, ſi diſplicet illis ita n nis mea ſententia, & modeſtiam pc tius laudant, cur non & ipſi non tem perant ſibi à judicio mei? Cur non mc deſtius expectant rei finem? Vides ita que quàm ſimus homines, id eſt plan iniqui; ut *ſemper feſtinemus feſtucas a oculo fratrum eruere, interim trabibus no ſtrorum oculorum etiam hujus vitæ delecta mur: ita culicem in alio colamus tanquan vitium, quod in nobis camelus eſt*: attamer glutimus tanquam ſummam virtutem Itaque me eos *Momorum lemures* nihi majoris, quàm lemures (& ejuſmod quidem ſunt) facere: nec volo moveri quid illis videatur, aut non videatur. De temeritate mea vel modeſtia ſciant cer-tiſſimum, quod, ſive modeſtus fuero, ve-ritas mea modeſtia non fiet dignior; ſi-ve temerarius, non fiet indignior mea temeritate. Id ſolum cupio ex te tuiſque Theologis quàm maximo voto, tacito interim authoris vitio, de ipſis editioni-bus meis vel concluſionibus, quid ſen-tiant, intelligere: imo multo magis er-roris vitia, ſi qua in illis ſunt, mihi ſigni-ficari, Quis enim ignorat, quin ſine ſu-

perbia,

ꝑerbia, aut ſaltem ſine ſpecie ſuperbiæ, & contentionis ſuſpicione, poſſit quidquam novi produci. Finge enim ipſam humilitatem nova conari, ſtatim ſuperbiæ vitio ſubjicietur ab iis, qui aliter ſapiunt. *Cur enim Chriſtus & omnes Martyres occiſi ſunt? Cur Doctores paſſi invidiam? niſi ſcilicet, quia ſuperbi & contemptores veteris & inclytæ ſapientiæ ſeu prudentiæ viſi ſunt, aut quod talia nova ſine Concilio illorum prætulerint, qui vetera ſapiebant*. Non itaque volo, ut eam ex me expectent humilitatem (id eſt hypocriſin) ut prius eorum concilio & decreto utendum eſſe credam: Nolo, quod hominis induſtria aut conſilio, ſed Dei fiat, quod facio. Si enim fuerit opus ex Deo, quis prohibebit? Si non fuerit ex Deo, quis promovebit? Fiat non mea, nec illorum, nec noſtra, ſed Voluntas tua Pater Sancte, qui es in cœlis, Amen. Ultimo memor eſt ut ſollicitè pro me ores, ſicut & ego pro te, ut Dominus noſter Iheſus adjuvet, & portet nobiſcum noſtras tentationes, omni homini incognitas, præter nos. Vale ex Wittemberg. *noſtro Monaſterio, Die S. Martini Epiſcopi, Anno M. D. XVII.*

F. *Martinus Lutherus, imo*
δοῦλος *& captivus nimis*
Aug. VVitt.

EPIST.

EPIST. IX.

Suo Georgio Spalatino, amico optim
Narrat, quæ ipſi fuerit contentio cum Th
miſtis contra Thomam & Ariſtotelem;
gaudet, de ſe maledici indeque colligit, D
ctrinam ſuam eſſe ex Deo, Poſtremo com
mendat eleemoſynam pro defuncto impe
ſam.

IHESVS.

SAlutem. Quod me in Dreſden al
quot aſſerant revictum in convivi
mi Spalatine, non mireris: dixerunt &
alia jam diu quæcunque etiam libuera
Fui ſanè à Hieronymo *Emſer* unà cum
Johanne *Lango* noſtro, & Priore Dreſ
denſi noſtro pœnè coactus magis, quàm
invitatus ad ſerotinam compotatiuncu
lam: Hic, ubi inter amicos me eſſe ar
bitrabar, mox intellexi inter medias in
ſidias me conjectum. Erat unus Lipſen
ſis Magiſterculus *Thomaſterculus*, ſibi mi
rè viſus omnia noſſe: Is, ut erat plenus
in me odio, primum amicè excepit, tan-
dem, ſubortâ diſputatione, in me acriter
& calumnioſè invectus eſt. Interim fo
ris ſtabat, me inſcio, *Frater Terminarius*
Eaduatorum, auſcultans omnia, qui (poſt-
eà id audivi) mirè ſe tortum fuiſſe, ja-
ctitavit, & ægrè ſe continuiſſe, ne pro-
diret, & in faciem meam ſpueret, ac
omnibus

mnibus nominibus fœdaret : adeo cru-
ifixerat hominem , quod Thomam Ma-
iſterculo illi confutarem. Is eſt vir il-
e,qui ubique jactat uſque hodiè, me ad-
o fuiſſe convictum, ut nec Latinū ver-
um amplius potuerim efferre. *Cæterum*
iſputatio erat ſuper Ariſtotelis & Thomæ
ugis : Oſtendi ego , nec Thomam,nec omnes
Thomiſtas ſimul vel unum in Ariſtotele in-
elligerent capitulum. In fine cum glo-
ioſus ille eſſet,petii , ut conflatis omni-
us viribus Thomiſticæ eruditionis de-
niret mihi.*Quidnam eſſet implere Man-*
data Dei ? Scio, inquam , nullum eſſe Tho-
miſtam , qui id ſciat, Hic homo extrivio,
memor adhuc ruditatis ſuæ, exclamavit:
Da paſtum (ſic enim vocatur pretium
Ludi Magiſtrorum) : Quid enim aliud
reſponderet, qui aliud neſciret ? Hoc in-
ulſo reſponſo in riſum ſoluti , digreſſi
ſumus. Poſteà mihi Prior Dreſdenſis
ſcripſit, quàm jactitaverint, & in Princi-
is aula quoque me fœdaverint, ut indo-
ctum,ſuperbum,ac neſcio,quot nomini-
us ; item quod ſermonem, quem in Ca-
ſtro feceram, in omnem (præter Veri-
tatem) verterant faciem. Adduxeram
hiſtoriā de tribus virginibus Theologi-
ciſſimam : Has tres poſteà in aula Prin-
cipis, à me notatas garriunt. Breviter,
genimina ſerpentum expertus ſum ; qui
& omnia vellent, & nihil poſſent, gloriæ
ſuæ detractum putantes, ſi quid in me ir-
reprehen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

reprehenſum relinquerent. Ego, iſt
larvas contemnens, reſcripſi, ut quie
cerent, & ſinerent mihi meum Cain
Judam vivere. Sed Hieronymus *Emſ*
tum enixè ſeſe excuſavit: idem & L
pſiæ noviſſimè me hæc eadem ſcire c
ravit, nullas inſidias ſeſe contra me m
chinaturum: Ego, ſicut & hodiè, co
tempſiſſe me, dixi, tam nihili furores. S
ſunt docti adeo; ſunt typi & chartæ: e
dant aliquid & oſtendant gloriam ma
gnificentiæ, eruditioniſque ſuæ. Serm
erat de S. Iacobo Majore, cujus tunc e
rat dies feſtus, ſuper Euangelio: Neſci
tis, quid petatis; ubi ſtulta vota homi
num Deo ſupplicantium taxavi, & qui
Chriſtiano petendum eſſet docui. Epi
ſcopo Miſnenſi quid acciderit ſatis mi
ror, niſi Eccleſiaſtici illud: Verum pati
tur in ſeipſo. Honores mutant mores, &
vulgo adjectum; ſed raro in meliores
Nec vidi unquam hominem; niſi, quod
anteà, Vicario noſtro amiciſſimum fuiſ-
ſe, ſcio. Sed non mireris, *mi Spalatine*,
de me mala dici. Hæc ſunt, quæ gaudens
audio: niſi maledicerer, non crederem
ex Deo omnia eſſe, quæ tracto. Chriſtus
in ſignum Contradictionis ut ponatur,
oportet, & in ruinam multorum, non
gentium, ſed Iſraelis & electorum, e-
gregiorumque virorum, *ut Pſal.* 77. di-
cit: Et occidit pingues, & magnates &
optimates eorum: Et electos Iſrael im-
pedivit,

edivit. Hæc, inquam, ſunt opera Dei, ccidere & impedire, non feces Iſrael ut per Prophetam ait) ſed capita conhaſſare & Reges, & Pharaones, ut oſtē- it virtutem ſuam. Scrupuloſiorum illm, qui me in τὸ ἀνάθημα lapſum arbiatur, contemno cum fiducia. Nam adeo on metuo decreta iſta, Traditiones hoinum (quas illi ſolas timent; Deum item ſine fine contemnunt) ut mihi cōa illos etiam bellum aliquando ſuſciendum confidam. Non ligat, nec noet ira Decretalium, quando tuetur Miricordia Chriſti. Vtinam divinam rem ctuuro, hæc ſumma & ſola ſit trepidan- cauſſa. Miror, Sylveſtris nugas non bi eſſe redditas à Priore Grimenſi, cùm men litteræ meæ illis conjunctæ perenerint, &c. Vale. *Formam confeſſionis editor. 24. Ian. Anno M.D.XVIII,*

F. Martinus Lutherus.

EPIST. X.

Reverendo Patri Venceſlao Linco, Theogo & eccleſiaſtæ Monaſterij Eremitarum urenbergenſium, &c. ſuo in Chriſto Mari.

Admonitus à Comite Alberto Mansfelnſi de inſidijs paratis ituro Auguſtam, am fiduciam in Chriſtum, cujus cauſſam gat, opponit omnibus comminationibus:

Addit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Addit etiam quomodo exceptus ſit ſer[illegible] ejus, de Excommunicatione habitus.

IHESVS.

SAlutem. Miſiſſem probationes me[illegible] rum Poſitionum, Rever. Pater; S[illegible] tàm ſegnis eſt noſter Calcographus,ut [illegible] ipſe mirè diſcrucier ea dilatione: ſu[illegible] fermè 18. Concluſiones abſolutæ, qu[illegible] tentavi, ut mitterem. Nugas illas, qu[illegible] nudius tertius adverſus meũ Timonẽ ed[illegible] deram denuò & latè divulgunt, quodn[illegible] lem fieri. Quia in ipſis nimium ſum am[illegible] corum exhortationibus obſecutus: qu[illegible] quam nec ſatisfecerim eorum votis. C[illegible] teri meæ imputant impatientiæ, cù[illegible] potius luſerim, quàm ſuccenſuerim [illegible] illis. Si quid reſcire ultrà de nobis v[illegible] lueris, hi veſtri Conradi ſatis narrabũ[illegible] Vicarius noſter Iohan. *Langus* hod[illegible] præſens dicit, ſeſe per litteras monitu[illegible] à Comite Alberto *Mansfeld.* ne ullo m[illegible] do me patiatur egredi Wittemberga. *I[illegible] N. per inſidias ordinatum à neſcio quib[illegible] Magnatibus, ut vel ſtranguler, vel b[illegible] ptizer ad mortem.* Sum planè vir ille, cu[illegible] Jeremia, rixarum & diſcordiæ: qui quo[illegible] tidiè novis (ut vocant) doctrinis irrit[illegible] Phariſæos: Ego autem, ut mihi conſciu[illegible] ſum, non niſi ſynceriſſimam Theolo[illegible] giam edocere, *ita jam diu præſcius fui, f[illegible] re, ut ſanctiſſimis Iudæis ſcandalum, & ſ[illegible]*

pientiſ[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

entiſſimis Græcis ſtultitiam prædicem. d ſpero, me debitorem eſſe, Iheſu Chriſto, ui & mihi fortè dicit; oſtendam ei, quanũ oporteat eum pati propter nomen meum. in id non dicit; cur non in officium Verbi ujus, me invictiſſimum poſuit? aut cur on aliud docuit, quod loquerer? Fiat vountas ejus Sancta. Quanto magis illi miantur, tanto magis ego confido: Uxor mea, & liberi mei proviſi ſunt: Agri, domus, ubſtantia cuncta diſpoſita ſunt, gloria & omen jam diſcerpitur: Unum ſupereſt, mbecille & fractum corpuſculum. Quod i abſtulerint, forte duabus vel una vivendi hora me pauperiorem facient. Animam vero non auferent. Canto eam Iohan. *Reuchlini* Cantilenam: qui pauper eſt, nihil timet, nihilque perdere poteſt; ſed ſpe bona lætus ſedet: nam ſperat acquirere. Scio Verbum Chriſti ab initio mũdi ejus eſſe genii, ut quid in mundo voluerit portare, neceſſe ſit cum Apoſtolis eum relictis renunciatiſque omnibus, omni hora mortem expectare. Quod niſi eſſet, non Verbum Chriſti eſſet: *Morte emptum eſt, mortibus vulgatum, mortibus ſervatum, mortibus quoque ſervandũ aut referendum eſt.* Sic enim ſponſus noſter, ſponſus ſanguinum nobis eſt. Tu ergo ora, ut Dom. Iheſus Spiritum hunc ſui fideliſſimi peccatoris augeat & ſervet. Habui nuper ſermonem ad vulgum de virtute Excommunicationis: ubi taxavi

Cc obiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

obiter tyrannidem & inimicitiam ſordidiſſimi iſtius vulgi, Officialium, Commiſſariorum, Vicariorum &c. Mirantur omnes, nunquam ſeſe talia audiviſſe. Deinde, quid futuri mali mihi incumbat; omnes expectamus, novum ignem ſuccendi. Sed ita facit Verbum Veritatis ſignum, cui contradicitur. Volueram eadem publicitus diſputare; ſed ecce rumor prævenit, & plurimos Magnates adeo permutavit, ut Epiſcopus meus Brandeburgenſis, miſſo nuncio magno poſtularet, ut differrem eam diſputationem, quod & feci, & facio, præſertim amicis quoque conſulentibus. Vide quàm ſim monſtroſus homo, cujus conatus etiam ſunt intolerabiles. Dn. Doct. *Iſennacenſis*, miſit ad me litteras, Zelo magno (ſic enim honeſtare oportet hominis paſſioniſſimas paſſiones) pleniſſimas, longè acriores, quàm eas, quas in Capitulo coram audiebas: eadem mihi coram poſitus Erfurdiæ loquebatur. *Vſque ad inſaniam cruciantur iſti homines, quod NB. ſtulti in Chriſto fieri debeant, & Magiſtri noſtri eximÿ toto orbe tanto tempore erraſſe, judicari. Ego nihil moror eos & Momos omnes; Chriſtus modo mihi ſit Deus propitius; cui paratus ſum cedere Verbi officium. Hæc verboſius, quia libuit tecum fabulari. Vale VVittembergæ, die 12. Fratrum, Anno M.D.XVIII.*

Frat. Martinus Lutherus.

EPIST.

EPIST. XI.

Suo Georgio Spalatino, Chriſti Sacerdoti Auguſtæ agenti, Ducis Friderici Saxoniæ libris, erudito Amico.

Fretus Deo & Conſcientiæ teſtimonio. Cajetani ac omnium hominum odia ſe contemnere prorſus ſcribit: & agit de impetrando ſalvo conductu.

IHESVS.

SAlutem. Nondum redierat nuncius, quem ad Illuſtriſſimum Principem Fredericum emiſi: ideo adhuc expecto, quid Dominus in mea cauſſa per vos agere velit. Audivi autem Reverend. Cardinalem Cajetanum id potiſſimum habere mandati à ſum. Pontif. ut *omni ſtudio mihi Cæſaris & Principum animos faciat adverſos: adeo timet Conſcientia etiam tantorum Pontificum: imo tanta eſt & tam intolerabilis vis Veritatis ſuper opera, quæ in tenebris facta ſunt.* Ego tamen, ut ſcias, *mi Spalatine*, in his omnibus nihil timeo: quod etiam obtinuerit eorum vel adulatio, vel potentia, ut omnibus me odioſum faciant, id mihi reliquum eſt & cordis & conſcientiæ, *quod omnia, quæ habeo, quæ ipſi impugnant, ex Deo me habere cognoſcam, & confitear, cui & ea ipſa libens & ſponte refero, & offero: Si aufert*

ſint ablata; ſi ſervat, ſint ſervata: & n… men ejus ſanctum & benedictum in ſecu… Amen, &c. Vale in Domino ſemp… *VVittembergæ Sabbatho Octavæ Aſſu… ptionis D. Mariæ, Anno M. D. XVII…*

Frat. Martinus Luthe… Auguſtin.

EPIST. XII.

Suo Georgio Spalatino, Sacerdoti Chri… integerrimo Amico.

Poſt reditum ex Auguſta, deplorat Ca… tani & reliquorum Theologorum extrema… inſcitiam ex ethnica Sapientia: & delib… randum proponit, an à Principe Scribendu… ſit Pontifici, pro Commiſſione Cauſſæ ſuæ … Patrē Alemanniæ: idque ideo, ne, ſe op… preſſo, damnum accipiant refloreſcentia v… ræ Theologiæ aut Chriſtianiſmi ſtudia … acad. VVittembergenſi.

IHESVS.

SAlutem. Scribo, & oſtendo his litte… ris Illuſt. Principi noſtro, mi Spala… tine, argumentum & actus Theologia… meæ latius & apertius; quàm nuper tib… ſcripſeram, &c. Reverend. Dn. Legatus… quàm ſit in Scripturis ſanctis inſtitutus… intelliges ex objectione altera, ad quam… ego reſpondi. Præterea ex ore ejus mul…

tas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

as audivi propoſitiones atheologiſſimas, & quas, ſi alius dixiſſet, hæreticiſſimas pronunciaſſem. *Video prædicatoribus omnibus eundem eſſe ſenſum, ideſt, NB. nullũ eſſe legitime Chriſtianũ*: quandoquidem iſte Cardinalis ab ipſis Prædicatoribus jactatur Princeps principiſſimus ſuæ doctrinæ: Sylveſter vero ſecundus ab hoc. Tu cogita (nam Sylveſtrum noſti) *quid ſint decimi, aut centeſimi; ſi ſecundus talis eſt, taliſque & primus. Pœne inflatur mihi cor, niſi me miſereret hominum, tam perdite eos ſua tempora triviſſe, & ſtudia perdidiſſe, nec aliud NB. quàm miſerrimam ignorantiam didiciſſe. Adeo exulavit Chriſtus lux vera hominum, & regnavit Ariſtoteles, Caligo hominum, & quidem teterrima, ut ſtultos diceres in ſuo Ariſtotele.* Jgitur vidi hunc, & expertus ſum duos Leones Moab, ut ait Scriptura: Numquid timere poſſim Lepores Moab? *Vivat, Vivat, Vivat Chriſtus. Amen* (Hæc eſt vera collatio Chriſti & Ariſtotelis; & quid ſit de utroque judicandum in Eccleſia vides) &c. Reſiſtat illis malignis Deus. Amen. Vale in Domino. Coram fortè plura. *VVittembergæ 19. Novembr. Anno M. D. X V I I I.*

Frat. Martinus Lutherus.

EPIST. XIII.

Ad Eund. Georg. Spalat.

Iudicium de cauſſa Iohannis Reuchlin taxans Colonienſium prorſus impiam ce ſuram.

IHESVS.

S. *Pax tibi, Venerande Dn. Magiſte Georgi*, Petiit à me Frater meus Ioh Langius nomine tuo, quid ſentiam eg de cauſa innocentis & doctiſſimi Iohan *Reuchlini*, contra ſuos Æmulos Colonienſes, ſitnè in periculo Fidei, vel hæreſis? Noſti autem, optime Magiſter, quod & ego hominem in magno habeam precio & affectu: Et judicium meum fortè hinc ſuſpectum eſt; quia (ut detur) liber & neutralis non ſum: Tamen quia exigis, dico, quod ſentio; Mihi prorſus nihil apparere in omni ejus ſcripto Cōſilio, quod periculoſum ſit. Admiror autem vehementer Colonienſes, ad quid tandem tam perplexum, ac planè (ut ipſis videtur) Gordio nodo perplexiorem, in tam ſolemni proteſtatione creberrimè utatur, atque non articulos Fidei, ſed conſilii opinionem ponat. Quæ duæ res, apud me ita eum abſolvunt à tanta ſuperſtitione, *ut ſi omnium hæreſium collu-*

viem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

iem in ſuo conſilio congregaſſet, integræ & uræ Fidei eum crederem. Si enim Prote-ationes tales & opiniones à periculo non unt liberæ, timendum nobis erit, ne forte undem prò libito iſti inquiſitores incipiant amelos glutire, & culices colare, & Ortho-oxos, etiamſi omnia proteſtentur, pro hære-icis pronunciare. Jam verè de hoc quid icam, quod Beelzebub ejicere moliun-ur, & non in digito Dei? Hoc eſt quod æpè plango, & doleo. *Quia nos Chriſtia-ni incepimus foris ſapere, & domi de-ſipere. Centuplum pejores ſunt blaſphemiæ per omnes plateas Ieruſalem, & omnia ſpi-ritualibus idolis plena, quæ cum ſummo ſtu-dio ſunt tollenda, tanquam inteſtini hoſtes; nos tamen, relictis omnibus illis, quæ nos ma-xime urgent, ad exteras & peregrinas cauſ-ſas convertimur, ſuadente ſcilicet diabolo, ut noſtra deſeramus, & aliena non emende-mus. Poteſtne, obſecro, iſto Zelo aliquid ſtul-tius & imprudentius cogitari?* Itanè non habent infelices Colonienſes in Eccle-ſia feras & turbulentiſſimas cauſſas, ubi exerceant ſcientiam, Zelum, Charitatem ſuam, ut neceſſe ſit, eos tam remotis à nobis mentibus illas exquirere. Hoc tan-dem concludo, cum per omnes Prophe-tas prædictum ſit, Iudæos Deum & Re-gem ſuum Chriſtum maledicturos & blaſphematuros; & qui hoc non legit, vel intelligit, fateor, eum nondum vidiſ-ſe Theologiam. Ideoque præſumo, Co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

lonienſes non poſſe non ſcripturam ſo-
vere: quia ſic oportet fieri, & ſcripturam
impleri. Et ſi tentaverint, Judæos à bla-
ſphemiis purgare; hoc facient, ut Scri-
ptura & Deus mendax appareat. Sed
confide, Deum fore veracem, etiam in-
vitis & fruſtrà ſudantibus mille milli-
bus Colonienſibus. *Dei enim ſolius hoc
opus erit ab intra operantis*, non hominum
à foris tantummodo ludentium, potius
quam operantium. Si iſtæ ab eis tollan-
tur, component pejores. Quia ſic ſunt
in reprobum ſenſum per iram Dei tra-
diti, ut ſint ſecundum Eccleſiaſten in-
corrigibiles; & omnis incorrigibilis
correctione pejor ſit, & nunquam emē-
detur. Vale in Domino, & parce Ver-
bis; ora autem pro Anima mea pecca-
trice apud Dominum. *Datum ex Mona-
ſterio noſtro hodie.*

Frat. tuus Mart. Luther.

EPIST. XIV:

*Religioſo & ſyncero Fratri Georgio Spen-
lein Auguſtiniano Eremitæ in conventu
Memmingenſi agenti, ſibi in Domino am-
plectendo.*

*Egregius locus, de vera juſtitia coram
Deo, & de Patientia & longanimitate erga
infirmos Fratres.*

IHESVS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Iheſus Chriſtus.

Gratia & pax tibi à Deo Patre & Domino Iheſu Chriſto, &c. Cæterum quid agat anima tua ſcire cupio; utrumnè tandem ſuam pertæſa propriam juſtitiam, diſcat in juſtitia Chriſti reſpirare atque confidere. Fervet enim noſtra ætate tentatio præſumptionis in multis, & his præcipuè, qui juſti & boni eſſe omnibus viribus ſtudent, ignorantes juſtitiam Dei, quæ in Chriſto eſt nobis effuſiſſimè & gratis donata, quærunt in ſe ipſis tam diu operari benè, donec habeãt fiduciam ſtandi coram Deo, veluti virtutibus & meritis ornati, quod eſt impoſſibile fieri. Fuiſti tu apud nos in hac opinione, imo errore: fui & ego; ſed & nũc quoque pugno contra iſtum errorem; ſed nondum expugnavi. Igitur, mi dulcis Frater, diſce ei cantare, &, de teipſo deſperans dicere ei: Tu Domine Iheſu es juſtitia mea, ego autem ſum peccatũ tuum: Tu aſſumſiſti meum, & dediſti mihi tuum, adſumpſiſti, quod non eras, & dediſti mihi, quod non eram. Cave, ne aliquando ad tantam puritatem adſpires, ut peccator tibi videri nolis, imo eſſe. Chriſtus enim non niſi in peccatoribus pœnitentibus habitat. Ideo enim deſcendit de cœlo, ubi habitabat in juſtis, ut etiam in peccatoribus habitaret ſibi de-

ditis. Iſtam charitatem ejus ruminar
videbis dulciſſimam cõſolationem e
Sic enim noſtris laboribus & afflictio
bus ad conſcientiæ quietem perven
oportet, ut quid ille mortuus eſt? Igi
non niſi in illo per fiducialem deſpe
tionem tui & operum tuorum, pace
invenies. Diſce inſuper ex ipſo, ut ſic
ipſe ſuſcepit te, & peccata tua fecit ſu
& ſuam juſtitiam fecit tuam, ſi firmit
hoc credas ſicut debes maledictus eni
qui hoc non credit, ita & tu fratres i
diſciplinatos & adhuc errantes ſuſcip
& patienter ſuſtineas, atque ex eoru
peccatis facias tua: & ſi quid boni ha
bes, illorũ eſſe ſinas. Sicut docet Apoſto
lus; ſuſcipite vos invicẽ ſicut & Chriſtu
ſuſcepit vos in honorem Dei. Et iteru
hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſt
Iheſu, qui cum in forma Dei eſſet, exi
nanivit ſemetipſum &c. Ita & tu, ſi tib
melior videris, non rapinam arbitreris
ac quaſi tuum ſolius ſit, ſed exinanias te
ipſum, & obliviſcere qualis es, & eſto
quaſi unus illorum, ut portes eos. Infelix
enim iſtius juſtitia, quæ alios ſibi compa-
ratos veluti pejores ſuſtineri non vult,
& fugam & deſertum meditatur: qui pa-
tientia & oratione & exemplo præſen-
ter eis prodeſſe debuit &c. Vale in Do-
mino. *Ex VVittemberg. Feria 3. poſt mi-
ſericord. Dom. Anno M. D. XVI.*

F. tuus Mart. Luther. Auguſt.

Ex his

Ex his igitur pluſquam manifeſtè appa-
et,quis ſcopus principalis fuerit *D.Lu-*
hero,quod videlicet unicè expetiverit in
hriſtianis perfectam & ſolidam imita-
onẽ nobilis vitæ Chriſti, & quod om-
e fundamentum in eo poſitum eſ-
et;nec quis homo verè Chriſtianus dici
ut effici poſſet ,niſi penitus tota anima
c corde in Fide renatus vivide huic ſe
evoveret,veteremque exueret Adamũ.
dçircò, quùm heîc cerneret quod om-
is ſeductio ſuperbæ ſecuritatis & ſu-
erſtitionis pertinaciſvè opinionis ex
rofaniſſima ethnicæ Philoſophiæ cul-
ura exurgeret,hanc primitus expugnã-
am rectè ſtatuit. Etenim Philoſophia
alſa Stagirenſis apud mortales omnes
oc obtinuerat,ut fermè nihil veri Ver-
oDei adſcriberetur,quod non cum mẽ-
e aut opinione cœca Stagiritæ , Tho-
næ,Scoti &c. concideret aut conveni-
et? Imò nemo putabatur doctus Theo-
ogus,nemo bonus Chriſtianus, qui non
ſſet talis ethnicus aut ejuſmodi ethni-
iſmi amator ſtrenuus. *Hinc jam ex tot*
ſeculis nulla tam cura Verbi Cœleſtis,quàm
rofanitatis ethnicæ ratio unica habebatur.
Hæc arx erat & munimen firmum dia-
oli,quibus obvallârat tenebras ſuas,at-
que unde in cœcitate tanta noverat tam
citè conſervare ſecuros mortales ; qui-
bus etiam omnes fores firmiter occluſæ
teneãtur Spiritui Dei,quò minus in ſuã
poſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

poſſet intromitti hæreditatem.

Iſtud igitur quùm toties põderaret
Lutherus, quod nec Fidei nec dil
ctioni vividæ erga Deum aut prox
mum portæ ſatis commodè repar
di poſſent, niſi hæc arx munitiſſima di
boli expugnaretur, in hoc omnem pri
mariam intentionem direxit, ut Autho
ritatem Verbi cœleſtis, per eam falſa
Ethnicæ philoſophiæ lucem penitu
obſcuratam imo & intermortuam plan
redditam, reſuſcitaret primitus, atque it
homines ad verum imitamen Vitæ Chr
ſti per Spiritus Sancti gratiam & illumi
nationem reduceret, factoreſque Verb
cœleſtis vividos magis quàm rationi
cœcæ ſomniatores efficeret.

Vtrumque hoc *anno 1520.* egregiè præ
ſtare conatus eſt, dum non tantum *Theo-*
logiam Teutonicam illam, ex cujus ductu
cum Tauleri ſcriptis primum ſaniora
cernere cœpit, in lucem edidit cum per-
quam amabili commendatione; ſed etiam
neceſſitatem, in rejectione atque exter-
minatione ex Chriſtianiſmo Philoſo-
phiæ Ethnicæ, publicis ſcriptis demon-
ſtravit ut eò rectius ejuſmodi ſcandala
& offenſiones aut ſeductiones potius ju-
ventutis è medio tollerentur, & ex
manibus cunctorum cum remotione
omnimoda excuterentur. Inprimis au-
tem tunc colligi per amicos curavit ſen-
tentias omnes Patrum, quæ idem cum

ioſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

pſo teſtarentur, ne ſolus videretur, tan-
tum & tam grave, uti multi id judicabāt,
in ſe ſuſcipere onus, nec ſolus ſtaret, quū
[illegible] diu, tam anxiè ab omnibus ſapientio-
ribus id fuiſſet expetitum.

Theologiæ Teutonicæ aureum cer-
tè libellum nobis ante pauculos Annos
Dn. Iohan. Arndius in lucem ritè re-
vocavit, quem omnibus Chriſtianorum
cordibus inſcriptum optarem unicè &
facilè conticeſcerent tantæ rabioſitates
& furores immenſi mortalium, qui nunc
tam ferventer in ſæviſſimis tempeſtati-
bus belli fremunt: ſed quùm libellus iſte
Ethniciſmo perverſo & ejus ſapientiæ
falſæ oppoſitus, Wittēbergæque editus,
penitus pridem in ſuppreſſionem peſſi-
mam ex invidia & odio falſæ Philoſo-
phiæ amatorum, qui tunc ſtatim ſe ex-
ferebant, incideret; adeò, ut vix unicum,
quod adhuc habeo mecum viderim ex-
emplar, fas eſt ejus memoriā heîc quo-
que reſuſcitare, qui cum exquiſitiſſimo
Titulo & inſcriptione ponderoſa; ita ſe
habet.

Proba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Probatiſſimorum Eccleſiæ

DOCTORVM

SENTENTIÆ;

Qui non detrahunt quidem Ethnicoru
Philoſophiæ, ſed eam prorſus vitu-
perant, abjiciunt, deſpiciunt,
ut Chriſtiani hominis ſtu-
dio indigniſſimam, im-
piamque & planè
peſtilentem.

Auctores, qui in hoc libro citantur, ſunt.

D. Paulus Apoſtolus.
Concilium Carthagin.
Concilium Turonenſe.
Honorius Papa tertius.
Origenes.
Athanaſius.
Cyprianus.
Gregorius Nazianzenus.
Chryſoſtomus.
Hieronymus.
Ambroſius.
Lactantius.
Bernhardus.
Hadrianus Cardinalis S
Chryſogoni, qui adhu
ſupereſt.
S. Thomas Aquinas.
Magiſter ſententiarum.
Iohannes Gerſon.
Antonius Ordinis præd
catorum.
Matthæus Vegius.
Franciſcus Picus Mirād
Polycraticus.
Xenophon Ethnicus.

Ad Candidum Lectorem.

QUemadmodum aliis de rebus, ita d Philoſophia Ethnica non idem om nes meritò ſentiunt; ſed ſuum cuiqu palatum (prout quiſque Spiritu ſuo du citur). Sunt, qui ſine ea Litteras Sacra intelligi non poſſe arbitrantur, ab earun nimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

imirum ſtudio etiam ipſos Epiſcopos,
acerdotes, Cardinales, Benedictinos,
anonicos, regulares, Jurecõſultos bre-
ter omnes prorſus arcentes, qui non
ecem (ad minimum) annos Ariſtotelis
ineta nugacia perreptarũt in ſeductio-
ibus miſeris. Contrà plurimi ſunt, qui
l Scripturæ Sacræ intelligentiã rectè
xiſtimant, nihil quicquam tali prophana
pus eſſe Philoſophia, ne Spiritui S. ſuũ
ropriè præcludatur munus, quũ ipſi ſoli
mnis Veritatis illuſtratio cõpetat. Pro-
nde neque vero deſunt ſumma viri eru-
itione, qui eam peſtem eſſe, ducunt Re-
gionis, legiſque Chriſti, quando nil niſi
ectas parere novit, dum nihil eorũ de-
egere valet, quæ myſteria ſint ſalutaria.
Qua de re viſum eſt, illuſtriũ Eccleſiæ pro-
erum, etiã aliorum ſententias colligere, ut,
ui diverſum autumant, eas hic cernant,
el, ſi poſſint, refellant: Sin minus, herbam
orrigant, ac victos ſeſe fateantur, Hoc offi-
io rem gratam fecerimus, primùm ve-
is Theologis, qui optimo jure Sophiſti-
am cane pejus oderunt & angui: deinde
omnibus, ſeu Sacerdotibus, ſeu cœnobi-
is, ſeu cæteris potius Chriſtianis, quibus
ut non vacavit, aut non libuit, aut magis
non viſum eſt dignũ operæ preciũ, opti-
nam ætatem in ſtudio non optimo, ſed
maximè noxio conterere. Olim ſoli, qui
mpto titulo Theologi vocabãtur, Scri-
turæ peritiam ſibi vẽdicabant. Idẽ nunc
ſi fa-

ſi faciant, toto errant cœlo. Siquid[...]
paſſim in oppidis, in pagis, in Princip[...]
Conſiliis, in monaſteriis, in Canonic[...]
rum collegiis exiſtunt plurimi erudit[...]
ſimi viri, qui, irati tali Philoſophiæ, atq[...]
adeò contempto Ariſtotele feliciter [...]
lege Domini meditantur, longè quide[...]
uberiore cum fructu, quam Scholaſt[...]
quidam (neque enim omnes eadem m[...]
timur pertica) qui Dialecticis nugis (a[...]
fornicationibus Syllogiſticis) ſpecio[...]
ſimam Sacræ Theologiæ faciem miſe[...]
dehoneſtarunt. Vale, lector, ac vera[...]
Theologiam ama abſque adulteratio[...]
Ethnica, eamque in Spiritu Dei & Fi[...]
pura ad normam Verbi Dei amplecter[...]
fove, exorna, prædica, tuere: Ac gratia[...]
habeto iis ampliſſimam, qui eã ceu poſ[...]
liminio revocant, frendentibus, tumu[...]
tuantibus, ac cœlum terræ, & mare co[...]
lo miſcentibus, arrogantiſſimis Sophiſti[...]
Tu cave, ne grandibus titulis, ne prim[...]
cõſeſſibus, ne Rabinicis ſalutationibus, n[...]
pompaticis geſtibus, ne ſeſquipedalibu[...]
ſuperciliis, ne purpureis capitiis vel tan[...]
tum commoveare. Poſitis perſonis, re[...]
potius expende. At nemo ferè tam co[...]
datus eſt, qui nõ appoſititiis larvis plur[...]
mum a recto abducatur. Rurſus vale[...]
XII. Maij Anno M. D. XX.

Pro[...]

Probatiſſimorum Eccleſiæ Doctorum ſententiæ de prophana Ethnicorum Philoſophia.

1. *D. Paulus 1. ad Cor. 3. 19.*

SApientia hujus mundi eſt ſtultitia apud Deum. *Et ad Rom. 1. 22.* Dicentes ſapientes ſtulti facti ſunt. *Item. 1. Cor. 1. 20.* Nonnè ſtultam fecit Deus ſapientiam hujus mundi? Nam poſtquam in Dei ſapientia mundus non cognovit Deũ per ſuam ſapientiam placuit Deo per ſtultam prædicationem ſervare credentes.

Item *ibid. 25.* Nam ſtultitia Dei ſapientior eſt quàm homines. Ibid. Quæ ſtulta ſunt mundo, elegit Deus, ut pudore confunderet ſapientes. *1 Cor. 2. 4.* Neque oratio mea & prædicatio mea conſiſtit in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis; ſed in demonſtratione Spiritualis, & potente: Ne Fides veſtra conſiſtat in ſapientia hominum, ſed in potentia Dei, Sapientiam vero loquimur inter adultos: Sapientiam autem non ſeculi hujus, neque principum hujus ſeculi, qui abolentur. Sed loquimur ſapientiam Dei in myſterio; occultam illam, quam præfiniverat Deus ante ſecula in gloriam noſtram: Quam nemo principum ſeculi hujus cognovit. *Ibid.* Quæ etiam lo-

quimur nō ſermonibus, quos docet hu-
mana ſapientia ; ſed quos docet Spiritu
Sanctus; Spiritualia cum his, quæ ſpiri-
tualia ſunt conjungentes . Animalis au-
homo non eſt capax eorum , quæ ſun
Spiritus Dei : ſunt enim ei ſtultitia ne
poteſt ea percipere: quia ſpiritualiter d
judicantur. *Item cap.3.20.* Dominus nov
cogitationes ſapiētum eſſe vanas. *2.Co*
1.12. Cū ſimplicitate & integritate De
non cum Sapientia carnali; ſed cum gra
tia Dei verſati ſumus in mundo. *It.c 3.1*
& 4.3. Velamen cordi eorum obductum
eſt , in quibus Deus hujus ſeculi excœ
cavit mentes, nempe infidelibus, ne irra
diet eos lumen Euangelii gloriæ Chriſti
qui eſt imago Dei. *Gal. 5. 9.* Paululū fer
menti totam maſſam fermentat. *& 16.1*
Hoc inde dico Spiritu incedite, & quod
concupiſcit caro, ne perficite. Nam caro
concupiſcit adverſus Spiritum ; at Spiri
tus adverſus carnem. Hæc autem inter ſe
oppoſita ſunt, ut non, quæcunque volue
ritis, eadem faciatis. *Coloſſ.1.3.* Iſta autē
ideo dico ne quis vos ratiocinando fal-
lat ſermonis probabilitate. *Ibid.8,* Videte
ergo ne quis ſit, qui vos deprædetur per
Philoſophiam , & inanem deceptionem
ſecundum traditionem hominum, ſecun-
dum elementa mundi & NB. non ſecun-
dum Chriſtum. *1.Tim.6.20.21.* Depoſitum
ſerva , & averſare profanos illos de re-
bus inanibus clamores & oppoſitiones,

falsò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

alſo nominatæ Scientiæ; quam nonnulli
ræ ſe ferentes, circa Fidem aberrarunt
ſcopo.

2. *Hieronymus in Eſaiam,*

TAm diu videtur humanus ſermo habere rationem, quàm diu divinæ Scien-iæ non fuerit comparatus. Cùm autem nendacium Veritati, quaſi ſtipula igni ppropinquaverit, cito voratur & depe-it. Eraſ. *Gloſſ.* Humanus ſermo Philo-ophi mendacium eſt.

3. *Auguſtinus ad Dioſcorum.*

HUmilitati ſaluberrimæ maximè adverſatur quædam (ut ita dicam) im-eritiſſima ſcientia, dum nos ſcire gau-emus, quid Anaxagoras, quid Anaxime-es, quid Pythagoras, quid Democritus enſerit & cæteri hujuſmodi, ut docti e-uditique videantur, cùm hoc tamen à era doctrina, eruditioneque longè ab-t. *Gloſſ.* Philoſophia imperitiſſima igi-ur ſcientia; quia à vera eruditione lon-è abeſt.

4. *Auguſt. lib. 2. de ſermone Domini in monte.*

VEhementer metuendum eſt, ne ſtudio altercandi & contendendi, quiſ-ue non videat, quod à paucis videri po-eſt. *Gloſſ.* Hoc non metuunt Scholaſti-i Theologi, quia perpetuo altercantur, x abunde fervent rixis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

5. *Auguſt. in Iohannem.*

MAgni periculi eſt res, ſi poſt [Pro-]phetarum oracula, poſt Apoſto[lo-]rum teſtimonia, poſt Martyrum vul[nera] veterem Fidem, quaſi novellam, diſce-re præſumas. *Gloſ.* Ergo magni peri[cu-]li vir eſt Scholaſticus Theologus, [qui] nihil non diſcutit in tenebris.

6. *Auguſt. in libro de natura bon[i]*

QVidam perdiderunt ſenſum ſt[u-]o ſciendi & contradicendi, *G[loſ.]* Caveant igitur, qui ſemper contr[adi-]cunt: ſed fortè jam μόροι facti ſunt.

7. *Ambroſ. ad Gratianum Im-peratorem.*

QUid inſipientius, quàm de Dei [ma-]jeſtate argumenta diſcutere?

8. *Ambroſ. de Fide, ad Gratian.*

MEns tua percipit lectionem, e[t] lingua confeſſionem; aufer h[ic] argumenta, ubi Fides quæritur. In ip[ſis] gymnaſiis ſuis jam Dialectica tace[t.] non quæro, quid loquantur Philoſop[hi.] Infra. Non creditur Philoſophis; cre[di-]tur piſcatoribus: Non creditur Dia[le-]
ctic[is]

icis : creditur publicanis. *Gloſſ.* At
holaſtici jubent, ut jugiter lingua ra-
onis reſonet. Inde nunc à Philoſophia
hnica vel latum unguem diſcedens,
rjurus habetur aut aſinus.

9. Ambroſ. in Hexameron.

Hiloſophos ſuis relinquamus conten-
tionibus, qui mutuis diſputationibus
ſe refellunt. Nobis autem ſatis eſt ad
lutem, non diſputationum controver-
a; ſed præceptorum Veritas; non ar-
umentationum aſtutia, ſed Fides men-
is.

10. Hieronym. ad Theophilum.

Ides pura & aperta non quærit ſtro-
phas, & argumenta Verborum, quod
mpliciter creditur, ſimpliciter confi-
endum eſt. *Gloſſ.* Quærunt tamen ſem-
er Scholaſtici Theologi; inde ſemper
ubii; & tamen omnes præ ſe ſimplices
nagno contemtu vocant laicos; ipſi for-
an duplices magis. ô væ Dupliciſtis illis!

11. Ambroſ. in Hexameron.

VOs igitur, quæſo, naturaliter æſtima-
re, quæ dicimus probabiliter, ac ſim-
plici mente & ſedulò ingenio penſare
dignemini; non ſecundum Philoſophiæ
traditionem, & inanem ſeductionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſuaſoria veriſimilia colligentes ; ſed ſe-
cundum regulam Veritatis, quæ orac[ulis]
divini Sermonis exprimitur. *Gloſſ.* V[e]-
rum Scholaſtici Theologi putant ar[gu]-
mentatione Fidem fulcire , alioq[uin]
ruituram.

12. Ambroſ. de Incarnatione Verbi.

HÆc eſt Dialecticorum gratia, ſi [vi]-
deatur verbis expugnare & refel[le]-
re Veritatem. Contra, Diffinitio Fi[dei]
eſt,ut Veritas non verba perdantur : d[e]-
nique Verba Philoſophorum exclu[dit]
ſimplex Veritas piſcatorum. *Gloſſ.* At ni[l]
Veritatem piſcatorum excludit Ariſt[o]-
teles ab omni pietate.

13. Ambroſ. ad Gratianum Imperat. de Fide.

OMnem hæretici vim venenorũ ſuo-
rum in Dialectica arte conſtituunt,
quæ Philoſophorum ſententia diffinitu[r]
non adſtruendi vim habere,ſed ſtudiu[m]
deſtruendi. Sed non in Dialectica com-
placuit Deo ſalvum facere populũ ſuum.
Regnum enim Dei in ſimplicitate Fide[i]
eſt,non in contentione ſermonis. *Gloſ.*
Verùm nũc omnis vis Theologiæ Scho[la]-
ſticæ in Dialectica eſt ; aliàs nemo puta-
tur eruditus Chriſtianus. Sic Spiritu[s]
Dei eluditur undique in Verbo ſuo.

14. Hie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

14. *Hieronym. in Epiſt. ad Titum.*

GEometria, Arithmetica & Muſica, habent in ſua Scientia Veritatem; ſed non eſt Scientia illa, Scientia Pietatis. Scientia Pietatis eſt, noſſe ſcripturas, & intelligere Prophetas, Euangelia credere, Prophetas non ignorare. *Gloſſ.* Sed hanc Spiritus nobis addit mentem, & ita eandẽ perficit, ut non tantum ſcias, ſed etiam in vera dilectione erga Deum & proximum ita ſanctè vivere poſſis, quod maximum eſt. At muti theologi Scholaſtici hæc ne legunt quidem, ſemper ſibi in vana glorioſitate ſapientiſſimi ſcilicet.

15. *Ambroſ. in Hexameron.*

QUid mihi quærere, quæ ſit terræ mẽſura, circuitus; libenter fateor, me neſcire, quod neſcio, imo quod ſcire nil proderit. *Gloſſ.* Ergo rectius ſit, ſi quæras, quomodo Chriſto in vita fideli ritè placeas: hoc cures, licet alii turpiſſimum putent, hæc neſcire.

16. *Auguſt. de Ordine diſciplinæ.*

AStrologia & Geometria, & alia hujuſmodi, ideo deſpecta ſũt à noſtris, quia nihil ad ſalutẽ pertinent, ſed magis mittũt in errorẽ & à Deo avocãt. *Gloſſ.* Nũc cõtra deſpiciũtur qui hæc negligũt, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

mundus eſt carnalis, nec ſapit Spiritu[m] Dei, quem in exilium à ſe protruſit.

17. Ambr. in lib. 1. Officiorum.

QUid tam obſcurum, quàm de Aſtr[o]nomia & Geometria tractare? profunda aëris ſpacia metiri? relinqu[e]re cauſas ſalutis errores quærere? *Glo[ſſ].* ſic omnia invertuntur. Non neceſſar[ia] magno ſtudio diſcimus, & omittend[a] potius quã neceſſaria vitæ ſanctæ qua[e]rimus. Sic nos Philoſophiæ amor ir[…] ſanus ſeducit, & ex errore uno in plu[…]res abripit.

18. Ambroſ in Hexameron.

DE terræ quoque qualitate, vel poſitione, nihil prodeſt ad ſpem futuri, cùm ſatis ſit ad ſcientiam, quod Divinarum Scripturarum ſeries comprehendit. *Gloſſ.* Verùm utinam non potior eſſet in amore Ariſtoteles, quàm Verbum Dei cui vix quid cognitionis veræ in Spiritu deputamus! Nihilominus in Verbo Dei omnia vitæ veſtigia depinguntur, & univerſa Voluntas Dei, quam tenere tenemur.

19. *Au-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

19. *Auguſt. ſuper Geneſin.*

QUæri ſolet, quæ forma, quæ figura cœli credenda ſit ſecundum Scripturas noſtras. Multi enim multum diputant de his rebus, quas majori prudentia Auctores noſtri omiſerunt, ad beatam vitam non profuturas dicentes, & quod pejus eſt, occupantes multum prolixa, & rebus ſalubrioribus impendenda temporum ſpacia. *Gloſſ.* At nunc majores noſtri pro ſtultis habentur, quando hoc ſeculum altiora ſe ſapere putat: ſed ſtulti ſunt cœci in cœcitate ſua; & ſapientes ſe putant, quando maxime in impietate profana deſipiunt. *Idem infra.* Breviter dicendum eſt, ait Auguſt. de figura cœli hoc ſciſſe auctores noſtros, quod Veritas habet; ſed Spiritum Dei, qui per ipſos loquebatur, noluiſſe iſta docere homines, nulli ſaluti profutura: Quibus movendis atque tractandis, non eſt mihi tempus, nec illis eſſe debet, quos ad ſuam ſalutem & ſanctæ Eccleſiæ neceſſariam utilitatem cupimus informari. *Gloſſ.* At nunc carnalis & rationalis Spiritus Scholaſticorum Theologorum vult hæc docere, cùm corporis ſalutem potiorem putet præ anima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

20. *Ambroſ. In Hexameron.*

ITaque vos,qui valentiores eſtis, cũ videtis Mathematicos, dicite, telan aranearum texunt, quæ nec uſum aliqu poteſt habere. nec vincula. *Gloſſ.* Qui veræ Matheſeos, ubi & veræ Philoſo phiæ ignorantia paſſim ſumma eſt, adeo ut ne veſtigia ejus amplius appareant,

21. *Auguſt. de Civit. Dei.*

ET illos quidem Philoſophos in impi civitate, qui deos ſibi amicos eſſe d xerunt, in dæmones malignos incidiſſ certiſſimum eſt, quibus tota ipſa civita ſubditur, æternum cum eis habitura ſup plicium. *Gloſſ.* Philoſophi in dæmone inciderunt & Scholaſtici Theologi i tales Philoſophos; collige hinc, lector quid ſequatur. Similis ſimili gaudet.

12. *Auguſt. de Verbis Apoſtoli.*

BEata vita non eſt niſi æterna: Han volunt omnes; ſed ad eam magnan poſſeſſionem, & tam grandem felicitat conſtruxerunt ſibi viam erroris Philo ſophi, & alii dixerunt hanc, alii dixerun non hanc, ſed hãc: ita tenuit eos via du bia, quia ſuperbis Deus reſiſtit. *Gloſſ.* It opinionis dubiæ viam ſemper tener

Philo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Philoſophi Scholaſtici & eandem ambulant, ac cogunt ambulare alios, ut regni ſui ſtabiliměta firma efficiant in impietate ſuæ ſeductionis peſſimæ.

23. *Hieronym. in Epiſt. ad Titum.*

PHiloſophi quoque & barbari, de Deo varia ſentientes, quæſierunt Deum: ſed quia non rectè quæſierunt, fuerunt eorum fatuæ quæſtiones: Ab his igitur Paulus revocat. *Gloſſ.* An vero fatuus in divinis alias format quæſtiones, quàm fatuas & aniles? Quod enim in Spiritualibus extra Spiritum Dei quæritur, ſtultum eſt.

24. *Hieronym. ad Galat.*

ANimales reor eſſe Philoſophos, qui proprios cogitatus putant eſſe ſapientiam, de quibus recte dicitur: Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus. *Gloſſ.* Quia contraria ſunt.

25. *Ambroſ. in Pſalm. 36.*

PHiloſophi in ſermone divites sũt, Fidei inopes, Veritatis extorres: & sũt plerique Domini Sacerdotes, in ſermone pauperes, abſtinentia & virtute ſublimes: illi multis loquuntur perfidiam. iſti paucis fidem adſtruunt. *Gloſſ.* Scholaſtici tamen Veritatem aureo affe-

ctant

ctant piſcari hamo, ut ibi illis adſit, ub[i] ſerenum cœlum non ſudet ſordes.

26. *Auguſt. in Pſalm. 8.*

PHiloſophi hujus mundi benè intell[i]guntur Fidei Chriſtianæ inimici. Sa[-]pientiam defendere videntur, cùm eju[s] ſint inimici. *Gloſſ.* Qualis igitur Theo[-]logia ex inimicitia naſcatur? Quale[s] Chriſtianiſmus?

27. *Hieronym. ad Lætam.*

NOn rerum cauſſæ, ſed rerum Crea[-]tor inquirendus eſt. *Gloſſ.* Si modo cauſſæ poſſent ita pateſcere. Ideo ali[a] Philoſophia quærenda, quam Spiritu[s] Dei detegit, & realis ſit, non nude ver[-]balis.

28. *Auguſt. ſuper Geneſin.*

PEriculoſius errant quidam infirmi fratres, qui, cùm Philoſophos de cœleſtium corporum numeris, vel de quibus libet elementorum hujus mund[i] quæſtionibus, ſubtiliter, & copiosè diſ[-]ſerere audiunt, evaneſcunt & eos ſib[i] ſuſpirio præponentes, & magnos putan[-]tes, ſaluberrimæ pietatis libros cum fa[-]ſtidio repetunt. *Gloſſ.* Periculoſus cer[-]tè error, Philoſophos profanos tales pu[-]

tare

are magnos, quùm ipſi in natura nihil
ſciant, quod non ex aliorum addidice-
runt etiam ruſticorum experientia. Si-
cut in Ariſtotele nihil habetur, Veritati
vicinum apparenter, quàm quod ex ve-
natoribus & talibus in hiſtoria Anima-
lium audivit, quùm in reliquis omnia
Platoni Præceptori ſua inverterit, quæ
tamen ex Schola Hebraica addidicerat
ille. Sic perverſi peſſimè ex ſuo Verbo
Spiritum Dei excludunt, & Ariſtotelis
intellectum ei ſubſtituunt. An non abſur-
dorum abſurdiſſimum? Jmò & blaſphe-
mum hoc nonnè ſit, ethnicum Idolola-
tram, qui mundo huic creato æternita-
tem adſcribit, facere Spiritus Sancti in-
terpretem ita, ut per ſyllogiſmos futiles
nobis imprimat, quæ ſint voluntati Dei
conformia? An non potius ipſe Spiri-
tus Dei ſuum ſibi agat doctorem in Chri-
ſtianis ſuis? An non expreſsè hoc con-
tra Verbum Dei, qui Spiritui ſuo officiū
hoc attribuit; quod ille nos ſolus in om-
nem ducat veritatem? *Ioh. 16. 13.* An A-
riſtoteles ethnicus poſſit ſubire officium
Spiritus Sancti? Quis Chriſtianis ſuis
regenerationem attribuat, ut ita inde il-
luminatas accipiant mentes, quibus Ver-
bum Dei introſpici & cognoſci par eſt?
An non hæc magna eſt inſania mundi,
quod lucem ex tenebris petat? ex pumi-
ce aquam?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

29. *Auguſt. ad Macedonium.*

ABjiciamus, obſecro te, falſorum Ph[illegible] loſophorum vanitates; & inanias, [illegible] inſanias mendaces. *Gloſſ.* Locutio nim[illegible] aperta & vera. Nam quomodo Chriſt[illegible] & Belial conveniant inter ſe? Nihilom[illegible] nus ſummis viribus eam promovent [illegible] retinent pertinaciter Scholaſtici Theo[illegible] logi. En qualem nobis igitur prog[illegible] gnant Theologiam.

30. *Hieronym. in Eccleſiaſten. cap. ult.*

SAcra Scriptura dilatatur in ſenten[illegible] tiis, conſtringitur in verbis, quod e[illegible] contra Philoſophos vanos. *Gloſſ.* Si Phi[illegible] loſophi vani, quo loco ergo haben[illegible] Theologi eorum mancipia?

31. *Ambroſ. in Epiſtol. ad Coloſſ.*

PHiloſophiam dicit terrenam, pe[illegible] quam ſolent ſeduci, qui cupiunt pru[illegible] dentes judicari in mundo. *Gloſſ.* Egre[illegible] gii ſanè effectus talis Philoſophiæ. Vn[illegible] de igitur ſibi tam arrogans nomen ven[illegible] dicant Sapientiæ? Scilicet mundus it[illegible] in ſeductionibus ſuis cupit beari.

32. *Ibi[illegible]*

32. *Ibidem paulo inferius.*

Avendam monet traditionem iſtam, quia mundi cultrix eſt, non Dei, nec d Chriſtum, ſed à Chriſto abſtrahit. *loſſ.* Si Philoſophia à Chriſto abſtra-it, quæ poteſt apertior eſſe Philoſo-niæ detrectatio. Veriſſimum eſt hoc, um amorem rationis tam obſtinatè in-lcet homini. Amor vero ſui ipſius, nne hoc denegat Chriſto & Spiritui us.

33. *Ambroſ. in Hexameron.*

E cordis oculis loquor, quos habent ſapientes mundi, & non vident, in ce nihil cernunt, in tenebris ambu-nt, dum dæmoniorum rimantur tene-loſa, & cœli alta ſe videre credant. rro autem à Fide devii, perpetuæ ecitatis tenebris implicantur. Aperiunt , quaſi ſcientes omnia, acuti ad vana, beres ad æterna, & longæ deputatio-s anfractu prudentes, inſcii propriæ ientiæ. *Gloſſ.* Egregia ſanè prophanæ hiloſophiæ commendatio! Quiſnam tur non talem abhorreat ſeductionem æ ſaltem falſa luce ſplendet, & tene-as interim colligit diaboli?

34. Am-

34. *Ambroſius in Lucam.*

SVnt, qui porcos accipiant pro gre-
bus dæmoniorum, ſiliquas pro e
virtute inanium hominum, ſermonu-
que jactantia, qui nihil prodeſſe poſſ
inani quadam Philoſophiæ ſeductio
Gloſſa. Hæc merx omnis vanæ Philo-
phiæ, fumum pro igne venditans
cido.

35. *Origenes in Exodum.*

SUper illud; Et fit Scyniphes: l
animal pennis ſuſpenditur per a
volitans; ſed ita ſubtile & minutum
oculi viſum, niſi acutè cernentis, e
giat: Corpus tamen, cùm inſederit,
cerbiſſimo terebrat ſtimulo, ut, qu
volantem videre quis non valet, ſen
ſtimulantem. Hoc ergo animal Diale-
cæ arti comparatur, quæ minutis & ſ
tilibus verborum ſtimulis animas te-
brat, & tanta calliditate circumvenit
deceptus nec videat, nec intelligat u
decipiatur. *Gloſſ.* Quis uſus igitur I
lecticæ pernicioſior? Et quur non v
tatem quis proferat, abſque hujus a
ope, aut ejus ſyllogiſmis. An vero c
vanius poteſt effingi tortura ſyllogi-
ca! O utinam homines tantas dem
intelligerent impoſturas & fraudes
nicioſas!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

36. *Auguſt. de Civitate Dei.*

COntra Philoſophorum calumnias defendimus Civitatem Dei, hoc eſt, us Eccleſiam. *Gloſſ.* At Scholaſtici cona te Auguſtine defendunt ſuam vanitam Philoſophicam ſcilicet.

Infra. Philoſophi quærũt, quid in dorina Chriſtiana reprehẽdant. *Gloſſ.* Faiũt quod ſui eſt officii. Nãque Spiritus undi non capit ea, quæ ſunt Spiritus ei. Tanta manet ſemper inter Sapieniam Carnis & Spiritus lucta, ut ratio il aliud poſſit per ſe, quàm contradicee Chriſto. Hunc uſum ſtrenuè ſemper btinet, ceu proprium ſibi.

37. *Gregor Nazianzen. in libello de Arria.*

AT quid Dialectica Religionem decorare ſe credit, ubi magis per Dialecticam Religio fœdatur: illa nobis quodammodo nunc Gigantomachia fabuloſa reparatur, dum adverſum Deum pugnatur in terris; & dum omnis ſermo cum quæſtione profertur, fit lingua bellatrix, verba ſunt jacula, ſermo eſt gladius; tota die abſque fine pugnatur. *Gloſſ.* Dialectica ita Religionem fœdat, & contra Deum diſputat; & tamen Scholaſtici Theologi ei ſuppetias ferunt.

runt. Quare id? Nimirum hoc faciun ne neceſſum interim habeant, morti care Carnem, & in captivatione ratio nis vitam ſincerè piã vivere in Chriſt

38. *Infra.*

ARguamus Ariſtotelis anguſtam c providentia ſententiam, & arte Verborum ejus infidelem. *Gloſſa.* Me rito; quia Ariſtoteles ſeductor peſſ mus, & incarnatus diabolus.

39. *Cyprianus Epiſt. 4. lib. 2.*

IN Chriſtianos & Philoſophos multur diſtat: Et cùm Apoſtolus dicat; Vide te, ne quis vos prædetur per Philoſo phiam, & inanem fallaciam. Vitand ſunt, quæ non de Dei clementia veniunt ſed de Philoſophiæ duriori præſumptio ne deſcendunt. *Gloſſ.* At nunc à Scho laſticis & aliis litteraliter eruditis Scri bis nemo putatur Theologus aut erudi tus Chriſtianus, niſi fuerit & Philoſo phus talis: quia nunc mundus naſutulu longè ſapientior eſt ipſo Paulo. An vero fruſtra Paulus nos deterruit à propha nitate tanta? Cernite, quam obedien tiam Eccleſia hæc præſtet Spiritu Sancto; quia confitentur omnes, Paul doctrinam monitaque eſſe vocem Dei & juſſum Spiritus Sancti. Apage, cum

tanta

anta ethnica barbarie, & inverſione Verbi Dei!

40. *Cyprian. in libro de Bo. Pa.*

PAtientiam maximè tota obſervatione tueantur, hanc ſe ſectari Philoſophi quoque profitentur, ſed tam illic patientia falſa eſt, quam NB. & ſapientia falſa. Vnde enim vel ſapiens eſſe, vel patiens poſſit, qui nec ſapientiam, nec patientiam Dei novit? quando de iis qui ſibi ſapere in mundo videntur, ipſe moneat & dicat: Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo *Item* beatus Apoſtolus Paulus, plenus Spiritu Sancto, & vocandis formandiſque gentibus miſſus, conteſtetur & inſtruat dicens: Videte, ne quis vos deprædetur per Philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum; quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo divinitatis. *Et alio loco.* Nemo ſe, inquit, decipiat; ſi quis putet, ſapientem eſſe ſe in vobis, mundo huic ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Sapientia hujus mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim: Reprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum: Cognovit Dominus cogitationes ſapientum, quia ſtultæ ſunt. Quare ſi ſapientia ibi eſſe non poteſt, nec &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

vera patientia. Nam ſi ſapiens ille e
qui humilis & mitis eſt; Philoſoph
autem nec humiles videmus eſſe, nec m
tes; ſed multum ſibi placentes, & ho
ipſo, quod ſibi placeant, Deo diſplice
centes, apparet illic non eſſe veram P
tientiam. *Gloſſ. Vide lector,* utris creda
Scholaſticis & Scribis noſtris ac Doct
ribus, an Paulo? At ajunt, Paulus de ab
uſu loquitur, non de uſu. Num vero i
ignorans ſit Paulus ſui, ut neſciat, qui
loquatur? Quæſo, Ratio nimia Scienti
efflata, quid aliud poſſit, quando ſic du
ctum ſui Spiritus mundani in elementi
ſequitur? Vſum non alium novit nec ex
petit; quia extra Chriſtum in amore ſu
ita delectatur ſemper. Adami lapſus i
ſatis declarat. Ideoque Sapientia Chri
ſti longè alia eſt & manet, quàm iſta mũ
di nec illam quis novit, aut videt, niſi i
Chriſto renatus. An vero Ethnica &
gentilis ſapientia noſcat Chriſtum? nun
doceat regenerationem? Jmo ait Pau
lus, nec novit eum, nec intelligere va
let, quia ſemper ei contradicit. Quar
manifeſtum eſt, quod ubi Philoſophi
talis regnat, quod ibi non adſit regnun
Chriſti. Et nuſquam non tamen regna
hæc mundi ſtultitia: Ubi igitur Regnun
Chriſti?

41. Ai

41. *Auguſt. Serm. de Reſurrect. Domini.*

HOc dixerunt valdè magni Philoſophi mundi hujus, de quibus dicit Scriptura noſtra : Stultam Deus fecit ſapientiam hujus mundi. *Gloß.* At Ariſtotelis beneficio & ejus diſcipulorum facta eſt prudentiſſima. In quibus autem? In amore ſuæ perditæ rationis & ſectatione diaboli.

42. *Infra.*

PRopoſui vobis, quid dicant etiam Philoſophi hujus mundi, quorum Deus Sapientiam, tanquam veram ſtultitiam reprobavit. *Gloſſ.* Nihilominus veram Sapientiam hanc dicunt litterarum Scribæ: quia ſtultus ſuam ſtultitiam pro gloria Sapientiæ habet. O quàm longè igitur à Chriſto abſunt!

43. *Gerſon in Serm. Domin. LXX.*

OBſervandum eſt, circa vineam Sapientiæ, ne in eam jaciantur externa, & adulterina quarundam ſcientiarũ ſemina, juxta Dei præcepta Deut. 22. Vinea altero ſemine non ſeminetur. Vitandæ quoque ſunt, & explodendæ araneæ, quæ ipſi Minervæ (quæ Sapientiæ dea fingitur) ideo inviſæ feruntur, quod in ſubtiliſſimorum, ſed fragilium filorum contextione ſe ipſas eviſcerant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Debent autem ſolida eſſe , & fortia ſ
pientiæ documenta, nec tam craſſæ ſu
tilitati , quàm planæ veritati deſervie
tia. Nec ob aliud tantum Ca o Magnu
expelli voluit ab urbe Carneadem,quàm
quod Sophiſticæ ſubtilitati plus æquo de
ditus, veritatem aut obvolvere , aut ob
fuſcare videretur. *Gloſſ.* Sic in filiis in
credulis fortis eſt diabolus, ut ſuum ſe
men falſæ Philoſophiæ propaget ſtrenu
prætextu pietatis. Pauci hoc agnoſcunt
niſi verè in Chriſto renati, cùm erro
rationis communis ita ſit jucundus. Si
quæſtionarii ubique cum ingenti gaudi
excipiuntur.

44. *Gerſon Sermon. Dom. LXX. poſt Pentec.*

DE Theologia loquor, non quæ ad verboſam & ſophiſticam loquacitatem, & Chimerinam, neſcio quam, Mathematicam redacta eſt ; ſed quæ Fidem merit, moreſque componit. *Gloſſ.* Attende lector, ad talem hodiè ſtolidi pervenimus.

45. *Gerſon in libro de Diſtinct. Ver. Viſ. à fals.*

EXaminator hujus monetæ Spiritualis debet eſſe Theologus arte pariter uſuque peritus, non quales ſunt, qui ſem-

ſemper addiſcentes, nunquam ad ſcientiam pietatis perveniunt; quales garruloſi, verboſi, protervi, contentioſi, plus ad epulas vinaque guſtu diſcernendum, quàm actus ſuos diſcernendum induſtrii & ſeduli. *Gloſſ.* Pulchra deſcriptio hodiernorum academicorum & Scholaſticorum; in his enim artibus jam omnis educatur juventus, & hæc eſt inſignis omnium diſputationum meta, ut proterva & contentioſa induſtria regat mundum.

46. *Gerſon in Lect. ſup. Marcum.*

CUr appellantur Theologi noſtri temporis Sophiſtæ & verboſi, imo & Fantaſtici, niſi, quia relictis utilibus intelligibilibus, pro auditorum qualitate, transferunt ſe ad nudam Logicam, vel Metaphyſicam, aut etiam Mathematicã, ubi & quando non oportet: Nunc de intentione formarum, nunc de diviſione continui, nunc detegendo Sophiſmata Theologicis terminis adumbrata, nunc prioritates quaſdam in divinis, menſuras, durationes, inſtantia, ſigna naturæ, & ſimilia in medium adducentes, quæ & ſi vera, & ſolida eſſent ſicut non ſunt, ad ſubverſionem tamen magis audientium, vel irriſionem, quàm rectam Fidei ædificationem proficiunt. *Gloſſ.* Graphica Scholaſticorum & omnium litteratorum

rum Theolog. deſcriptio: Sic & Th mata ipſis digna ſtulti formant. Qu Deus tradidit eos in perverſitates co dium ſuorum.

47. *Gerſon Tract. 7, ſup. Magnificat.*

DEvotio nihil habens de Philoſo phia, vel Theologia Scholaſtic ſufficit ad ſalutem. Philoſophia vero & Theologia ſine devotione diſpergun ſuperbos mente cordis ſui, deprimun & avertunt, ut ſe miſceant quæſtionibu infinitis. *Gloſſ.* Ex ratione enim potiu quàm ex Verbo Dei in Spiritus duct viventes, in cœcis erroribus ſuis ſe ſubmergere coguntur, ut nunquam lucem veram videant.

48. *Gerſon tract. 7. ſup. Magn. ibid.*

QUæ neceſſitas eſt, totum intelligendo ſeu diſcernendo, Deum noſtrum per univerſum labilis vitæ tempus ſtudium conſumere, nec tamen attingere? Videmus effici potius tales temerarios adſertores, garrulos, inflatos, aridos, ſine devotione, ſine pietate. Experta loqueris (inquit Magiſter) pro diebus noſtris. Quocirca laudanda eſt præ talibus idiotarum ſimplicitas amativa. *Gloſſ.* Reſpondeant heîc profanitatis doctores.

An non

An non longè feliciores idiotæ, qui ætatem melioribus impendunt?

49. Gerſon in Serm. de Omn. Sanctis.

HÆc omnia Auguſtinus, Gregorius, Hugo & cæteri Theologi, nobis valdè impares, paſſim cantant, & nos circa pugnas verborum, circa fantaſiarum fumos, plus obnubilantes, quàm illuminantes, plus fumantes, quàm flammantes, languemus, arctamur, areſcimus, atque vaneſcimus. *Gloſſ.* En fructus veros talis Philoſophiæ & ejus operationes tenebricoſiſſimas.

50, Franciſc. Picus. Mirand. in Epiſt. ad Ant. Faven.

MAgna de me tibi promittis, ſi modo pergam Philoſophari. Sed vereor, mi Antoni, ne ab hoc Philoſophiæ ſtudio omnino temperem, aut fortè deſiſtam. Dicam tibi, de hac re quod ſentio, afferri ſcilicet nobis, hoc negotium nimis affectantibus, multum nocumenti, parum emolumenti. Communem uſum, ars (ut ſignificantius dixerim) abuſum culpo, quem, niſi vitare magnoperè nixi fuerimus, Chriſtiani animi venenum in cor irrepit, nempe ambitio, quæ poſtmodum mortiferam pariat ſuperbiam; unde plærumque fit, ut hujus

ſapientiæ, in qua quotidie verſamur
matores, Sapientiam illam, non quæ g
nita eſt, ſed æterna , omnino poſth
beant, tam nudi & elati caduca glor
Sed videamus, oro, unde animo effer
mur, unde nos ipſos æſtimamus nimi
Nam quantula eſt noſtra cognitio, cù
minimam naturalium rerum Scientia
teneamus, & illa ipſa, quæ ignoramu
quùm multum maximè, vel tacitè cl
ment, in vanum ſcilicet, & falſo nos i
ſos doctos aut profiteri, aut exiſtimar
Gloſſ. Hoc veriſſimum certè, quod p
Philoſophiam talem peſtiferum vener
in cor irrepat. Jnde ratio hominis ne
alium ejus uſum poſſidere poteſt, quàn
quæ Chriſtum Cordibus enecet aut ex
pellat.

51. *Franc. Picus Mirand. lib. 1. de ſtud. human. & divinæ Philoſophiæ.*

PRæcipiebat Corinthiis Apoſtolus, u
caverent, ne per inanem Philoſoph i
am ſeducerentur. *Gloſſ.* Contrariun
præcipiunt Scholæ. Hui!

Inf. In eo negotio occupati, Sacras lit
teras aut negligũt, aut, ut decet, non æſti
mãt, aut tardè capeſſunt. Quos die & no
cte queritur Hieronymus in Dialectic
arte torqueri. *Gloſſ.* Querela juſta eſt. A
nõ enim ſine Ariſtotele & ejus Dialectic

Chriſtu

hriſtus aut Spiritus Dei poteſt perci-
i ? quùm tamen Ethnicus talis ne qui-
em ea, quæ ante pedes ſunt in natura
er cunctos ſyllogiſmos intelligat, ſed
erbum Dei irrideat magis.

Infra Eo vitii genere noſtra tẽpeſtate
on parũ multi irretiũtur, curioſius quid
riſtoteles, quàm quid præcipit Chri-
us inveſtigantes, ſemper addiſcentes,
t ait Apoſtolus, nunquam ad ſcientiam
eritatis pervenientes. *Gloſſ.* Perpen-
e Lector, quales ſeductiones & corru-
tiones in variis opinionibus gignen-
is talis pariat Philoſophia: An non ſint
aſſes diaboli ?

52. *Idem.*

Nfra. Ejus animus, qui quotidiè in
diſputationibus verſatur, plurimum
recto in Deum affectu impeditur. *Gloſſ.*
Quando igitur ad imitationem nobilis
itæ Chriſti pervenire poterit ?

Infra. Poſtremò nec parva morum po-
lulatio contingit à ſuperbia, vaniq; glo-
ia, ſtudiorum eorũ occaſione: quod quiſ-
ue, puto, litteris deditus experitur, niſi
e falli cupit. Quandoquidem bellare o-
ortet, & conferre pedem; fiunt præ-
ereà contentiones, diſcordiæ, odia ſca-
uriunt. *Gloſſ.* Quis hoc neſcit in aca-
emiis verſatus ? Nec aliter quid poteſt
piritus Ariſtotelicus, qui totus ex ſu-
erbia & contradictionibus opinionum
diffu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

diffuſiſſimarum perplexitatibus comp
ſitus eſt. Hunc ita quùm ſibi conſtitu
rint Deum adeò ſibi,& libertatem ve
Philoſophiæ interruperint,meritò ta
Dei perverſi naſcuntur filii , ac ſæpius i
atheiſmum abeunt turpiter.

53. Mapheus Vegius lib. 5. de Perſe-verant. Religion.

REctè Diogenem carpere ſolitum M
thematicos legimus, quod Solem
Lunam , & ſydera intuentes , quæ an
pedes eſſent negotia negligerent: Re
quoque Dialecticos,quorum inutiles r
tiocinationes,Sophiſticaſque concluſ
nes damnans , acriter inſectabatur.
quo & præclare Polemon ille,cujus n
minor fuit vitæ integritas , quàm d
ctrina dicere ſolebat, oportere in reb
exerceri, non Dialecticis ſpeculatio
bus uti. *Gloſſ.* Si faciant hoc ethni
quid non deceat Chriſtianos ? Verbu
Dei enim in faciendis etiam pueris p
tere debet , ita planum eſt. Pudeat n
meritò tantæ pervicaciæ.

54. Xenophon in Epiſt. ad Eſchinum.

OMnibus patet, res divinas cogniti
ne humana comprehendi non po
ſe. Quando enim , ô Eſchine Socrate
quiſpiam audivit de Cœleſtibus aliqui
corpo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

prporibus dicere, aut ad ſubtiles linea-
um ſpeculationes perdiſcendas exhor-
ri? *Gloſſ.* En Ethnicos modeſtiores
ræ Chriſtianis. Licet ſtulti illi ſapien-
es tãti putent precii ſuum Ariſtotelem;
amen centies ſapientior & melior fuit
ocrates, qui ſemper erat realis in vita.

55. *Mapheus Vegius in lib. de bono Perſeverant.*

IUlianum Apoſtatam non alia de cauſ-
ſa Chriſtum Redemptorem noſtrum
negaſſe traditum eſt, quàm quod ratio-
nis ſtudioſior factus, humilitatem Fidei
noſtræ irridere, contemptuique habere
cœpit.

56. *Ambroſius de obitu Theodoſij.*

IUlianus ſalutis ſuæ reliquit Autho-
rem, dũ Philoſophiæ ſe dedit errori,

57. *Policraticus lib. 7. NB.*

FUerunt, qui Ariſtotelem Incubi dæ-
monis filium crederent, propter agi-
litatem corporis, perſpicaciam ingenii,
& gloriæ appetitum, quam multiplici
induſtria omnibus præcipere conſueve-
rat, licet nominum & verborum turba-
tor habeatur, *Gloſſ.* Ergo hic dæmonis
filius opera patris ſui docet.

58. *Chry-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

58. Chryſoſt. ſuper illud Pauli: Languens circa quæſtiones & Logomachiam.

LAnguere, quærere eſt. Ex quæſtio[…] & concertatione Verborum inve[…]ri nil poteſt. Quæ enim Fides profit[…]tur ſola ſuccedens, quæſtionesque oſt[…]dit, neque permittit intelligi, ex quib[…] oriuntur blaſphemiæ, hoc eſt opinion[…] & perverſa dogmata, ex quæſtione, d[…]cuntur. Denique de Deo, quæ non opo[…]tet opinamur, cùm in quæſtiones inc[…]dimus. *Gloſſ.* At noſtrates eruditi, om[…]nia quæſtiunculis inveniri poſſe, opinan[…]tur. Qualem igitur Deum ſibi facient e[…] Ariſtotele extra regnum Fidei?

Infra. Vides, quàm multa ex verbor[…] pugnis dixerit, naſci? nefarium quæſti[…] ignorantiam, ſuperbiam. *Gloſſ.* Chriſtu[…] enim ait, ſi lux hæc in vobis ſint tene[…]bræ; tenebræ ipſæ quantæ? Reſpon[…]deant heîc quæſtionarii cuncti, qui fa[…]ctores Verbi eſſe nolunt.

59. Anton. Archiepiſ. Ordin. Prædic.

NB. Hæreſiarcham Ariſtotelem fuiſſ[…] non dubitant, qui viderunt ejus vi[…]rulentam doctrinam, atque ſeditioſam[…] pariterque credunt Auguſtino beato[…] Theologorum præcipuo *lib. 8. cap.* 12[…]

qui

ſi ſic eum appellat. *Gloſſ.* Rectè. Vi-lentiſſima enim ejus undique eſt do-rina, faſcinans animos diabolicè, un-e nunquam hujus erit aut eſſe poterit ſcipulus qui in Chriſto verè vivere elit.

60. S. Thom. contra Gent.

I qui velint articulos Fidei demon-ſtrare, ſicut aliqui nituntur, patebit ſui Fides Chriſtianorum apud Sapien-ls hujus ſeculi, æſtimantes ipſos fideles libus rationibus moveri ad aſſentien-um, tanquam urgentibus, cum in rei eritate non cogant. *Gloſſ.* Aperta ſunt erba, neque ferunt Aurelianenſem gloſ-m, aut ex Sorbona petitam.

61. Ambroſius.

ORi manum admove; ſcrutari non licet ſuperna myſteria: Licet ſcire, uod ſit natus Filius; non licet diſcute-e quomodo ſit datus. Illud mihi negare on licet; hoc quærere metus eſt. *Gloſſ.* ihilominus noſtrates etiam totam Fi-em in utrumque vertunt. Scilicet cœ-i vident, quod ignorant. Ecce talem ſum præſtat ratio philoſophiæ hujus udio informata.

62. Ma-

62. *Magiſt. Sent.*

A Quibuſdam ſolet quæri, utrum u[illegible] tantum ſit Sapientia Patris? & [illegible] *Infra.* Hæc & his ſimilia tanquam S[illegible] phiſtica & à veritate longinqua abjic[illegible] mus, reſponſo indigna avertentes. *Glo.* An Philoſophia ethnica, quid novit [illegible] Patre, & ejus ſapientia? Si hæc ſu[illegible] indigna, ô Deus, quæ monſtra nunc ſu[illegible] invecta! quando rationi profanæ o[illegible] nes & Spiritui Dei nemo amplius viv[illegible] obediens.

63. *Hadrian. tit. 5. Chriſog. Cardinal. qui adhuc ſupereſt, in Epiſt. ad Reg. Angliæ.*

ADmodum animo commovebar, pla[illegible] roſque obſtinatè negare, ſine Ariſto[illegible] telis doctrina, quod eam vel ſolam Ph[illegible] loſophiam diſcerent, Sacram Scriptu[illegible] ram intelligi non poſſe, eruditiſſimo[illegible] quoſque Theologos, qui Ariſtoteli, & humanis rationibus addicti non fuerin[illegible] Sacras Litteras ignorare, videremqu[illegible] Scholas, ac religioſorum conventu[illegible] omnes, non tam Sacræ Scripturæ, quàn[illegible] humanæ Philoſophiæ ſtudio reſonare[illegible] perquirere cœpi, & ſcrutari quatuo[illegible] doctores Eccleſiæ clariſſima Fidei no[illegible] ſtræ lumina, quibus ipſi, aut ſalva fide n[illegible]

credere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

redere?, aut ſine ſuo periculo detrahere non auderent; ex quorum libris ea collegi, quæ eorum, ad comprimendam opinionem, viſa ſunt pertinere. *Gloſſ.* Ratiociniſtæ tales obſtinati ſunt in ſua falſa perſuaſione, ut facilius tigrim retrò currere cogere poſſis.

64. *Lactant. lib. 3. Inſtit.*

CUm ſit nobis Divinis litteris traditum, cogitationes omnium Philoſophorum ſtultas eſſe, id ipſum re & argumentis docendum eſt. *Infra.* Loqui benè potuerunt, ut homines eruditi; verè autem loqui nullo modo; quia veritatem non didicerunt, ab eo, qui ejus potens eſſet. *Gloſſ.* Chriſtus ait, quod illi, qui ex veritate nõ ſint, ſint ex patre Diabolo. Qualis igitur erit talis Philoſophia carnis, quæ ſaltem ex terminis ſyllogiſticis quærit ſuæ opinionis ſubſidia?

65. *Lactant. lib. eodem.*

SI neque ſciri quicquam poteſt, ut Socrates docuit, nec opinari oportet, ut Zeno, tota Philoſophia ſublata eſt. In multas ſectas diviſa eſt, & omnes varia ſentiunt. In qua ponemus veritatem? In omnibus certè non poteſt: deſignemus quamlibet; nempe in cæteris omnibus ſapientia non erit. Tranſeamus ad ſin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

gulas eodem modo, quicquid uni dabi-mus, cæteris auferemus. Vnaquæque e-nim ſecta omnes alias evertit, ut ſe ſua-que confirmet, nec ulla alteri ſapere cō-cedit, ne ſe deſipere fateatur. *Gloſſ.* Si-regnum hoc diviſum in ſuas concidi-altercationes: quod ſtudio agit diabolus-ut ita Chriſti honor verus obteratur. Re-ctè tamen cunctis D. Auguſt. Platonem-præfert, qui in Schola diviniori à Ju-dæis propagata, erat rectius informatus.

66. *Lactant. eod. libr.*

DIalecticam divina eruditio non deſi-derat; quia non in lingua, ſed in Corde Sapientia eſt. Sciant errare ſe, NB. qui Philoſophiam putant eſſe ſa-pientiam; non trahuntur auctoritate cu-juſpiam, ſed Veritati potius accedunt. *Gloſſ.* Nulla divina Eruditio, hoc eſt, Vera Theologia deſiderat Dialecticam. At Moderni Theologi eam deſiderant. Concludé tu nunc, bone lector. Spiri-tus Sanctus enim in novis creaturis ſuis alia utitur Logica, non putida tali ra-tionis cœcæ.

67. *Lact. eod. libro.*

MAximum argumentum eſt, Philo-ſophiam neque ad Sapientiam ten-dere, neque ipſam eſſe Sapientiam: fa-

ceſſant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

eſſant omnes Philoſophi, qui vitam
umanam non inſtruunt, ſed turbant.
Quid enim docent, aut quem inſtruunt,
ui ſeipſos non inſtruxerunt? Quem ſa-
are ægroti? quem regere cœci poſ-
int? Huc ergo (nempe ad Sacram Scri-
turam) nos omnes, quibus eſt cura ſa-
ientiæ, conferamus.

Infra. Quid nobis iniqui ſumus, &
apientiam ſuſcipere cunctamur, quam
octi homines, contritis in quærendo
etatibus ſuis, nuſquam reperire potue-
unt? Qui vult ſapiens eſſe ac beatus,
udiat Dei vocem, diſcat juſtitiã. *Gloſſ.*
Qui ventum ſemper quærit, ei impoſſi-
ile eſt, ut inveniat eum. Igitur manent
lli quoque boni ſocii, licet in ſyllogiſ-
nis ſibi magnam ſomnient opinionum
apturam. Affenfenger.

68. *Athan. in 1. Epiſt. ad Corinth.*

PHiloſophos conſtat frigidis & inuti-
libus rebus vacaſſe. *Gloſſ.* quia nõ-
lum nodus in ſcirpo eſt inventus: ideo
ot conſarcinant quotidie ſyllogiſmos,
uibus ſuas muniunt quæſtiones vanas,
it populo ſcilicet niteant in tenebris, &
pſi non deprehendantur defraudatores
eſſimi.

69. Concil. Carthaginenſe Quart.

EPiſcopus gentilium libros non leg
Hæreticorum autem perlegat , p
neceſſitate & tempore. *Gloſſ.* O aureu
decretum , hoc tempore maximè ren
vandum , dum ſyllogiſmis ita pugnat
ſtultiſſimè, modò adjiciatur vitæ prob
tas & ſanctitas.

70. Honor. tert. in can. ſuper Spe. Necle. vel Mo.

COntra religioſas perſonas de cla
ſtris exeuntes, ad audiendum *lege*
vel Phyſicam , Alex. præ. noſter, oli
ſtatuit in Concilio Turonenſi , ut niſi i
fra duorum menſium ſpacium , ad cla
ſtrum redierint , ut excommunicati a
omnibus evitentur.

71. Alex. l. 3. in Concil. Turonenſi.

NE occaſione ſcientiæ , Spirituale
viri mundanis rurſus actionibus in
volvantur, ſtatuimus , ut nullus omnin
poſt votum religionis , & poſt factam i
aliquo loco religioſo profeſſionem , a
Phyſicam, legeſvè mundanas audienda
permittatur exire. Si verò exierint,&
ad Clauſtrum ſuum infra duorum men
ſium ſpacium non redierint, ſicut excom
municati ab omnibus evitentur.

72. *Hi*

72. Hieronym. in Eſaiam.

Icera inebriantur, qui abutuntur ſe-
culari ſapientia, & Dialecticorum
ndiculis, quæ non tam tendicula ſunt
ppellanda, quàm phaſmata, id eſt, um-
ræ quædam & imagines, quæ cito per-
unt.

73. Hieronym. in Epiſt. ad Titum.

DIalectici, quorum princeps Ariſto-
teles eſt, ſolent argumentationum
etia tendere, & vagam Rhetoricæ li-
ertatem in ſyllogiſmorum ſpineta con-
ludere. Si hoc illi faciunt, quorum pro-
riè ars contentio, quid debet facere
Chriſtianus, niſi omnino fugere con-
entionem? *Gloſſ.* Certè Chriſtianis
Dialectica ceu peſtis fugienda; quia ani-
mos inficit incautos.

74. Hieronym. in Epiſt. ad Ephe.
Diſt. 37. c. 3.

NOnnè vobis videtur in vanitate ſen-
ſus & mentis, obſcuritatẽ ingredi,
qui diebus & noctibus in Dialectica ar-
te torquetur; qui Phyſicus perſcrutator
oculos trans cœlos levat, ut & ultra pro-
fundum terrarum, & abyſſi quoddam
inane demergitur? *Gloſſ.* Si creditur

Hieronymo, cur non eidem obtemp
ratur? Sanctum eſt conſilii concluſum.

75. *Hieron. contra Elvidium.*

NOn Dialecticorum tendiculas, ne
Ariſtotelis Spineta conquirimus
ipſa Scripturarum Verba ponenda ſunt,

76. *Hieron. cont: Pelagian.*

HÆc tortuoſa argumentatio eſt, A
Eccleſiaſticam ſimplicitatem, inte
Philoſophorum Spineta concludemus
Quid Ariſtoteli & Paulo? Quid Platon
& Petro? *Gloſſ.* Quid Chriſto cum Be
liale?

77. *Hieronym. in Eccleſiaſten.*

LEge Platonem, Ariſtotelis revolve
argutias, & probabis eſſe verum,
quod dicitur: Labor ſtultorum affliget
eos. *Gloſſ.* Quid igitur inſanire, um-
bras nectere, & Spiritui Dei repugnare
pergitis vos Chriſtiani? Non certè in
Chriſto & in Ariſtotelis nugis ſimul be-
nè vivitur.

78. *Hieron. in Epiſt. ad Euſto.*

O Sancta fatuitas? non hanc fatuita-
tem Athenis Plato didicit, non Ari-
ſtoteles, non Anaxagoras; non cætero-
rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

rum ſtultorum, mundi ſapientum turba præcepit; non certè miſer ego Hieronymus fatuorum ſapientum imitator, antequam ſancta Verba legerem.

Infra. Attende & tu fatuorum ſapientum imitator Ariſtoteles. *Gloſſ.* Vnde igitur, vos Chriſtiani docti, hunc vobis & veſtræ ſcientiæ vanæ facitis Deum & præſidem, imò dicitis ſubtiliſſimum? Quia ſtulti & cœci eſtis.

79. *Hieronym. ad Steſiphontem.*

PUlchrè quidam noſtrorum ait; Philoſophi Patriarchæ hæreticorum, Eccleſiæ puritatem perverſa maculavêre doctrina. *Gloſſa.* Hoc certè omnes eorum libri Metaphyſicales & Syllogiſticales abundè teſtantur, quùm inde tota Chriſtianiſmi confuſio ſit, & acerbitas dira.

80. *Hieronym. in Epiſt. ad Galatas.*

QUotuſquiſque nunc Ariſtotelem legit, quanti Platonis vel libros novêre, vel nomen? Vix in angulis otioſi eos ſenes recolunt. Ruſticanos vero & Piſcatores noſtros totus orbis loquitur, univerſus mundus ſonat. *Gloſſ.* Vtinam hoc etiam de noſtris temporibus gloriari poſſemus, quando adeò, omiſſis Apoſtolis merus paſſim crepat Ariſtoteles, diabolicus seductor,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

81. *Auguſt. in lib. Retra.*

DIſplicet mihi, tam multum tribu liberalibus, quas vocant, diſciplinis & interim multi ſancti multum De Verbum neſciant. *Gloſſ.* Vnde ergo e runt Chriſtiani?

82. *Auguſt. ad Memorium.*

LItteræ, quas variarum ſervi libidinum liberales vocant, nihil in ſe habent congruum libertati. *Gloſſ.* Quare? Quia ſunt ſervi alienarum opinionum, & mancipia Ariſtotelicæ ſeductionis: & tamen rationis ſuæ, ſibi fingunt libertatem ſtultè captivi ethniciſmo.

83. *Auguſt. in Pſalm.* CL.

DIxit hoc Ariſtoteles, adjunge illum petræ & abſorptus eſt. Quid eſt Ariſtoteles? audiant, quia apud inferos contremiſcit. *Gloſſa.* Quid mirum? Nam ſuperbiſſimus Philoſophus, cum non poſſet Euripi naturam juxta ſuum conceptum ſtultum inveſtigare, in illum ſe præcipitans, demerſus eſt, prius tamen hoc teſtatus elogio; Ariſtoteles non cepit Euripum, Euripus Ariſtotelem. En in ſumma ſapientia ſua deſperabundum phantaſtam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

84. *Auguſt. in lib. Retra.*

LAus quoque ipſa, qua Platonem, vel Platonicos, ſive Academicos Philoſophos tantum extuli, quantum impios homines non oportuit, non immeritò diſplicuit, contra quorum errores magnos, defendenda eſt Chriſtiana doctrina. *Gloſſ.* Sunt tamen, qui volunt inicè, quod illorum Philoſophia miniſterium aut ſervitium præſtet Chriſtianæ doctrinæ. Quomodo hæc conveniunt cum defenſione tanta?

85. *Auguſt. in libro Confeſſio.*

PErrexi ad ſimplicianum; ubi autem commemoravi, legiſſe me quoſdam libros Platonicorum, congratulatus eſt mihi, quod non in aliorum Philoſophorum ſcripta incidiſſem, plena fallaciarum & deceptionum. *Gloſſ.* Ergo Plato longè melior, & Chriſtianiſmo propior, quùm ubique ſinceritatem amoris, & integritatem animi expetat abſque fuco, dum Ariſtoteles ſaltem habitum quendam ponit externum.

86. *Ambroſ in Epiſt. Pauli.*

NOn (inquit Apoſtolus) in Sapientia Verbi, id eſt, in Sapientia Philoſo-

phorum, quæ dicitur Sapientia , etſi n
ſit. Vel ideò dicitur Sapientia Ver
quia verboſos facit. Per illam enim
pientiam crux Chriſti evacuatur. *Gl*
Sic Paulus vult , ut ratio hominis cap
vetur ſub obedientia Chriſti : aſt erud
noſtri Chriſtiani, ſe captivos tradunt l
bidini opinionis cœcæ Ariſtotelicæ
habitibus ſuis carnalibus. Quid ergo c
rent crucem?

86. *Ambroſius in Pſalm.* CXVIII.

CIrca elementa mundi eſt , phalera
magis, quam vera Sapientia , ut e
Philoſophia omnis , quæ aliena quæri
cum NB. ſua neſciat : ſcrutatur Cœ
plagas, mundi ſpacia rimatur , quæ ſi
prodeſſe nil poſſunt. *Gloſſ.* An non hæ
eſt ſtulta vanitas , & morſus animi va
nus ?

Id. Infra. Nihil nobis cum Philoſo
phia , ne quis aſſertionem noſtram pe
Philoſophiam deprædetur . Sic enim Ar
rianos in perfidiam ruiſſe cognovimus
dum Chriſti generationem putant uſ
hujus ſeculi colligendam ; reliquerun
Apoſtolum, ſequuntur Ariſtotelem : re
liquerunt Sapientiam , quæ apud Deum
eſt, elegerunt diſputationum tendicu
las , & aucupia verborum , Dialectica
diſciplinam, cùm clamet Apoſtolus : Ne
quis vos deprædetur per Philoſophiam
inanem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

manemque ſeductionem. *Gloſſ.* Vide ctor, quod incendium Ariſtotelis Phi- oſophia excitarit, cui tamen detrahere on licet, ne doctrinabiliter condemne- is. Ita diabolus ſemper ſe, per ſua Ari- otelica inſtrumenta, atrociſſimè oppo- uit Chriſto, & tamen volunt potiſſimi ici Chriſtiani, ut pateat quem Aucto- em hæc habeat Philoſophia. Radix mnium malorum in fundamento eſt iſcordiarum, in quibus ſic exultat dia- olus.

87. Gerſon 4. parte XIII.

MOnendi videntur Magiſtri, quatenus ſuos baccalaureos, & ſcholares monerent fugere, aut demittere vaniſſi- mas doctrinas, inutiles & ſteriles, ſicut am, Deo propitio, ſophiſmata ſunt ex- ulſa à Theologia. *Gloſſ.* At nnnc forti- er ſunt revocata: quoniam & ſophiſta- um clypeus Lovanii excuſus eſt, & for- iter pugnant Sorboniſtæ.

88. Gerſon ibidem.

FUndamenta nimio ſtudio accipere à Philoſophantibus paganis curioſitas ſt, in Theologica eruditione periculo- a, & tanquam ademptrix pœnitentiæ, c credulitas evitanda. Tradunt hi, qui onverſationem & doctrinam Originis onſcripſerunt, quod nimis biberat de aureo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

aureo calice Babylonis. *Gloſſ.* Ideo Ba-
bylonica confuſio Philoſophia eſt, &
ratio ejus meretrix, quæ in tam ſcanda-
loſos errores traxit Originem. Fugi-
ergo omnes hanc Babyloniam, ô mor-
tales: fugite, ne vos ira Dei deprehen-
dat in iſta confuſione.

89. Id. Infra.

DEſeratur qualiſcunque, ſi utilis eſt
acutiſſima ſubtilitas. Quid enim A-
riſta acutius? Quid aranearum tela ſub-
tilius? Verum etiam quid inutilius in-
venitur? NB. DISCAMUS NON
TAM DISPUTARE, QUAM
VIVERE. *Gloſſ.* At Satanæ hoc
eſt artificium ſummum, ut potius homi-
nes veſani de rebus vanis diſputent &
infinitas ſibi fingant quæſtiones, quàm
ut piè & rectè in Chriſto vivere diſcant.
Dum enim diſputant, movent lites &
diſcordias, quæ vitam Chriſtianam diſt-
pent. Idcirco qui hoc Satanæ intertu-
bare apud homines ſtudet propoſitum
ejus eſt atrociſſimus hoſtis. Verum e
hac arce non expelli ſe ſinet, donec e-
runt Ariſtotelici, & ejus ſectæ ſuperb-
defenſores, quos optima ſibi ſeleg-
inſtrumenta. Quiſque Dominus nov-
ſuos.

90. I.

90. Id. Infra.

OMnes morimur, & tamen, neſcio, ſuper qualibus quæſtiunculis, tam crebra & inutili argumentatione occupati; diem exitus noſtri nequaquam attendimus. *Gloß.* Lucrum hoc optimum cedit diabolo, ne quis ad pietatem vitæ præ quæſtionibus vanis perveniat. Inde in diſputationibus victimam optimam accipit.

91. Hieron. in Eſai. cap. 6.

DE Sapientia ſeculari Dominus loquitur per Prophetam. Perdam Sapientiam Sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo: quia auctorem ſui ſenſum habet, qui ex conditione Dei generatur, unde & in nocte periit, in errore ſcilicet ſempiterno. *Gloſſ.* At Quæſtionarii eam contra Deum defendunt. An igitur non bonum efficiant Chriſtianiſmum vitæ inanis crepitacula?

92. Id. Infra.

PEreunte autem nocte, Moabitide, etiam murus ejus, qui Dialectica arte conſtructus eſt, in eadem nocte vaſtatus eſt, atque deſtructus, & æterna taciturnitate conticuit. Porrò AR, quod inter-

interpretatur Antidicos, id eſt, adverſa-
rius, hoc oſtendit, quod hæc Sapienti
NB. quæ adverſaria Dei eſt, eccleſiaſtic
ſermone contra eam pugnante, ſupera
ſit. *Gloſſ.* Æterna quo pacto rurſus ca-
put extulit hæc excetra? Sed an no
Ariſtoteles optimum Deo præſtet ſerv
tium, dum per ejus Philoſophiam ſap
re poſſumus, quæ ſupra ſunt cœleſti
Metaphyſica enim ejus eſt, quæ hom
nes in ſpeculatione Deificat prorſus, n
diabolificet eoſdem, ſi ejus Philoſoph
eſt adverſaria Dei.

93. Hieronym. in Eſaiam cap. 65.

SAcrificant quoque hæretici ſuper la-
pides, quando errores ſuos & exqu
ſita mendacia Dialectica nituntur ar
firmare, & in quadrum extruere. *Glo*
Ideo etiam Spiritus Dei in ſua doctrin
non poſſet ſubſiſtere, niſi hoc fundamen
tum quadratum ex Ariſtotele in aux
lium adduceret. O ſtulta vanitas & blaſ
phema!

94. Hieronym. in epiſt. ad Epheſ.

PAulus adverſariorum verba atqu
rationem, quibus veritatem everte
re nitebantur, videbat non facilè poſ
ſuperari, & omni calliditate plenas, *dia-*
lecticæ quoque, NB. *imo diaboli arte con-*
text-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

…xtas ſuperabat Dei auxilium. *Gloſſ.*
…ui, nimis expreſsè prolatum ! An Dia-
…ctica ars diaboli eſt ? Ergo omnes dia-
…ctici, diaboli diſcipuli. Tacitus heîc
… Dive Hieronyme, ne id Ariſtotelici
…diant, aliàs omnes Academici te in
…ave & capitale avocabunt judicium.
*… nimis apertum, quod veritatem cordis
…quitur.*

95. Hieronym. in Ozeam.

…E hæreticis manifeſtus eſt ſenſus, quod ſophiſmatibus ſuis, & arte …ialectica ſæpe opprimunt Eccleſiaſti…os. *Gloſſ.* Verum heus, mi Dive Hie…nyme, hoc fit per abuſum, & Eccle…ſtici ſunt interim ignorantes ejus ar…s. Quid ergo heîc conſilii? Nimirum … Eccleſiaſtici itidem tales fiant, & eam …tem addiſcant, tunc rectius videbunt … acutius dijudicare poterunt formas …logiſticas. Sed fortè reſpondes; an …opterea addiſcam diaboli artem, ut in … arte eum refutem? Conſilium nimis …riculoſum: Non enim mala ſunt fa…enda aut addiſcenda, ut inde eveniant …na. Et quis potior Doctor in arte …, an Spiritus Dei, num vero Diabo… ? Et quis rectius ſuæ ſit interpres …guæ? num hic aut ille? Chriſtus ad… Concluſionem. *Ioh. 8.* quod Diabo… ſit pater mendaciorum ab initio.
Quare

Quare abſit, ut eo quis uti velit doctor
qui fraudis nunquam eſt expers.

96. Hieronym. in Naum cap. 3.

Omnia hæreticorum dogmata ſede
ſibi & requiem inter Ariſtotelis
Chryſippi ſpineta reperiunt. Inde E
nomius profert : Quod natum eſt, n
fuit, antequam naſceretur. Inde Ma
chæus, ut Deum à conditione maloru
liberet, alterum mali inducit auctore
Inde Novatus ſubtrahit veniam, ut t
lat pœnitentiam. Et ut ſub diem cun
concludam ſermone, de illis fonti
univerſa dogmata argumentationum ſ
rum rivulos trahunt. *Gloſſ.* O inſig
Philoſophiæ detrectatio! Sed vide Hi
ronyme ne ab Ariſtotelicis ſuper
condemneris, quùm nimis in hac ve
tate ſis loquax.

97. Hieronym. adverſ. Luciferianos

Arriana hæreſis argumentation
rivulos de Ariſtotelis fontibus m
tuatur. *Gloſſ.* Proinde Ariſt. hæreti
rum Creator fixus.

98. Hieronym. in Ezechiel.

Sed & nobis, quando eximus de Æ
gypto, jubetur, ut offenſiones oc
lorn

orum noſtrorum abjiciamus,ne ſcilicet his delectemur, quibus antea delectabamur in ſeculo, ne ſimulacris Ægypti provolvamur, adinvẽtionibus videlicet Philoſophorum atque hæreticorum, quæ recte Idola nominantur. *Gloſſ.* Vide lector, quid Eccleſia Ariſtoteli debeat: ſed quomodo potuit aliter fieri, quùm Philoſophorum inventa ſint ſimulacra Ægypti?

99. *Hieronym. ibidem.*

Ethnicorum arguta Sapientia, juncta malitiæ hæreticorum impugnat Iudam, in quo vera confeſſio eſt, & non poteſt prævalere. Hic quoque eadem arrogantia Syriæ, id eſt, Philoſophorum cum filiabus alienigenarum illudit Hieruſalem. *Gloſſ.* Ethnicorum ſapientia ſic hodie' etiam Chriſtianæ Fidei confeſſores impugnat, & omnem impedit vitam Chriſti, & concordiam.

100. *Hieronym. ad Fabiolam:*

Mihi videntur Ægyptiorum primogenita, dogmata eſſe Philoſophorum, quibus deceptos homines atque irretitos tenebant. *Gloſſ.* Qui Ariſtotelicis nugis rationem devovet, an ille non ducatur captivus, & defraudetur egregiè?

101. Hieronym. in Amoſ. cap. 1.

VEctes Damaſci, quaſi ſeræ fortiſſim atque robuſtiſſimæ, hi intelliguntu qui inſtructi ſunt arte Dialectica & ar gumentis Philoſophorum: Verbi gra tia: Oſtium vocatur, qui falſum dogm concepit, & peperit, ut Arrius in Ale xandria; vectes ejus & ſeræ fortiſſim Euticius & Eunomius, qui ſyllogiſmi & Enthymematibus, imò ſophiſmatibu quæ ab aliis malè inventa ſunt, robora re conantur. *Gloſſ.* Si Dialectica & Ari ſto elis inventa ſunt argumenta & ſera hæreticorum, mirum eſt, quomodo ta les eruditi Chriſtiani his innixi, hæreſe evadant, ſi tamen evadunt. Radices e juſdem arboris.

102. Euſebius de Præparat. Euang. lib. 4.

NUnc aliorum quoque Philoſopho rum ſectas, imò verè nugas com- pendiosè ponamus, quorum errores non à meipſo, ſed contradictione ac pugna inter eos mirabili cognoſces, quos, quando inter ſe, aut cum aliis compa- ro, non facilè negaverim, illos claros fuiſſe viros; quando verò Hebræorum Theologis atque Philoſophis comparo, ctr inam doctrinæ illorum confe-

ro, ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

, caduca & frivola omnia, quæ Phi-
ſophi excogitarunt; mihi videntur.

104. *Infra.*

NEc mirum; illa divinitus edita ſunt,
hæc humanitus. *Gloſſ.* Qualis er-
o mixtura heîc oritur, quando cœleſtia
um nugis & frivolis inventis ethnico-
um Philoſophorum conjunguntur. An
on hinc fit ſemper concordia diſcors?
nde igitur vera pax Eccleſiæ prove-
iat, dum Spiritus Dei non ſuus relin-
uitur ductus Fidei, & pura explicatio
erbi? imo omnis revelatio eidem ab-
egatur?

105. *Bernhardus in Cantica.*

QUæſo, ut indices mihi, ubi paſcas,
ubi cubes in meridie, id eſt, in ma-
ifeſto, ne ſeducta incipiam vagari poſt
greges ſodalium tuorum, quemadmodũ
& ipſi vagi ſunt, nulla ſtabiles certitudi-
ne veritatis, ſemper diſcentes, & nun-
quam ad ſcientiam veritatis pervenien-
tes: Hæc ſponſa dicit, propter Philoſo-
phorum & hæreticorum varia & vana
dogmata. *Gloſſa.* En habes ita lector
ſummam univerſalem ſeductionis om-
nis in hoc, quod videlicet Philoſophi
tales nulla Veritatis certitudine ſtabiles
ſint, quùm extra ductum Spiritus Dei

ratio hominis cœca vanitatibus ſuis ,
nimio ſui amore , ſe ſemper involv
nec unquam ad veram Veritatis luc
pervenire poſſit. Vnde veriſſimum e
quod dici ſolet ; Quò quis ſibi magis
piens videtur & doctior, eo minus V
bo Dei idoneus & aptus diſcipulus e
tat : Quo quis ditior ſapientiæ mun
næ ſtudio & ratione ſua ; eo miſeri
in rebus divinis & Spiritualibus. *Quib*
enim non adeſt vera Fides in corde rena
torum converſatio nunquam valet eſſe
cœlo, ſed manet in terris. Quare *niſi De*
ipſe in nobis loquatur, & teſtimonium Ve
bi ſui ibi cordi renato inſcriptum addat
proferat , fruſtrà ſe ratio externis labor
& hypocriticis veſtire habitibus. Namqu
Deus ſolummodo inter eos inveniri c
pit qui Verbū ejus in ſe vivide habita
fovent & illud toto ſervare ſtudent v
tæ curſu in actionibus cunctis. *FINI*.

Intentio hæc B. Lutheri valdè lau
dabilis fuit , & primas præ cunctis me
retur partes, quùm fundamentalem ar
cem Diaboli in hoc Sancto conatu ex
pugnare ſtuduerit. Vtinam ſic perrexi
ſet, nec ſe ab hoc ſcopo , quem per al
quot annos admodum firmiter ſibi præ
fixum tenuerat, dimoveri poſteà fuiſſe
paſſus, diſputax & diſputabile illud ſecu
lum in ſuo jampridem concidiſſet pudo
re proprio. Qui hujus libelli exempl

me do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

e donavit, vir magni nominis, mihi retulit ſæpius, quod *Eraſmus Roterodamus ipſe*, hujus conaminis quoque autor ſimul extiterit, & multa in ſecreto amicis Lutheri ſuggeſſerit; quod à majoribus ſuis ita acceperat; ut ita B. Lutherus plures habuerit in hoc propoſito adjutores, modo ad æqualem tales admiſiſſet participationem. Namque ſatis commodos ſemper amicos habuit, qui nõ deſinerent opera & operã præſtare eidem: Velut etiam *Eraſmus* inter tales non ultimum tunc merebatur locum, quum ubique de Luthero honeſtè, etiam apud adverſarios ejus, ſentiret, & teſtantur axiomata *anno 1520*. publicata. propter quæ quiſpiam *Stunica* ipſum nõ tantum graviter taxavit, ſed etiam hæreſeos reum ad Adrianum VI. Papam aliquot concluſionibus detulit. In plurimis autem apertè Lutherum defendit; in aliis ejus doctrinam approbavit; velut inter Axiomata illa tunc excuſa habentur, quod dixerit Eraſmus.

Duæ duntaxat Vniverſitates condemnârunt Lutherum ex tam innumeris: Et condemnârunt tantum, non convicerunt; nec hæ conſentiunt.

It. Ipſe Luth. videtur omnibus æquis æquum petere: Quum offerat ſe diſputationi publicæ, & ſubmittat ſe judicibus non ſuſpectis.

It. Qui Lutherum impetunt, ea indu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

cunt, quæ nullæ aures piæ ferunt.

It. Lutherus nihil ambit: ideo mi[…] ſuſpectus.

It. Qui hactenus ſcripſerunt con[…] Lutherum, improbantur etiam à Theolog[…] qui aliàs Luthero adverſantur.

It. Mundus ſitit Veritatem Euange[…]cam, & fatali quodam deſiderio vide[…] huc ferri: unde fortè non adeo odioſè op[…]tet reſiſti, &c.

Quùm eodem anno Marinus *Carac[…]rus* & Hieronymus *Alexander* Orator[…] Sum. Pontificis ad Imperatorem & [...] lect. Saxon. propter Lutherum miſ[…] Coloniæ Agripp. præſentes, inter ali[…] quoque *Eraſmum* ibi offenderent, e[…]demque nomine Pontificis pinguiſſim[…] Epiſcopatum promitterent, ſi pro Pon[…]tifice contra Lutherum eſſet ſcripturu[…] iis reſpondit Eraſmus: *Major eſt, in[…]quiens, Lutherus, quàm in illum ut ſcriba[…] ego. Major eſt Lutherus, quàm ut à m[…] intelligatur. Plane Lutherus tantus eſt; [...] plus erudiar & proficiam ex lectione uniu[…] pagellæ Lutherianæ; quàm ex toto Tho[…]ma.* Tanti illum fecit, ut etiam ſæpiu[…] non eſſet abſque periculo ipſius cauſſa[…] præſertim quùm ejus dicta approbaret[…] quæ propterea Stunica ſuis inſeruit ac[…]cuſationibus.

Vti 32. Quod hæc Chriſti mens omnin[…] ſit, ut Tolerantia ſuperent Chriſtiani, no[…] armis, quum tamen arma & bella plan[…] competerent iis. *It. 35.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

It. 35. Quod hodie monachorum ſom-ia, imo mulierculaium deliramenta le-antur inter Divinas Scripturas.

It. 41. Hodie videmus, ait Eraſ. in-er Chriſtianos plus eſſe ſuperſtitionis, quàm nquam fuit apud judæos.

Item. 42. Omnis Chriſtianorum vita deliratıonibus ſcabet undique, quas ipſas amen ſacrificı non gravatim admittunt, & lunt, non ignari, quantum hinc lucelli ſo-leat accreſcere, &c. Sic etiam in præfa-ione militis Chriſtiani, in Epiſt. ad Dor-pium, Commentario *ad Pſal. 1.* ceu non præſertim in Moria ſua aliiſque ſcriptis undique falſam illam Philoſophiam eth-nicam, tanquam fundamentalem diva-ſtatricem Chriſtianiſmi Verioris extre-mè perſequi non deſtitit. Notabilia ſunt certè, quæ habet in Moria, ubi Mixtu-ram Philoſophiæ gentilis cum Theolo-gia egregiè admodum explodendo ir-ridet.

Eraſmi Verba ex Moria.

PORro, *inquit*, Theologos ſilentio tran-ſire fortaſſe præſtiterit, *καὶ ταύτην Καμαρίνην μὴ κινεῖν*, nec hanc anagyrim tangere, utpote genus hominum mi-rè ſuperciliosum, atque irritabile, ne forte turmatim ſexcentis concluſioni-bus adoriantur, & ad Palinodiam adi-gant, quod ſi recuſem, protinus hæreti-

cam clamitent. Nam illico ſolent ho terrere fulmine, ſi cui ſunt parum pro pitii. Sanè quanquam alii ſunt, qui minus libenter agnoſcant, meam in ſe beneficentiam; tamen hi quoque non mediocribus nominibus obſtricti ſunt dum felices ſua Philautia, perinde quaſi ipſi tertium incolant cœlum, i ta reliquos mortales omnes, ut humi reptantes pecudes, è ſublimi deſpiciant, ac propè commiſerantur, dum tanto magiſtralium definitionum, concluſionum, corollationum, propoſitionum explicitarum, & implicitarum agmine ſepti ſunt, tot exuberant κρεσφυγέτοις, ut nec Vulcaniis vinculis ſic poſſint irretiri, quin elabantur diſtinctionibus, quibus nodos omnes adeò facilè ſecant, ut non Thenedia bipennis medius: tot nuper excogitatis vocabulis, ac prodigioſis vocibus ſcatent. Prætereà dum arcana myſteria ſuo explicant arbitratu, qua ratione conditus ac digeſtus ſit mundus; Per quos canales labes illa peccati in poſteritatem derivata ſit? Quibus modis, qua menſura, quantulo tempore in Virginis utero ſit abſolutus Chriſtus? Quemadmodum in Synaxi accidentia ſubſiſtant ſine domicilio? Sed hæc protrita.

Illa demum magnis & illuminatis, ut vocant, Theologis digna putant, ad hæc ſi quando incidunt, expergiſcuntur. Nũ

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

quod inſtans in generatione divina? Num plures in Chriſto Filiationes? Num poſſibilis propoſitio: Pater Deus odit Filium? Tum quemadmodum cucurbita fuerit concionatura, editura miracula, figenda cruci? Et quid conſecraſſet Petrus, ſi cõſecraſſet eo tempore, quo Corpus Chriſti pendebat in Cruce? Et num eodem tempore Chriſtus homo dici potuerit? Et num poſt reſurrectionem edere aut bibere fas ſit futurum? Iam nunc famem ſitimque præcaventes. Sunt innumerabiles λεπτολεσχίας, his quoq; multo ſubtiliores *de Notionibus, Relationibus, Inſtantibus, de Formalitatibus, de Quidditatibus, Hacceitatibus, quas nemo poßit oculis aſſequi, niſi tam Lynceus, ut ea quoque per altißimas tenebras videat, quæ nuſquam ſunt.* Adde nunc his γνώμας illas adeo παραδόξους, ut illa Stoicorum Oracula, quæ Paradoxa vocant, craſſiſſima præ his videantur, & circumforanea, velut levius eſſe crimen, Homines mille jugulare, quàm ſemel in die Dominico calceum pauperi conſuere. Et potius eſſe committendum, ut univerſus orbis pereat unà cum victu, & veſtitu, quod ajunt, ſuo, quàm unicum, quantumlibet leve mendaciolum dicere.

Iam has ſubtiliſſimas ſubtilitates ſubtiliores etiam reddunt tot Scholaſticorum viæ, ut citius è labyrinthis temet explices, quàm ex involucris *Realium,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Nominalium, Thomiſtarum, Albertiſtarū, Occamiſtarum, Scotiſtarum, & nondum omnes dixi ſectas, ſed præcipuas duntaxat. In quibus omnibus tantum eſt eruditionis, tantum difficultatis, ut exiſtimem, ipſis Apoſtolis alio Spiritu opus fore, ſi cogantur hiſce de rebus cum hoc novo theologico genere manus. Paulus Fidem præſtare potuit; at idem cum ait: Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, parum magiſtraliter definivit. Idem ut Charitatem optimè præſtitit, ita parum Dialecticè vel dividit, vel finit in priori ad *Corinth. Epiſtola c. 13.* Ac piè quidem illi conſecrabant Synaxin, & tamen rogati de termino ad quem, de transſubſtantiatione, de modo, quo corpus idem ſit diverſis in locis, de differentia, qua Corpus Chriſti eſt in cœlo, qua fuit in Cruce, qua in Sacramento Synaxeos, quo puncto fiat transſubſtantiatio, cùm oratio per quam ea fit, ut quantitas diſcreta ſit in fluxu; non pari, ſicut opinor, reſpondiſſent acumine, quo Scotiſtæ diſſerunt hæc, ac finiunt. Noverant illi Ieſu Matrem, ſed quis eorum tam philoſophicè demonſtravit, quo modo fuerit ab Adæ macula præſervata, quàm noſtri theologi?

Petrus accepit claves, & accepit ab eo, qui non committat indigno, & tamen, an intellexerit, neſcio, Certè nuſ-

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

gnam attigit ſubtilitatem: quomodo ſcientiæ clavem habeat quoque is, qui ſcientiam non habeat? Baptizabant illi paſſim, & tamen nuſquam docuerunt, quæ ſit cauſſa formalis, materialis, efficiens & finalis baptiſmi, nec Characteris delebilis, & indelebilis apud hos ulla mentio. Adorabant quidem illi, ſed in Spiritu, nihil aliud ſequentes quàm illud Euangelium: Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum in Spiritu & veritate oportet adorare: Verùm haud apparet, eis tum fuiſſe revelatum, una eademque adoratione adorandam imagũculam Carbone delineatam in pariete, & Chriſtum ipſum, ſi modo duobus ſit porrectis digitis, intonſa coma, & in umbone, qui adhæret occipitio, treis habeat notas. *Quis enim hæc percipiat, niſi 36. annos totos in Phyſicis, & ultramundanis Ariſtotelis & Scoticis contriverit.*

Identidem inculcant Apoſtoli gratiã; at ii nuſquam diſtinguunt, quid interſit inter gratiam gratis datam, & gratiam gratificantem. Hortantur ad bona opera, nec diſcernunt opus operans, & opus operatum, &c. Et illi quidem confutarunt ethnicos philoſophos ac Iudæos, ſuaptè natura pertinaciſſimos; ſed vita magis & miraculis, quàm ſyllogiſmis, tum eos, quorum nemo fuit idoneus, vel unicum *Scoti Quodlibetum* ingenio

genio conſequi. Nunc verò quiſquis ethnicus, quis hæreticus non continuo ſe dat tot tenuiſſimis ſubtilitatibus, niſi tam Craſſus, ut non aſſequatur, aut tam impudens, ut exibilet, aut iiſdem inſtructus laqueis, ut jam par ſit pugna, perinde quaſi Magum cum Mago committas: aut ſi gladio fortunato pugnet aliquis cum eo, cui gladius ſit fortunatus: Tum enim nihil aliud, quàm tela Penelopes retexeretur.

Ac meo quidem judicio ſaperent Chriſtiani, ſi pro pinguibus iſtis militum cohortibus, per quos jam olim ancipiti marte belligerantur, *Clariſſimos Scotiſtas, & pertinaciſſimos Occamiſtas, & invictos Albertiſtas, unà cum tota Sophiſtarum manu mitterent in Turcas & Saracenos.* Spectarent, opinor, & conflictum omnium lepidiſſimum, & victoriam nō antè viſam. Quis enim uſque adeo frigidus, quem iſtorum non inflamment acumina? Quis tam ſtupidus, ut tales non excitent aculei? Quis tam oculatus, ut hæc illi non maximas effundant tenebras?

Verum hæc omnia videor vobis propemodum joco dicere. Nec mirum ſanè, quùm ſint & inter lepidos Theologos melioribus inſtituti Litteris; qui ad has frivolas, ut putant, Theologorum argutias nauſeent. Sunt, qui velut ſacrilegii genus execrentur, ſummamque

ducant

ducant impietatem, de rebus tam arcanis & adorandis magis, quàm explicandis, *tam illoto ore loqui, tam prophanis Ethnicorum argutiis diſputare, tam arroganter definire, ac divinæ Theologiæ Majeſtatem tam frigidis, imo ſordidis verbis ſimul & ſententiis conſpurcare.* At interim ipſi feliciſſimè ſibi placent, imo plaudunt adeo, ut his ſuaviſſimis næniis, nocte dieque occupatis, ne tantulum quidem ocii ſuperſit, ut Euangelium, aut Paulinas epiſtolas vel ſemel liceat evolvere. *Atque interim dum hæc nugantur in Scholis exiſtimant ſeſe univerſam Eccleſiam, alioqui ruituram, non aliter ſyllogiſmorum fulcire tibicinibus, quàm Atlas cœlum humeris ſuſtinet*, apud Poëtas.

Jam illud quantæ felicitatis putatis eſſe, dum arcanas litteras, perinde quaſi cereæ ſint, pro libidine formant, ac reformant, dum concluſiones ſuas, quibus jam aliquot Scholaſtici ſubſcripſerunt, pluſquam Solonis leges videri poſtulant, & vel pontificiis Decretis ante ponendas? dumque veluti cenſores orbis ad palinodium trahunt, ſi quid uſquam cum explicitis illorum Concluſionibus non adamuſſim quadrarit? Ac nõ ſecus atque ex Oraculo pronunciant; *hæc præpoſitio ſcandaloſa eſt; hæc parum reverentialis; hæc malè tinnit; ut jam nec baptiſmus, nec Euangelium, nec Paulus aut Petrus, nec Sanct. Hieronymus, aut Auguſtin.*

imo nec ipſe Thomas ἀριστοτελικώτατος *Chriſtianum efficiat, niſi baccalauriorum calculus acceſſerit.* Tanta eſt in judicando ſubtilitas.

Quis enim ſenſurus erat, eum Chriſtianum non eſſe, qui diceret has duas orationes: Matula putes, & matula putet: Item, ollæ fervere, & ollam fervere, pariter eſſe congruas, niſi ſapientes docuiſſent? Quis tantis errorum tenebris liberaſſet Eccleſiam, quos ne lecturus quidem unquam quiſquam fuerat, niſi magnis ſigillis iſti prodidiſſent? Verum an non feliciſſimi, dum hæc agunt? Præterea, dum inferorum res omnes ſic examuſſim depingunt, tanquam in ea Republ. complures annos ſint verſati? Dum pro arbitrio novos orbes fabricantur; addito denique latiſſimo illo, pulcherrimoque Elyſio, ne ſcilicet deeſſet, ubi felices animæ commode vel ſpaciari, vel convivium agitare, vel etiam pila ludere poſſent?

His atque id genus bis mille aliis nugis, horum capita adeo diſtenta differtaque ſunt, ut arbitrer, nec Iovis cerebrum æque gravidum fuiſſe, quùm ille Palladem parturiens, Vulcani ſecurim imploraret. Quare nolite mirari, ſi videtis caput illorum tot facciis tam diligenter obvinctum in publicis diſputationibus, alioquin enim planè diſſilirent. Illud quoque nonnunquam ridere ſoleo, quùm

rùm ita demum maximè ſibi videntur
heologi, ſi quam Maximè barbarè ſpur-
que loquantur &c. Negant enim è
gnitate ſacrarum litterarum eſſe, ſi
rammaticorum legibus parere cogan-
r.

Mira vero Theologorum Majeſtas. ſi
lis illis fas eſt, mendosè loqui; quan-
iam hoc ipſum habent cum multis
rdonibus commune. Poſtremo jam
is proximos ſe ducunt, quoties quaſi
B. religiosè *MAGISTRI NO-
TRI* ſalutantur, &c.

Hactenus Eraſmus, qui etiam in pluri-
us ibi conſuli poteſt. Ex quibus patet,
uod eadem ipſi fuerit intentio, ut tan-
m poſſit Verbum Jehovæ in ſyncerũ
ud Eccleſiam Chriſti reduci uſum:
quod Chriſtianiſmus non ita cum
hniciſmo deberet confundi, aut per-
rſiſſimè in tantam prophanitatem ab-
pi, id ipſe ſatis tota iſtius libelli in-
iptione demonſtravit, ubi ex *D. Pau-*
1. Cor. 1. 18. 23. 25. Vocabulum *μω-*
ις & ſtultitiæ hujus mutuatus eſt.
uod B. Lutherus in generalioribus
æſtitit; id ſanè heîc in particulariori-
us deduxit.

At multo præclarius idem poſtea in
ecialioribus enucleavit *Henric. Corne-*
s Agrippa ab Nitteſheim Iuris atque
edicinæ Doctor, ac Caroli V. Imperato-
Conſiliarius & Archijater in libro
pluſquàm

pluſquàm inſigni, quàm de Vanita
Scientiarum conſcripſit, ubi ad oculu
per omnes artes doctrinas & Scienti
talium Philoſophorum gentilium
prophanorum accuratiſſimè demonſtr
vit irrefutabilibus planè modis, & ev
dentiſſimis exemplis, quàm turpiter, pe
versè obſcœniſſimeque Divinum Ieh
væ Verbum cum tantis prophanitatib
commiſceatur, & quod non tantum n
hil inde certæ Scientiæ poſſint conqu
rere ſibi, ſed etiam peſſima totius Chr
ſtianiſmi faſcinatio & obtenebratio c
ficiatur, Spirituſque Jehovæ penitus e
Eccleſia & regno ſuo *talibus profan s h*
bitibus mentis expellatur, ejiciatur, e
cludatur. Ideoque admodum ſollicitè
anxiè omnes Chriſtianos ad veram, ſ
lidam, puramque & ſynceram Verbi cœ
leſtis culturam revocat tandem, quù
omnes litteraturæ falſæque Philoſophi
rationes cum triplici Theologiæ exam
natione Scholaſticæ, interpretativæ
Propheticæ *juxta D. Paul. 1. Cor. 14.* p
netraſſet.

Liber certè dignus eſt, qui omnibu
veritatis ſolidæ cupidis & ſtudioſis ri
conſtare deberet: Verùm artificium e
Diaboli ſummum, quod calumniis
nugis mortalium animos captivos du
cat ſibi, ne veriora & ſanctiora anima
vertant; imo bonos, qui communi ſalu
rectius quid conſultum cupiunt, in ex
trem

rema abripiat pericula. Veluti etiam huic optimo viro, & omnium Philoſophiæ veræ ſtudioſorum anteſignano id contigit, quod hunc ob libellum & Veritatis nimis dilucidam propagationem à Lovanienſibus non tãtum in carcerem deductus, ſed etiam judiciali proceſſu, non ſine vitæ periculo, diriſſimè per aliquot annos tunc exagitatus fuerit. Tãti certè eſt communes errores, perverſa conſuetudine approbatos & inveteratos, in meliorem vitæ revocare conditionem. *Namque hæc eſt mortalium pervicaciſſima malitia, quod potius tenebras ſemper, quàm lucem ament, ait Chriſtus ipſe Ioh. 3. 19.* Ita enim fit, undique, ut odio habeant lucem cuncti, dum mala peragunt, ne lux arguat illorum opera. *ibid.* 20. Sed ut viri illius optimi, qui in vera Philoſophia ex Magia antiqua Trimegiſti multò ſanctiora vidit, quàm vulgus judicantium cenſet (licet hunc innoxiè ſuſpectum totiesfacere ſtuduerint de veneficiis) ſententia vera eò clarius perſpiciatur, quid de Verbo Dei ſenſerit, & quàm devotè cunctos ad id retrahere conatus fuerit Chriſtianos in veriori cultu, juvat huc inferre caput 100. ex lib. de Vanitate Scientiarum. ex quo omnia rectius & longè clarius cuivis conſtare poterunt, quod ita ſe habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

De Verbi Cœleſtis Majeſtate, authoritate dignitate, firmitudine, ſynceritate certitudine, æternitate & vera cultura, quomodo omnis Veritatis lux & vis ſolummodo inde ſub ductu Spiritus Dei abſque ulla profanitatis mixtura petenda ſit.

ELOGION.

Ex Henrico Cornelio Agrippæ libro de Vanitate Scientiarum *Cap. 100.*

EN audiſtis modo, quàm ſint omnes diſciplinæ ambiguæ, quàm biſulcatæ, quàm incertæ, quàm plenæ periculo, ut quantum ex iſtis eſt, neſcire cogamur, ubinam quieſcat Veritas, etiam in Theologia, niſi ſit, qui habeat clavem ſcientiæ & diſcretionis (clauſum enim eſt Veritatis armarium, variiſque obductum myſteriis atque ipſis etiam ſapientibus & ſanctis præcluſum) qua ad tantum tam incomprehenſum theſaurum nobis pateretur ingreſſus. *Clavis autem hæc ſola eſt, nec quidquam aliud, quàm Verbum Dei: Hoc ſolum diſcernit omnem vim, ſpeciemque verborum, & quis ſermo ex arte ſophiſtica veniat, non veritatem, ſed ejus quandam præferens imaginem: &, quis ſermo veritatem non in ſpecie & in fuco; ſed in eſſe & ratione poſſideat, dijudicat:*

it: In ipſo omnis ars malitiæ & mendacio-um ſuperatur, neque argumentationes, ne-que ſyllogiſmi, neque ullæ ſophiſmatum verſutiæ contra ipſum ſtare poſſunt. Qui illi non acquieſcit, vel ab illo diſſentit, is, ut inquit Paulus, ſuperbus eſt, nihil ſciens. *Igitur ad ipſum Verbum Dei opor-tet nos omnes ſcientiarum diſciplinas & o-piniones, tanquam ad Lydium lapidem au-rum examinare, atque in omnibus eo ceu ad ſolidiſsimam petram confugere, atque ex eo ſolo omnium rerum veritatem venari, ac de omnibus diſciplinis, de omnium opinioni-bus, & Commentis judicare.* Quodcunque enim, *ut ait Gregorius*, ab eo authorita-tem non habet, eadem facilitate con-temnitur, qua probatur.

Hujus autem Verbi ſcientiam nulla philoſophorum, nec quorumcunque ſcholaſticorum gymnaſia tradidêre. Sed ſolus Deus, atque Iheſus Chriſtus per Spiritum Sanctum in illis Scripturis, quæ Canonicæ vocantur, quibus, juxta divinum præceptum, nihil addere licet, nihil detrahere. Quiſquis enim, etiamſi Angelus de cœlo, id egerit, anathema eſt, & à Lege Domini maledictus.

Hujus Scripturæ tanta Majeſtas eſt, tanta energia, ut nulla externa commen-taria, nullas humanas nec Angelicas gloſſas patiatur: nec tanquam cerea, ad humanorum ingeniorum placita, ſe flecti permittat, nec more humanarũ fabularũ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

in varios ſenſus ſe, tanquam Proteus a-liquis poëticus transformari, aut tran-fundi patiatur; ſed ſibi ipſi ſufficiens, ſe ipſam exponit & interpretatur: Et om-nes judicans, à nullo judicatur. *Maje-enim eſt ejus authoritas, ut ait Auguſti-nus, quàm omnis humani ingenij perſpicaci-tas. Vnum enim conſtantem ſimplicem, ſan-ctumque ſenſum habet, quo ſolo conſtat Ve-ritas, quo ſolo pugnatur & vincitur.* Cæte-ri verò extra hunc, ſenſus morales, my-ſtici, Coſmologici, typici, anagogici, tropologici & allegorici, quibus plæriq illam variis ac peregrinis coloribus de-pingunt, docere quidem nos, & perſua-dere, ad plebis ædificationem rectè, & verè aliqua poſſunt: Verùm ad authori-tatem Verbi Dei confirmandum proba-re aliquid, vel impugnare ſive reprobare non poſſunt. Nam adducat quis in cer-tamen horum aliquem ſenſum; Citet e-tiam ejus, quantumcunque gravem au-thorem, citet interpretem, citet gloſ-ſam, citet expoſitionem quorumlibet ſanctorum Patrum, non ita nos adſtrin-gunt, quin liceat reluctari.

Ex littera autem Scripturæ, ex illius ductu & ordine vincula nectuntur, quæ nemo perrumpere, nemo evadere po-teſt: quin omnes argumentationum machinas elidens ac diſſipans, dicere ac fateri compellat: quin digitus Dei eſt, quin nunquam ſic locutus eſt homo; quia

non ut Scribæ & Phariſæi loquitur , ſed ut poteſtatem habens: Ejus vero authores divinitus inſpirati canonem nobis ſaluberrima authoritate fecerunt, cujus ea magnificentia eſt, ut cuncta ei reddamus oportet, & quicquid pronunciaverit & docuerit, hoc abſque ulla retractione firmum & ſanctum teneatur. Sicut de hoc locutus eſt Auguſt. ſe ſolum eis libris, qui Canonici vocantur, hunc honorem deferre , ut nullum ſcriptorum eorum erraſſe credat. Cæteris autem, quantalibet doctrina, ſanctitateque polleant, ſe nolle credere , niſi evidenti ratione ex Divinis Litteris , quod à vero non abhorreat, perſuadeant. Ad has nos relegat Chriſtus , docens, ut ſcrutemur Scripturas. *Ex illis jubet nos Apoſtolus omnia probare, ut teneamus, quæ bona ſunt, atque probare Spiritus, utrum ex Deo ſint? ac in illis potentem eſſe , de omnibus rationem reddere, & contradicentes redarguere, ut ſic ſpirituales effecti, omnia dijudicemus, a nullo dijudicemur.*

Harum autem Scripturarum Veritas & intelligentia à ſola Dei revelante authoritate dependet, quæ non ullo ſenſuum judicio, nulla ratione diſcurrente, *nullo NB. ſyllogiſmo demonſtrante, nulla ſcientia, nulla contemplatione , nullis denique humanis viribus comprehendi poteſt, niſi ſola Fide in Chriſtum Iheſum, à Deo Patre per Spiritum S, in animam noſtrã trãs-*

fuſa. Quæ tanto quidem ſuperior eſt,à
que ſtabilior omni humanarum ſcien
tiarum credulitate, quantum Deus ip
hominibus eſt ſublimior & veracio
Sed quid veracior? Imò ſolus Deus v
rax, omnis homo mendax.

Omne igitur, quod ex hac veritate n
eſt, NB. error eſt; ſicut ex Fide quo
non eſt, peccatum eſt. Deus enim ſol
fontem Veritatis continet, à quo haur
re neceſſe eſt, qui vera dogmata cupi
quùm nulla ſit, nec haberi poſſit de ſ
cretis naturæ, de ſubſtantiis ſeparati
deque ipſorum authore Deo Scienti
niſi divinitus *r*evelata. Divina enim hu
manis viribus non tanguntur, & natu
ralia quovis momento ſenſum effugiũ
Quo fit, ut, quam nos de his Scientia
putamus, is error ſit & falſitas; quod i
Eſaias improperat Chaldeorum philoſo
phis & Sapientibus, ad eos dicens: Sa
pientia tua, & Scientia tua ea ipſa deci
pit te, defeciſti in multitudine adinven
tionum tuarum.

Cavet ſumma vigilantia Grammati
cus, ne quid peccet in ſermone, incul
tumque ac barbarum Verbum proferat
vitæ autem ſordes atque peccata inte
rim contemnit: Similiter & Poëta ma
vult Vita claudicare, quàm carmine; 8
Hiſtoricus Regum & populorum geſta
temporumque ſeries litteris & memo
riæ mandat, propriæ vitæ nullam tene

ratio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

rationem: & ſi teneat, nolit, pudetve cō-
iteri. Rhetor plus horret Orationis in-
elegantiam, quàm vitæ deformitatem:
Dialecticus mavult manifeſtam verita-
tem abnegare, quàm ob adverſarium *ab
una Syllogiſtica concluſione diſcedere.*

Arithmetici & Geometræ omnia nu-
merant, & metiuntur: animæ autem &
vitæ numeros menſuraſque negligunt.
Muſici quoque ſonos atque cantus tra-
ctant, contemptis moribus, animique
diſſonantiis, cujuſmodi Diogenes Sino-
peus citabat, qui lyræ Chordas ad har-
moniam congruè aptitarent; animi au-
tem mores inconcinnos & incompoſi-
tos habuiſſent.

Luſtrant cœlos & ſydera Aſtrologi, &
quid venturum ſit in mundo, prædivi-
nantur alii: quæ autem ſibi ipſis quotidiè
imminent præſentia, non attendunt
Coſmimetræ notitiam dant terrarum,
formas montium, curſus fluminum, limi-
tes provinciarum: Cæterum neque me-
liorem hominem faciunt, neque ſanio-
rem. Philoſophi rerum cauſſas & Prin-
cipia magna jactantia inveſtigant; ip-
ſum autem Deum, omnium rerum Crea-
torem negligunt & ignorant: Inter
principes & Magiſtratus nulla eſt pax,
& alter in alterius exitium ducitur levi
compendio.

Curant ægrotorum corpora Medici,
& proprias negligunt animas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Juriſtæ humanarum legum obſervantiſſimi, divina præcepta tranſgrediuntu quocirca proverbio ceſſit: Nec Medicum benè vivere, nec juriſtam benè mori: quod Medici genus hominum ſit intemperantiſſimum; Juriſtæ autem omnium, qui vivunt nequiſſimi, atque quod continuè videmus, & unus illorum non infimæ famæ Baldus juris interpres teſtatur, ſubitanea morte frequenter extinguuntur.

Theologi autem Dei mandata, ſacraque dogmata nobis clamando prædicāt, vivendo autem lōgè deſtituunt, maluntque Dei cognitores videri, quàm amatores. Nunc igitur, qui cætera novit omnia rectè loqui & ſcribere, carminiſque vires, ſæculorum vices, argumentandi rationes, Orationiſque ornatus, rhetoricoſque colores, & multarum rerum memoriam teneat, numerorum proportiones atque ſortes, vocum omnium harmoniam, ſaltationumque modos, quantitatum omnium menſuras, radiorum omnium inflexus, atque reflexus, terræ mariſque ſitus, ac magnitudines ædificiorū omnium, machinarumque varias ſtructuras, bellorum certamina, arvorum cultus, animantium capturas, paſtiones & ſagimina, & omnem ſpeciem ruſticationis: omnium mechanicarum artium & opificum induſtriam, picturam, ſtatuariam, fuſoriam, fabrilem, inſtitoriam, & naviga-

avigatoriam,aſtrorum curſus, atque in
æc inferiora influxus, fatorumque in-
enioſas prædictiones , & quæcunque
uturorum occultorumq; divinacula, &
nexpugnabilia Magicarum artium por-
enta, & pluſquàm Magica , cabaliſtica
rcana,rerum omnium naturalium cauſ-
as,tranſcendentiumque altiſſimas ſedes
c naturas,morum cenſuras,Reipubl. va-
ias adminiſtrationes,domeſticaſque diſ-
iplinas,remedia morborum,medicami-
um vires , illorumque agnitionem &
nixtiones , obſoniorumque lautiſſimos
pparatus, vertere rerum ſpecies , & ex
omnibus elicere mundi Spiritum: Sciat
tiam utraque jura , advocationumque
orenſes tragœdias , & ſanctorum Pa-
rum pias de divinis traditiones : *Is, in-
uam,qui hæc , & ſi qua ſunt reliqua , om-
ia novit ; tamen nihil ſcit, niſi ſciat Volun-
atem Verbi Dei: & fecerit illam. Qui om-
ia didicit. & hoc non didicit ,fruſtra didi-
it, fruſtra ſcit omnia.*

In Divino Verbo , in illo norma eſt;
n illo meta eſt,quo tendere oportet, qui
olit errare , & Veritatem attingere.
Omnes reliquæ ſcientiæ tempori & ob-
ivioni ſubjectæ ſunt ; quin non ſolum
hæ ſcientiæ & artes , ſed hæ litteræ &
Characteres, & linguæ , quibus utimur,
eribunt,& reſurgent aliæ , & fortaſſe
am ſæpius extinctæ fuerunt , & ſæpius
terum reſurrexerunt. Neque ipſa Or-

thographiæ ratio ſemper eadem fu
nec ſimilis apud omnes, vel eodem ſæ
culo: Et Latinæ linguæ genuina pr
nunciatio hodie nuſquam eſt: Priſci H
bræorum Characteres perierunt,& n
eſt eorum memoria; ſed quos novos a
invenit Eſdras? Et lingua eorum à Ch
dæis corrupta, quod omnibus ferè li
guis contigit, ut nulla hodiè ſit, qu
ſuam antiquitatem agnoſcat, vel intel
gat, ſubnaſcentibus viciſſim novis v
cabulis, dejectiſque veteribus, illiſq
porrò rurſum reſtitutis. Adeò nihil e
ſtabile, nihil diuturnum. Denique T
rentiana ſententia eſt; nihil eſſe jam d
ctum, quod non ſit dictum prius; ita fo
tè nec factum, quod non ſit factū priu
quin & bombardam, cujus recens Ge
manorum inventum putant omnes, no
nulli (inter quos eſt Volaterranus) pr
ſco ævo uſitatum fuiſſe, vel ex Virgil
verſiculis convincere volunt:

Vidi & crudeles dantē Salmonea pœna
Dum flammas Iovis, & ſonitus imit
tur Olympi, &c.

Nonne de hoc locutus eſt Eccleſ. in
quiens? Quid eſt, quod fuit ipſum, quo
factum eſt? Ipſum, quod faciendum eſ
Nihil ſub ſole novum, nec valet qui
quam dicere: Ecce hoc recens eſt. Iam
enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerun
antè nos, non eſt priorum memoria; ſe
nec eorum, quæ poſtea futura ſunt, er

recor

recordatio apud eos, qui futuri ſunt in noviſſimo. Et paulò inferius ait: Moritur ſimul doctus & indoctus; quid ergo dicemus? niſi, quia omnes ſcientiæ & artes oblivioni & morti ſubjiciuntur, nec perpetuo manebunt in anima; ſed unà cum morte tranſibunt in mortem, dicente Chriſto. Quia omnis plantatio, quam non plantavit Pater cœleſtis eradicabitur, & in ignem æternum mittetur: *tantum abeſt, ut ſcientia conducat immortalitati. Solum autem Verbum Dei manet in æternum.* Cujus quidem cognitio nobis tam neceſſaria eſt, ut, qui contempſerit, qui neglexerit, qui non audierit (teſte ipſomet Verbo in Scripturis Sacris) inducet ſuper illum Deus maledictionem, & perditionem & judiciũ æternum. *Non eſt ergo, ut putetis, ipſum ſolos ad Theologos pertinere; ſed ad omnem hominem; omnes ad ejus cognitionem, pro data ſibi capacitatis gratia, obligari, & illo ne feſtucam diſcedendum.*

Hinc in veteri Lege præcipitur: Erũt Verba hæc in corde tuo, cunctis diebus vitæ tuæ, & narrabis, & mandabis ea filiis tuis, & nepotibus cuſtodire & facere ea; meditaberis ea ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens ac conſurgens: Et ligabis ea tanquam ſignum in manu tua, eruntque, & movebuntur inter oculos tuos, ſcribeſque ea in limine, & oſtiis domus tuæ, Sic Ioſue legit

legit omnia Verba & cuncta quæ ſcrip
fuerant in Legis volumine, coram om
multitudine, mulieribus, & parvulis,
advenis. Et Eſdras attulit librum leg
coram omni multitudine virorum
mulierum, cunctiſque, qui poterant in
telligere, & legit in eo apertè in plate
*Et Chriſtus jubet Euangelium ſuum præd
cari omni creaturæ, per univerſum orbe
terrarum, idque non in tenebris, non in au
rem conclanculariè, non in cubiculis, non a
aliquos ſegregatos magiſtros & Scribas; ſe
palàm in lumine, ſuper tecta ad populum, a
turbas.* Sic enim ait ad Apoſtolos: Quo
vobis dico, omnibus dico: Quod vobi
dico in tenebris, dicite in lumine: E
quod in aurem auditis, prædicate ſupe
tecta. Et Petrus in Actis ait: Præcepi
nobis prædicare populo. Et Paulus jubet educari pueros in inſtitutione & admonitione Chriſti. Quin ipſe Chriſtus increpavit diſcipulos prohibentes parvulos ad ipſum venire, & quorum ſimplicitatem, & humilitatem, ut nullis pravis opinionibus præventum, nec ullis humanis ſcientiis inflatum habentes animum, divinorum Verborum auditori adeo neceſſariam eſſe docet, id niſi quis ſicut parvulus effectus ſit, omnino ineptus ſit regno Dei.

Hinc Chryſoſtom. in quadam Homilia vult, pueros præcipuè divinis Litteris occupari debere: quin etiam domi, at-

ne privatim viros, cum uxoribus & liberis invicem de Sacris litteris diſputare; ac ultro citroque, & ferre, & inquirere ſententiam. Et Nicena Synodus decretis ſuis cavit, ne quis è numero Chriſtianorum Sacris Bibliorum libris careret. Scitote ergo nunc, nihil eſſe in Sacris Litteris tam arduum, tam profundum, tam difficile, tam abſconditum, tam ſanctum, quod ad omnes Chriſti fideles non pertineat. Quin tota ipſa Theologia omnibus fidelibus communis eſſe debet: unicuique autem ſecundum capacitatem & menſuram donationis Spiritus Sancti. *Boni itaque Doctoris eſt, unicuique ſecundum id, quod confert, quantum capere poteſt, diſtribuere: illi quidem in lacte, alteri autem in ſolido cibo; neminem neceſſariæ Veritatis paſtu defraudare.*

Concluſio ejuſdem ad Scient. Magiſt. C. 101.

TAndem, ut me aliquando recolligam, *ait*, audiſtis ex his, quæ ab initio huc uſque dicta ſunt, nihil aliud eſſe ſcientias & artes, quàm hominum Traditiones, à nobis bona in illos credulitate receptas, eaſque omnes conſtare non niſi ex rebus dubiis & opinionibus, per apparentes demonſtrationes: eſſeque omnes non tam incertas, NB. quam

quam fallaces, quàm ſimul etiam impia
Quocirca credere omnino impium e
illas poſſe nobis aliquam divinitatis a
ferre beatitudinem, &c. *Hactenus i*
perquàm ſacerrimè & veriſſimè.

Iam vero vos, ô Chriſtiani omne
quotquot undique eſtis omnes huc v
advocati & acciti eſtote, accurrite hu
& agnoſcite hunc ſermonem, perpe
dendo ſingula.

Adeſte, quæſo, & obteſtor ſingulo
dicite, ac ex corde confitemini: Nu
aliquis ſit, cujuſcunque ordinis veli
an ſit; etiam, inter Theologos mode
nos, qui tam ingenuè, tam magnificè &
apertè de Verbo Dei abſque invidia t
lia teſtatus, aut pro locutus ſit, quàm iſt
vir optimus? Dicite hoc etiam, nu
quid rectius & ſanius de Verbo De
poſſit proferri, atque iſte fecit? An no
potius multi id variis modis involven
do, obſcurant, & diſſimulant; imo & op
primunt? An non ſunt etiam, qui nefa
putant, ſi homo alius, quàm Theologus
ut vocari volunt, de Verbo Dei prædi
cationem ſanctam faciat? An vero no
omnibus Chriſtianis hoc competat? im
& pueris in recto ſuo uſu, ad ædificatio
nem omnium? Etenim, ait D. Luthe
rus. *præſtat vel à ſtultis, à pueris, ab ebrij*
veritatem dici quàm omnino taceri. Tom. 1
Lat. p. 97. It. p. 107. Quid ad te, ſi Domi
nus per aſinum aut aſinam loquatur, dum-
modo

odo tu Verbum ejus audias &c. *Id. p.*
3. Vtinam collaboratores Lutheri
c obſervaſſent, & alios etiam beni-
ius admiſiſſent ad commune ſalutis
hriſtianæ ſymbolon; nunquam in tot
tarum opiniones abiiſſent: nunquam
n acres de articulis compoſitis con-
rtationes ſibi confeciſſent. Etenim
unitate Spiritus & conjunctione ſoli-
vera ſuſcipitur ædificatio Eccleſiæ &
gni Chriſti, uti toties hoc in omnibus
biſt. Divus nobis inculcat Paulus; quùm
bis ſtandum ſit in uno Spiritu. *Phil. 1.*
. velut in uno Corpore, quod revera
uno repræſentamus Spiritu. *Eph. 4. 4.*
loſſ. 3. 1. & 1. Cor. 12. 13. Æmulatio-
s vero & perpetua ambitionis comes,
mia arrogantia, Iehovæ & Spiritui
us omnem continuò eripiunt honorē,
Idololatria veritatem Cœleſtem adul-
rando corrumpunt peſſimè, quoties
erbo Dei ſubmiſcentur. Vnde tot diſ-
pationes ingeniorum, opinionum, ſe-
arum & litium exurgunt confeſtim,
ando homo de ſuis quid heic ſubor-
nat viribus, ubi unicè in Spiritu Chri-
ſti ſtandum eſt, non aliorſum ad Ethni-
um Sapientiam flectendo mentem. Nā-
ue tunc non amplius pura eſt Fides in
hriſtum, quùm neceſſum ſit, ut homo
ſit in Spiritu & veritate, quod Scri-
tura eſt in Verbo Dei. Quid enim eſt
Scriptura aliud (*ait d. Hieronym. in*
præfat.

præfat. Pentateuchi,niſi quædam Epiſt
Omnipotentis Dei ad Creaturam ſua
In qua Verba Dei ſonant, & Cor Dei
diſcitur. Hoc agendum, & nil ali
Hoc reſpiciendum in cunctis vitæ v
nec ullus alius ſapientiæ externæ duct
aut applicatio expetẽda eſt. Si vero vel
nutiſſimũ cœcæ rationis ſemẽ ſubmiſc
tur, excreſcit inde ſtatim Zizania diab
cum veneno & vepribus, cujus fomen
maximè delectãtur ſerpentes. *Utinam*
illi viri ſummè venerandi perfeciſſent
namen quod communi voto in extermin
do ethniciſmo & ejus ſapientia ardentiſſi
ſuſceperant! Verum Diabolus heic no
ſuis abeſſe noluit diu artificiis. Ideoq
non exiguo fuit ſcandalo primo Caro
ſtadii & Lutheri diſſenſio; quod pro
nus excepit Eraſmi cum Luthero diff
rentia Arbitrii liberi. Mox tertium
quartum inſuper adjectum eſt cu
Schvvenckfeldio, inde cum Zuinglio
Bucero. Sed quur non Marpurger
Colloquium *Anno 1528.* in effectum
deductum? quùm utrique pars ſe ſu
miſiſſet debitè precationibus, pro ill
minatione Dei plenius conſequenda?
quàm grave eſt, Spiritui pacis & amo
manſuetudiniſque nuncium remittere? In
enim certè factum, quod omnes
priorem recurrerent profanitatis ard
rem, & non tantum à vitæ pietate
probitate nonnihil deficere inciperen
ſe

d etiam undique ad rationis arma pro-
ına fortiter in mutuis digladiationibus
onfugerent, eademque firmis indue-
ent ſcilicet clypeis & loricis, pro ſua
Philoſophia vana, quam ita ſtrenuè ex-
ugnarat Lutherus antea. Vbi ſe præci-
uum Philippus Melanchthon extulit ar-
ificem, cui ethnica Philoſophia adeo
ordi erat, ut non quid loci apud eum
ortiretur vera illa antiqua Patrum San-
ctorum.

Nihilominus Iehova miſericors aliud
xcellens exſuſcitavit ingenium in ve-
eri & verè ſolida Ioſephi, Triſmegiſti
& Salomonis Sapientia, nimirum *Theo-
phraſtum Paracelſum*, qui Philoſophiæ
uæ virtutes in variis effectibus & mi-
anda morborum curatione lapideque
Philoſophico ipſo demonſtrare potuit,
ıt potius ad ſanam, quàm inſanè rabioſã
ic ſophiſticam convertere homines de-
buiſſent. Sed obtigit idem illi, quod
Chriſtus de Iohannis Bapt. & ſua affir-
mat præſentia *Matt.11. 18. 19.* dicens:
Venit Iohan. nec edens, nec bibens, &
ajunt, Dæmonium habet. Venit Filius
hominis edens & bibens, & dicunt; Ec-
ce homo edax & vini potor, publicano-
rum amicus & peccatorum. Niſi Theo-
phraſtus tam felix in iis morbis, quos
vulgariter Galenici pro deſperatis & in-
curabilibus habent, curandis fuiſſet, ut
talibus hominibus etiam in conſpectu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Medicorum ipſo ſanitatem reſtitue
potuiſſet, nec non ſimul quàm plu
rimi ſibi ſpem de ejus lapide Philoſo
phico concepiſſent; non ſaltem ejectu
eſſet pridem in exilium, ſed quoque
morti crudeli victima cecidiſſet. In ve
ra autem Philoſophiæ Magia quàm po
tens fuerit, id alii ſatis explicarunt, u
etiam miraculoſa aliis, nonnullis ſuper
naturalia, aliis dæmoniaca facta & ar
tes videantur. Sed veſania hæc eſt mun
di cœca, quæ verè priſcam ignorat Ph
loſophiam Patriarcharum & Ægyptio
rum. Ideoque ſtultè illi faciunt, & me
ram ſuam produnt ignorantiam, qui Pa
racelſum novæ Medicorum Scholæ au
ctorem adſeverant: quod alibi explica
vimus pluribus. Etenim & ipſe Corne
lius Agrippa in ea prævaluit Philoſo
phia, quæ in Magia fundata eſt. Verum
quùm mundus talia dona inſignia Dei in
iſtis hominibus agnoſcere nollet; & in
dignum ſe his redderet, noluit quoque
Deus ut diutius tanti viri ſupereſſent:
Velut & *H. Cornel. Agrippa*, quùm eſ-
ſet *Anno æræ Chriſtianæ 1486. 14. ſept.*
natus, obiit *an. 1534.* Theophraſtus au-
tem *obiit 24. ſept. anno 1541.* ætatis 47.
Salisburgi. Sic & B. Lutherus obiit
diem ſuum Iſlebii *anno 1546. die 18.*
Febr. ætatis 63. & Wittæbergæ tradu-
ctus, ibi in templo arcis *22. Febr.* ſepul-
tus eſt.

Not

Non certè heîc ipſius ſummi viri Cy-gnea cantio, quam ſæpius repetere in ſeveris ſuſpiriis cordis non deſiit, negli-genda eſt, quâ toties Germaniæ & com-muni Patriæ ſuæ, ob ingratitudinem ſummam in Verbum Dei, & vitam car-nis diſſolutiſſimam, vaticinium juſtum prædixit, quod itidem pluribus in locis ex Magia ſua protulit Theophraſtus, Germaniam in ſui perniciem perditam ruituram eſſe. Sed Verba hujus rectius alibi explicantur.

Lutheri vero ſaltem ex aliquot addu-cemus locis. *Tom. 2. Germ. pag 69.* ita loquitur: *Deus mihi teſtis eſt, quod ſupra modum anxia cordis ſollicitudine aſſiciar in hoc, niſi extremus dies ludum interrumpat iſtum, quod Deus rurſus Verbum ſuum Germanicæ nationi ſit ſublaturus. Ejuſmodi enim illi immittet cœcitatem, & ita obdu-rabit eandem, ut exhorreſcam ad talia, quo-ties mecum recorder. &c. Id.* Hoc expe-rientia teſtatur, quod in nullo mundi lo-co, ultra hominis memoriam, Verbum Dei purè incorruptum manſerit: Sed quàm diu in vivis fuerunt, qui illud ex-citarunt, tam diu quoque ita perſtitit, & accrevit. Illis autem de mortuis, ſtatim extinctum eſt etiam lumen hoc; ac in-ſequebantur inde ſpiritus hæretici fal-ſique interpretes. *Idem. Diabolus certè minus dormit; ille multo plura conficiet diſsidia quia circumſpicit jam & hoc in-*

 tendit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tendit unicè, ut eo rem perducere poſſit,
amplius in Eccleſia vera ſuperſit doctri
Imo (velut indicia certa apparent) id e
ciet mox, ut, ſi quis totam peragret peni
undiquaque Germaniam, nullam ampl
Cathedram ſit inventurus ubi Verbum I
purum & integrum prædicetur, ſicut a
teà. Inde jam totis id enititur viribus p
dem, ne vera excreſcat doctrina Fidei: qu
nullatenus id perferre valet. Id. in P
ſtill. Dom. fol. 373. Niſi extremus di
maturè ingruat, certè in eum omnia r
ſtituentur locum, ceu antehac in Pap
tu fuit, imo longè deterius quid eveni
ita, ut Doctores & docentes non am
plius quid de Deo & ejus præceptis e
vero Verbo ſint cogituri; multo m
nus ipſis Chriſtus erit cognitus. *Ide*
fol. 456. Optarem omnino, ut rectè a
ticulus de Chriſto perciperetur. Nam
que novi certus, quod Diabolus tam i
ea Viæ ſit præparatione totus, ut ſectas
& hæreſes inſtituat, &c.

Hæc & multo plura ſæpius ceu veri
ſimus vates prædixit non ſine magn
animi commotione, & maximè ſollici
tus fuit Philippi Melanchthonis cauſsâ
quem toties vacillantem deprehendera
more Philoſophico, quàm potius ratio
nali quàm ſpirituali niteretur Theolo
gia, uti in ejus Colloquiis id paſſim vi
dere eſt. Et quis mortalium inter Chri
ſtianos paululum acutior id poſſit ve
auſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſit negare, quod totum fermè hoc ſe-
lum adeo diſputax & ex terminis pro-
næ Philoſophiæ futilibus ac Metaphy-
antibus diſputabile fuerit redditum,
vix etiam veſtigia ſacratioris Chri-
aniſmi extiterint agnoſcenda? Imo
ta Chriſti planè fuit in amore proximi
blata. Sic ambitioſa ingenia Verbum
ei in cordibus enecarunt, ut ſaltem in
rditam Scholaſticam deſputationum
bam & tenebras denſiſſimas denuo
ſtruſerint.
Quum adhuc Lutherus in vivis
ſet, talia ſtatim molitus eſt *Philippus*,
confeſtim ab ejus obitu miris ſe con-
rſit modis vertumni adinſtar; quem-
modum id egregiè tempore interimi-
co qui quintus fuit lapſus Eccleſiæ, de-
onſtravit, qualis fuerit. Ideoque Deus
rum mox alium excitavit virum *D.*
accum Illyricum, qui omnia ſatis per-
icaciter penetrare ſatagebat, & Baby-
nicas detegere involutionum confu-
ones. O quam ſedula vigilantia & cu-
haud fucata ille ſtuduit calamitates &
verſitates divertere ab Eccleſia? Ipſe
emini, quæ ſcripta ejus inveneram in
rchivis Magdeburgenſibus, quibus
hilippo ſuas amicè ſatis exprobravit &
texit deviationes & errores haud
ves, ad meliorem illum retrahendo
am. Verum quum ille Lutheri aucto-
tatem nonnihil in ſe derivaſſet, non

deſtitit Illyricum hunc virulenter ſup-
primere, quod etiam candidioris not
viri negare non valebunt: Ne quis in
mulationis ergo me hoc proferre pu
tet, adducam eximii viri *Petri Piſcat*
ris Theologiæ Doct. & Profeſſoris Ienen
teſtimonium, quod publicè extat i
ejus Commentario *in Conc. Form. Diſt.*
2. th. 4. 5. 6. & ſeq. cujus verba ita ſ
habent,

Non ille (*Matth. Flaccus*) ceu gre
garius miles aliquis initio pro tuenda
conſervanda, propagandaque Veritat
cœleſtis ſui Imperatoris ſtipendia me-
ruit, aut ea curavit, quæ πρὸς τὰ ἄλφιτα
facerent, & quibus favorem & applau-
ſum vulgi Magnatumvè ſibi conciliaret.
Sed conticeſcentibus fermè aliis, qu
columnæ Eccleſiarum eſſe videbantur,
imo cum manifeſtis Veritatis hoſtibus
tantum apertè non colludentibus, inte
primos ille, in acie, pro grege Domini-
co, ſtando, ſtrenuè depugnavit Romanũ
Antichriſtum, beluam illam Tarpeiam,
ſedentem in urbe ſepticolli inclamavit:
impoſturas interimiſticas detexit: cor-
ruptelas atque colluſiones Adiaphoriſti-
cas damnavit, dogma Majoris impium
confutavit: delirium Oſiandri redar-
guit; Ethniciſmos Stenckfeldii profli-
gavit: nec non ſacramentorum, hoc eſt,
Swinglianorum & Calviniſtarũ furores
& blaſphemias maſculè, ſolideque im-

pugna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

pugnavit & evertit. *th. 5.* Multorum
inde odium, plus quàm Vatinianum in
e concitavit adeo, ut in rabiem quaſi
& furorem acti viderentur adverſarii,
quotieſcunque Flacci Illyrici recorda-
rentur, aut ab aliis ejus mentionem fieri
honorificam præſertim, audirent. *th. 6.*
Hos inter acerbiſſimos expertus eſt Se-
mipapiſtas, hoc eſt Adiaphoriſtas & col-
luſores interimiſticos; nec non ſacra-
mentarios, maximè omnium Cripto Cal-
viniſtas; quandoquidem conatibus illo-
rum impiis & dogmatibus blaſphemis
animosè reſtiterat, eademque ſolidè
confutârat. *th. 7.* Hinc adeo factum
eſt, ut Orrhodoxos omnes veros ac γνη-
σίȣς Divi Lutheri diſcipulos, quos rigi-
dos Lutherianos Bellarminus vocat, à
Flacco Flaccianos nuncuparent, &c. Non
ob falſum dogma ullum. quod ſparſiſſet
Illyricus; ſed quod Depoſitum ille Divi
Lutheri adverſus omnis generis corrup-
telas, ſartum tectumque conſervare, pro
virili cuperet, Veritatemque cœleſtem
magna animi fortitudine, Spirituque ac
Zelo ferventiſſimo adſereret ac propu-
gnaret.

th. 8. Cæteros porro inter errores
tum graſſantes, tum ſynergiam quoque
Victorini Strigelii, Colloquio Vina-
rienſi, *anno 1560.* initio menſis Auguſti,
juſſu Illuſtriſſimorum Saxoniæ Ducum,
inſtituto, ſecundum Scripturas divinas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

rectè atque orthodoxè rejiceret, adeoque quod ſcopum principalem totius iſtius Diſceptationis de viribus humanis attinet, quàm rectiſſimè ſentiret, Veritatisque Patrocinium legitimè ſuſciperet; factum eſt, ut inter colloquendum ſemel atque iterum peccatum originis ſubſtantiam appellaret, idemque ſecundum Scripturas & Lutherum ita nuncupare diceret, Diſputat. Vinarienſ. *pag.* *22.25.& 26. th. 9.* Quum enim ad aſſerendum liberum arbitrium ac voluntatem unà cum proprietatibus, modoque agendi, uti loquebatur, huc tenderet Victorinus, ut ſubſtantiam ipſam per peccatum Originis tanquam accidens, corrumpi non poſſe pugnaret; inculcando identidem diſcrimen inter ſubſtantiam & Accidens, ſuppreſſa tamen majore propoſitione, quæ talis futura erat: Nullum accidens corrumpit ſubſtantiam: quæ expreſsè poſita falſitas ejus citius deprehendi, vel ex Logicorum ſaltem atque Phyſicorum Regulis, potuiſſet: Ibi aliter effugere, vel ex tricis iſtis expedire ſe commodius non poſſe, in fervore Diſputationis putavit Illyricus, quàm ſi peccatum Originis ipſum; non accidens, ſed ſubſtantiam eſſe, & quidem humanam cum præſtantiſſima hominis corrupti parte, &c. pronunciaret. *Hactenus ille.*

Pauca hæc quidem verba ſunt; multa tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

tamen continent, ut inde non tantum labor immenſus & integritas Illyrici illius in omnibus pro Eccleſia conatibus, ſed etiam quàm iniquiſſimè pro gratiarum actione ipſi noſtrates illum innocentiſſimum uſque ad extrema perſecuti fuerint, conſtare poſſit; ceu fidelibus omnibus Chriſti miniſtris ſub ſpecie recti tale mundi præmium perſolvi ſolet, uti Chriſtus ipſe de Ioh. Baptiſta teſtatur. Nimirum hoc glorioſi illi Philippi ſectatores cũctis machinis perficiebant, ut vindictam Magiſtri ſui exererent, quem adeò offenderat Flaccus iſte. Deinde ex allegato loco Piſcatoris hoc quoque patet, quam ferventer rabioſæ fuerint illius temporis diſputationes ſectarum, & quæ ſibi mutuo nomina pluſquàm fervidi impoſuerint. Vnde in eam quoque abrepti ſunt impotentiam ſui, ut non tantum de Adiaphoris habuerint concertationes; ſed etiam Quæſtiones pluſquam mirificas ſibi confinxerint de perſona Chriſti, de prædeſtinatione, ubiquitate, & inprimis de ſola fide, an homo per eam abſque bonis ejus fructibus & operibus intrare poſſit regnum Dei & ſalvus fieri: Vnde tanta ſecuritas & malitia litigabunda introducta eſt, ut nemo non ſibi pro libertate carnis, quam etiam Chriſtianam ducerent, quidvis licitum putaret, ac ſufficeret ſaltem, ſi quis

ore fidem lingualem diſputabiliter valde intonare poſſet; quod Confeſſionem d[...]cebant puram, quum reliqua ſatis juſtit[...] imputativa Chriſti perficeret. Erant quoque qui dicebant, qui hoc negare[...] quod talis fierit imputatio Chriſti, illum Chriſti merito blaſphemè id detrahere[...] ac propterea hæreticum ſtatim dicendi[...] quùm non opus eſſet, ut quis opera ſu[...] Fide Charitate perficeret; At Chriſtu[...] quidem omnes adimplevit noſtri loc[...] leges, ſed imitatores non exigit ſuos ſub pœna inferni.

Quid igitur ſupereſſet quàm ut bar[...]bariſmus antiquus revocaretur, in per[...]verſa ſecuritate carnis? An non jam e[...]gregiè Lutheri vaticinium inde in effe[...]ctum deductum eſt? Quippe adeò à Div[...] Lutheri doctrina diſceſſum fecerant ſub ejus nomine, ut prorſus nollent in ulla operis bonitate inveniri, quum tamen hoc ſemper pro firmiſſimo ponat axiomate Luth. ut habet *Tom. 1. Lat. p. 307* ac alibi paſſim, quod *Facere legem & implere legem, ſit Credere in Chriſtum, adeo ut niſi facias, & opere ipſo expleas, quæ credere te dicis, ipſo ſtatim facto neges Fidem & Verbum Dei.* Vſque Fides planè nulla eſt, niſi ſe in facto & opere Charitatis exerat; & qui non diligat in veritate facti Deum & proximum ſuum, non habeat Fidem, quùm Fides non in verbis oris nudis ſed in vivido opere con-

ſiſtat

ſtat, & res ſit prorſus vivida, non litte-
ra mortua. *Tom. 1. Lat. p. 32. 106. 293. 408.*
409. 438. 451. Vnde ibidem *pag. 444. f.*
ait; Si unum habes, in quem non es
dulcis affectu, jam nihil es, etiamſi mi-
racula opereris. *Quia Charitas eſt lex*
Chriſti & mandatum ejus ibid. p. 454. In-
de quale eſt Verbum, talis ab eo fit A-
nima ceu ferrum ignitum candet ſicut
ignis propter Vnionem ſui & ignis,
Ibid. pag. 465. Hinc vir bonus facit bo-
na opera *p. 469.* & juſtus facit juſta
409. Ideoque concludemus Chriſtia-
„ num hominem non vivere in ſe ipſo;
„ ſed in Chriſto & proximo ſuo, aut
„ Chriſtianum non eſſe. *Ib. 473. 6.* Aliàs
„ totum genus humanum, quantalibet
„ ſapientia aut juſtitia coram homini-
„ bus fulgeat, nihil, niſi maſſam perdi-
„ tionis & maledictionis eſſe *p. 423.*
„ Quùm vita Chriſtiani non ſit ipſius, ſed
„ Chriſti in eo viventis. *437. It. Poſtil.*
„ *Eccl. Dom, 9. Trinit.* Ac ne homines
„ ejus ſectatores heîc aliis opinionibus
„ ſe commacularent, vitamque Chriſti
„ à Fide ſepararent; ſeque à Diabolo
„ denuo ſeduci paterentur, propterea
„ ſedulo illis undique id inculcavit, ut
„ abſtinerent à mixtura vanæ Philoſo-
„ phiæ & Verbi cœleſtis: uti ejus fue-
„ runt hæc axiomata firmiſſima: Quod
„ Logica ſaltem garrulitatis garruloſiſ-
„ ſima ſit mater, *Tom. 1. Lat. p. 153. Item.*
„ Scriptu-

„ Scriptura Sancta vult in timore & hu„ militate tractari, & magis ſtudio pia„ orationis penetrari, quàm acumine„ ingenii *p. 166.* Quippe Chriſtus fine „ Chriſto non agnoſcitur aut apprehen„ditur. *p. 172.* quum homo etiam in re„ bus divinis ſine Chriſto nil habeat„ quàm tenebras, errores, malitias, & „ perverſitates voluntates & intellectus „ *p. Tom. 4, Lat. p. 58.* Proinde ſi cogni„ tio Chriſti deſit, omnis ſapientia eſt „ ſtulticia, omnis juſtitia eſt iniquitas, „ peccatum, quin ipſa vita quoque mors „ eſt. *Tom. eod. p. 772.* At fieri non po„ teſt, ut benè de fide ſcribat, aut rectè „ ſcripta intelligat, qui non Spiritum „ ejuſdem, urgentibus tribulationibus „ aliquando guſtaverit. *Tom. v. 1. Lat, p.* „ *464.* Imò Scripturæ non niſi eo Spi„ ritu intelligendæ ſunt, quo ſcriptæ „ ſunt: qui Spiritus nuſquam præſen„ tius & vivacius, quàm in ipſis Sacris „ ſuis, quas ſcripſit, litteris inveniri „ poteſt. *Tom. 2. Lat. p. 309.* Idcirco er„ ror eſt dicere, ſine Ariſtotele non fit „ Theologus: Imò Theologus non fit, „ niſi id fiat ſine Ariſtotele. *Tom. 1. Lat.* „ *10.* Vnde tales & omnes alias cogita„ tiones aut vias rationis & carnis oc„ cidito, quia Deus eas deteſtatur. Id u„ num age, ut ſuſcipias Filium, ut pla„ ceat in corde tuo tibi Chriſtus, in ſua „ nativitate, miraculis & cruce. Ibi

enim

enim eſt liber vitæ in quo ſcriptus es. *Tom. Gen. 3. p. 37.*

Nihilominus à tali doctrina tantum diſceſſum, tam immenſæ altercationes fecerunt, ut non amplius Luth. diſcipuli ſui Magiſtri in talibus poſſent meminiſſe. Atque ut eo rectius ſe palliare novo veſtitu religionis poſſent, & ſuum ſalvare Philippum, non tantum novas formulas loquendi conceperunt, quibus & Sacra Scriptura & ipſe Lutherus eſſet intelligendus, ſed etiam in ſubſidium advocarunt denuò totius Ethniciſmi culturam, in toties rejecta à Luthero Philoſophiâ vana & ipſo Ariſtotele. Vnde quoque non ſanè tot acerbitates litigantium imminutæ, ſed confuſiones cum furore magis in barbariem extremam contentionum ſæviſſimarum & condemnationum mutuarum abreptæ ſunt & tamen maximè pii auctores ubique haberi voluerunt, uſque etiam in hunc diem, quaſi nullam prorſus turbarint aquam.

Etenim ait *D. Luth. Tom. 2. G. n. p. 120.* Impietas nunquam vult haberi & eſſe impietas; ſed pietatis & religionis laudem aucupatur, & ita pingit cultus ſuos, ut veri cultus & vera religio præ iis ſordeant. Et Satanas Veritatem ſub ſpecie Veritatis oppreſſit, quoties oppreſſit. *Tom. 2. lat. 304.*

In qua ferventiſſima lucta quùm ita ſemper-

ſemper victorioſus evaderet diabolu
dum ita in vita diſſoluta ſecuros effec
ſet, Fidem à vita Chriſtiana ſeparand
& prorſus Charitas jaceret per aliqu
extincta luſtra temporis, dominante f
paſſim per academias profana Philoſo
phia; Vir certè perquam excellens
acad. Iulia Helmæſtadii hunc Diabo
luſum obſervarat nomine *Daniel Ho*
man. Theol. D. & profeſſor; qui proin
ſub exordio ſeculi novi vera veſtig
Lutheri incipiebat relegere, in oppu
gnando arcem antiquam diaboli, quar
Sapientiæ profanæ munimine tam for
titer cinxerat. Is igitur quum ann
1598, collationem publicam cum inſ
gni Theologo M. Caſparo Pafradi
ad ejus Doctoratum de Deo & Chriſt
eſſet inſtituturus, *in Programmate* 1
Ian. tum adſeverabat ex Luthero, quo
quanto magis excoleretur ratio human
philoſophicis illis ſtudiis (in academiis ite
rum nempe receptis) tanto armatior hoſt
prodiret; & quo ſeipſam amaret impenſiu
eo Theologiam invaderet atrocius, & erro
res pingeret ſpecioſius. Unde Divus Pau
lus, ait, *ad Coloſſ.* 5. Philoſophiam depræ
dantem diſcipulos Apoſtolorum agno
vit, & *ad Gal.* 8. inter opera Carnis re
jecit hæreſes, quod primitiva Eccleſi
per experientiam edocta ſic explicavit
Philoſophos eſſe hæreticorum Patriar
chas, &c. Sic & in Epiſtola ad *Ioh. Caſ*
ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

b dato 25. Iul. eod. an. affirmabat ex
. Paulo, *ipſum lumen rationis naturaliter*
r carnaliter adverſari Deo & ſummis
andatis ejus; imo eſſe inimicitiam adver-
ꝰ Deum, præcipuè in divinis & ſpiritua-
ibus rebus. Vnde Sapientia carnis, inquit
orpus Doctrinæ Iulium, vocatur ſumma
atio (Nota benè) univerſalem, à qua non
xcipietis Philoſophiam in mente Platonis
& Ariſtotelis, &c.

Tum vero iterum fremere vidiſſes
oncurrentes moloſſorum inſtar. Tan-
us erat furor, quaſi ob hæc dicta totus
concidere debuiſſet mundus. Nec du-
rāt variæ machinationes & clanculariæ
& apertæ, ut illud obtinerent loco om-
nium. 1. Quod ratio humana philoſo-
phicis ſtudiis exculta, non prodiret ar-
mata contra Theologiam. 2. Quod
Philoſophia non eſſet referenda inter
opera carnis *Gal, 5. Ac. 3.* quod Philo-
ophi, non ſint Patriarchæ hæretico-
rum. 4. Quod abuſus Philoſophiæ non
ſus ejus obeſſet Theologiæ, 5. Quod
Philoſophica principia talia non eſſent
ſpiritualiter mendacia. 6. Quod Philo-
ophus non regeneratus haut mentiatur,
i dicat, Deum eſſe juſtum, bonum &c,
ad quod potius nemo poſſet aut deberet
doctus aut eruditus in toto Chriſtianiſ-
mo haberi, aut ulla promotione dignus
cenſeri uſpiam, niſi prius benè per 18.
annos fermè, juxta I. C. diſpoſitionem,
philo-

philoſophicis ſtudiis his Ariſtotelicis
vel dealbaſſet aut denigraſſet.

Vix dici poteſt, quanto ſudore id p
triennium fermè ſit altum, ut Spirit
Dei iterum per talia inſtrumenta ad i
tellectum ſpiritualem Verbi cœleſt
præcluderentur fores, & Ariſtotel
cum ſuis ſyllogiſmis pro novo recip
retur Præſide in interpretanda Sac
Scriptura: Velut etiam & publico ed
cto ac ſtatuto Academico ex horu
ſuggeſtione id cautum fuit, quod qui
que, qui vellet inter eruditos tales no
mine aliquo haberi, & Facultates altic
res adire inter doctos, curſum hun
prius Philoſophicum abſolvere debere
ſicut inprimis ad talium legum obſer
vantiam ſtrictiſſimè alligati fuerunt to
tius Ducatus Stipendiarii, ut vocant
Ideò autem victoriam hanc adeò ſplen
didiorem putarunt, quod barbariem ex
pugnaſſent eam, quæ in Sacris litteri
latet, quùm ea nihil contineat elegan
tiæ in ſtilo excelſe rationi externæ ful
genti. Hydram ingentem expugnatam
& devictam eſſe, undique conclamave
runt; nec deerant congratulatoria car
mina, ad quæ paſſim in omnibus loci
incitabantur ingenia, ut magis inclareſ
ceret tantæ abſurditatis Eccleſiæque no
va vel labes, aut macula, aut calamitas
aut victoria, ſive cladem publicam d
cere mavelitis. Quippe Spiritus Carni
in trium

n triumphum magnum adducebat ſibi
ſpiritum Dei, ut eo altior exurgeret
gloria mundi in ſuppreſſione Regni
Chriſti. Quin etiam inde, quaſi nova
lætitiæ facie affuſæ ſunt omnes acade-
miæ, quæ ex hoc ſibi ſingulare confi-
ciebant fulcimentum, ut majori cum
pompa reflorefcere poſſet Ethniciſmus,
qui videbatur, non nihil obſcuritatis
pertuliſſe in pugna hac, quum adhuc
eſſet dubia: Ipſe ſpectator fui ſedulus
tunc totius tragœdiæ, nec pauca con-
notavi, obſervans ſingula: Maximè au-
tem obſtupui ad tam aſtutas ſuppoſitio-
nes, & quod impietas aut perſecutio
fervidiſſima tam nitidis fucatæ juſtitiæ
plumis adornare ſe poſſet. Ibi vidi, quid
illud ſit, quando Diabolus in Angelum
lucis ſe transformet.

Sed juvat ſaltem paucula è multis
barbariæ iſtius horrendæ huc carmina
producere, ut effervefcentiam morta-
lium quiſque pius agnoſcere diſcat, &
quanti belli hiſtoriam ſibi (ſed fabulis
admodum poëticis mixtam) inde con-
fecerint plures, qui ſe participes tanti
facere voluerunt mali, ut *ait P. 1. Tim.
5. 22. & 2. Ioh. 11.*

Ad Iohan. Caſel. Ode Alcaica.

Litem movendam per temerarios
Et bilioſi Cordis Alaſtoras,
Quis præcavebit, jurgiiſque
Monſtrificum caput amputabit?
Quis fulminoſas gutturis efferi
Lenibit iras atque odia aſpera;
Denteſque Livoris refringet,
Invidiæque hebetabit ungues:
Natura præceps, atque ferociens
Diſcordioſam ſi violentiam
Ferventer exercere tendit,
More canis rabidi, vel urſi
Frementis æſtu? Te furor impotens
Oris maligni, & Philoſophûm gregem
Præſtantiorum, criminosè
Proſciderat, licet immerentem,
Quà ſtant Lycèi culmina Iulij
Nempe eſt amicum Stentori quoslibet
Injurioſo ſauciatos
Stigmate pro lubitu notare.
Quid fit, Caſeli? Principis arbitros
Adeſſe oportet, qui penitiſsimè
Vtrinque cauſſam penſitantes,
Legitimè rata Iura dicant.
Re judicatâ, vos Academici
Ritè innocentes indigitamini,
Nigroque corvo rauca reptim
Vox inhibetur, hiante lingua,
Mox ipſe nido pellitur, oppido
Ingratus ales, ludibrium ſibi

ſui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſuisque. Tandem præ dolore
Exul abit, miſereque vitam
Finit pudendam. Sic utinam cadant:
Plures, Scholarum infamia, gracculi
Corvique: Sed cygnis diſertis
Perpetuo ſuus eſto candor.

Myrtilleti mittebat anno 1601.

Paulus Meliſſus Franc. Comes Palatin. Eques aurat. Civis Roman. Heid. Pr.

Ad R. & Illuſt. Principem Guelphium, Barbariæ domitorem ſapientiſſimum, &c.

MOnſtrorum Alcides domitor, quod triſtis Echidnæ
Colla, venenatis Lernæ vallata colubris,
Contudit, Arcadicumque ſuem horrendumque Leonis,
Saltibus in Nemees frondoſæ immanis hiatū,
Et taurum, Cretæ exitium, & Buſiridis aras,
Et Cacum ignivomum, & triplicis vim Geryonæ.
Atque feras volucres, propter Stymphala volantes,
Dicitur in Cœli poſt mortē templa receptus.
Verum hæc quæ infeſtæ memorem Iunonis ob iram
Pertulit, & vicit nodoſæ robore clavæ (rēt,
Amphitruoniades, quid tandem viva noce-

Si non victa forent ? Animis nihil inde p
ricli, *(in il*
At niſi purgatum eſt pectus , ſi regn
Invidia , atque Eris , atque odium , furo
ira, libido, *(tr*
In diverſa trahens animos, diſcordia t
Et ſacra ambitio , paſſim mortalia turban
Vah ! quantæ hinc clades ortæ! quæ monſtr
nec unum
Regnum , urbem , aut hominem ; at totu
turbantia mundum.
Quanto tu, Alcides HENRICE, *major. Iuli,*
Monſtra hæc qui ſubigens, procul hinc pro
cul inde fugando
Antiquam reparas pacem atque Homonœ
an alumnis,
Et veteres artes revocas ad tela diei,
Queis hominum una ſalus, & Relligio al-
ma , Fideſque
Et victrix, mundi radius, Sapientia, Solis
Iuſtitiæ, ſeclis proavorum floruit aureis,
Atque adeo illuſtris , viguit tua Iulias
olim,
Teutoniæque alias latè caput extulit inter.
Herculis antiſtare igitur , qui facta pu-
tabit, *(rat*
Hiſce tuis , multum à rationis ſemita aber-
Cerberum is ingentem latratu regna tri-
fauce
Infera terrentem , ſuperas in luminis auras
Eduxit , Phœboque oſtendit monſtra ne-
fanda,

At fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

At facilè, ac pronum eſt, Erebi portenta ciere:
Tu genitum nocte, atque Erebo, & fluvialibus umbris
Ter ſexcentorum capitum inſuperabile monſtrum,
Pro uno abſciſſo, alijs atrocius uſque reſurgens,
Et furioſum odio Sophiæ, Rationis & almæ
E medio tollens, Acherontis ad ima remittis.
Quod felix fauſtumque velit magni Arbiter orbis,
Quem mare, quem tellus, ſupera, infera cuncta tremiſcunt.
O Deus, o noſtri magna Expectatio ſæcli,
Vnaque Palladij nutantis certa Columna.
Atque boni, doctique Ducis flos, atque medulla,
Vive diu, atque tuam ſecura in pace guberna
Iuliadem eximiam, veræque tuere ſacratū
Relligionis opus, Sophiæque illuſtre Lycæū,
Cum Domina Famulum. Sic te tueatur, & ornet
Ætheris, inferni, maris & terræ induperator.

Roſtochio mittebat An. 1601

M. Martinus Braſchius Profeſſ. Publ.

In Promethea Rationis liberatum vinculis.

IGnem Tonanti qui prius abſtulit,
Sive is Prometheus, ſive alius fuit,
Vt eruditi fabulantur,
Grajugenûm veteres poetæ,
Non hoc meretur ſupplicij genus,
Quod fert in alti vertice Caucaſi,
Nec vulturis famelicosè
Debuit ingluviem replere.
Nimirum apertis ille cautus ſenex
Videns ocellis, nil homini datum,
Quei vinceret brutas cohortes,
Quàm ſolidæ Rationis uſum;
Primus latentis vim Sapientiæ
Dias in auras protulit, & rudes
Mortalium mentes ad unguem
Artibus ingenuis polivit.
Hæc illa furto cœlitibus fuit
Erepta flammæ virgula, qua ſine
Denſis in errorum tenebris
Vita hominum ante oculos jacebat.
O quanta moles invidiæ premit
Humana divûm crimine pectora!
Quur liberale propter inſons.
Plectitur officium Prometheus?
An qui, fugatâ Barbarie Sacram
Tendunt ad arcem Pallados, & bonis
De litteris rectè merentur
Exilio benè facta pendent?
An nos morari perpetuo decet

Cali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

aliginoſo mentis in hoc ſpecie,
Et è ſitu, & ſqualore nunquam
Alta caput ſuper aſtra ferre?
Quin iſtud omnes porro operam damus,
Vt innocenti vincla Prometheo
Solvamus, atque eviſcerati
Vulnera corporis obligemus.

Mittebat Wolferbyto

Albertus Clampius I. V.D.Conſil. & judex Vrb.

Ejuſdem Vindicativum in Mulos.

CEdo, Melpomene, mihi
Clavos & baculos Herculeæ manus,
Vt tardum Arcadiæ pecus
Immenſis feriam viribus ad necem.
Nam donec calidi gerit
Ignavo minimum pectore ſanguinis,
Muſis invidet ocium,
Et blandi requiem turbat Apollinis,
Hinc illinc avida manu
Carpens perpetui ſemina jurgij.
Magnum ſcilicet hoc mihi
Et doctis adeo eſt opprobrium viris,
Si Mulus rudis & procax
Dirum vipereo pectore toxicum
Sacro Pieridum gregi
Adverſum petulans in faciem ſpuat.
Sed non iſta tamen minor,
Vindictæ cupido lætitia eſt viro

Audaces Aſinos procul
Exturbare ſacro limine Apollinis,
Et notam cerebro Iovis
Solerti calamo pingere Virginem.

Aliud Ejuſdem Votivum.

ILlata Mulis bella rudentibus
Adepta finem ſunt propè jam ſuum;
Iam plectra tætricaſque chordas,
Phœbe Pater tibi dedicabo.
Tu me beaſti: Tu capiti meo
Sertas dediſti: Te duce, prodij
In templa Muſarum ſacerdos,
Caſtalijs recreatus undis.
Da, quæſo, & illud (nam potes) ut diu
Vivat ſuperſtes noſter is, & ſciant
Seri nepotes, quos tumultus
Barbarico petulans furore
Indocta pubes noverit, ut ſacrum
Novem Sororum, & Pallados inclyt
Audacter occuparit arcem,
Et ſpolia ampla domum referret
Hoc illud unum eſt, quod peto, cæteri
Petant honores, & cumulos opum,
Ac laureis frontem coronis,
Si placeat ſuperis, inumbrent.

ΗΡΩΟΝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ΗΡΩΟΝ

Virtuti Ducis inclyti Henr. Iul. quùm Urbem Brunſvigam ſubigeret ferventior, & Barbariæ Victorem ſe oſtenderet ex opinione ethnica.

Cilicet hoc animus quondam cordatus, & expers
Invidiæ pectus, primis præſagiit annis,
Quum primum populi furor, & petulantia patrum
Radices ageret gliſcens, aliiſque ſibique
Tum diffiſa, palam haud auderet tollere Criſtas; (virtus
Hoc quoque nec falli, nec fallere conſcia
Promiſit, ratioque in principe rara, futurum,
Ut latus in proprium funeſta rebellio ſeſe
Verteret, auctoremque ad pœnas poſceret ipſum. (pernix
Eſt Deus, eſt Certè Numen, mendacia
Ulciſci, & vitam perituro reddere Vero,
Idem animos tibi, Magne Heros, Deus addidit auctor:
Ille tuos hoſtes ſine bello & ſanguine ſtravit,
Exemploque tuo docuit præſente rebelles
Corde retundere, nec phaleratis cedere diris: (fortè Chimæram
Dum duplicem, ſive hydram aliquis ſeu
Dixerit, haud falſus, ſimul uno tempore victam (nus, &c.
Sonculcas, pietatis juſtitiæque patro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Dum jecore ex alieno alij ſapiunt, alie
Incedunt plantis, alieno ex ore loquuntur,
Inque alieno habitant majori ex parte cer
bro : (natu
Tu ſapis ipſe tibi, proprioque in corde j
Geſtas, quod fas eſt, ex illo promere gnar
Tu, jam jam ad ſcopulos rapiendæ, in temp
re navi (tu
Succurris ; tu Palladium jam ſede rem
Confirmans, unus ruituram reſtituis rem.
Vadit ovans fraude & falſo faciem ill
fucoque
Barbaries, utque Oceani ſi forte dehiſcun
Littora, concluſasque ſuis compagibus u
das (aquarum
Exonerant, ruit immenſum paſſim agm
Præcipites glomerant fluctus, ſata læta, l
bores, (æquo
Diluit, & fluidum ſpumat torrentib
Sic, quæcunque die multo, qua nocte fr
quenti (cœ
Repperit argutus ſcrutator, ea omn
Collutat, & larga ſorde ignorantia inu
dat. (tu
Vltima nunc ſibi te genuerunt ſæcula ce
Subſidium, quo ampullantem, & magna
ore ferentem (qu
Seſe Barbariem, criſtas demittere, hum
Serpere, vel ſtygias doceas veſtigia ad u
das (te
Rellegere, & tætris defæces ſordibus a
Qui nummos cudit vetitos, qui ſcort
vulgo

Vendita

Venditat, aut alia arte numiſmata adulte-
rat, illum
In cruce ſuffigi, & Vulcani jure furori
Sacrificari, omnes acclamant, nemo repu-
gnat. (*tis*
Quanto rectius hos de Saxo & rupibus al-
Præcipites dare, & arboribus diſrumpere
paſſim (*ſum.*
Curvatis leges jubeant, jus comprobet ip-
Non hi in ſplendorem coctæ portiſcula terræ
Depravant nummoque emungunt æneo a-
varos: (*auræ*
Sed mentem, quam divinæ Deus optimus
Particulam nobis indulſit, eaque palato
Et ventri natas pecudes prævertere juſſit,
Præcipitant à ſede ſua, multoque labore
Sæpe recocta animi corrumpere fercula ten-
dunt. (*Muſæ*
Te ſibi nunc merito ſalvum, Heros incyte,
Exoptant, quibus ipſe ſalutem & munera
reddis (*Hydram,*
Perdita, dum centum tumidam cervicibus
Quæ jam hac uſque tuo ſervata videtur
honori,) *nas*
Conficis, innocuas quaſſari impune Camœ-
Haud quaquam patiens. Ea nunc quia teſ-
ſera fracta eſt,
Excipiat ſe, quovè ferant auravè pedeſvè
Aufugiens, faciem vetitis abſterreat oris.
Tu decus interea, tu vaſti Gloria mundi,
Perge inſperſa ſacris evolvere nubila Mu-
ſis,) *vis,*
Perge, inquam, Icarijs pennas præcidere lar-
Iam

Iam tibi provolvit ſe, jam tibi porri[...]
herbam
Barbaries, cupiduſque alijs inſidere [...]
ſtus, &c.

M. Henning. Arniſ. ex Che[...]
ruſcis Halberſtad.

Aliud Excerptum, ad Eund. Princip.

DVm parva nunc hæc pagina laudibus
Debetur altis; fas mihi dicere eſt,
Virtute quanta vindicâris
(Semideusnè, Deusnè an heros?)
Injurioſo dente calumniæ
Atque impotentis invidiæ unguibus
Libethridum inſontes alumnos,
Barbarie minitante fruſtrà.
O quanta peſtis, Calliope, tibi,
Patrima, quantum, Virgo tibi malum,
Quantum imminebat Phœbe, damnum
Ingenuis tibi diſciplinis!
Læſiſſet omnem rurſus ob angulum
Exterſa ſordes, & maculæ artium,
Rurſusque linguarum tenebræ
Et jubar & decus obruiſſent.
Iam ſorde verſa candidius nitent,
Iam nube pulſa ſplendidius micant
Linguæque & artes æviternæ, &
Gloria Theſpiadum perennis.
Macte ergo, tantis dotibus ingenij,
Et judicandi macte Scientia,

Henri[...]

Henrice Iuli, noſcet orbis
Noſter & Antipodes tuarum
Miranda laudum encomia. Sed furor
eſanus, & diſcordia, vinculis
Captiva centum, flebit ingens
Exitium, & miſeram ruinam.

M, Ioh. Nendor. Goſl. Rect.

En, boue Lector, hæc ſcandala ho-minum publica & blaſphema in ſuis ele-antiis profaniſſimis: tantus fremor erat aſſim exultationis & ubique fragor ſi-nul jubilationum iſtis profanitatis per-itæ obſtinatis cultoribus, & Verbi cœ-eſtis devaſtatoribus percupidis, quod Hydra illa ſcilicet in Sacræ Scripturæ uctoritate latens, eſſet decapitata pror-ius, & Ethniciſmi petulantiſſima mon-ſtra tyrannidi tenebricoſæ reſtituta. O blaſphemiam extremè cunctis Chriſtia-nis exitioſam! Nimirum ſic ſolet per-petim cauſſam Iehovæ Diabolus ſubver-tere apud mortales, ut ipſe eo potentius n ſua falſa Deitate eniteſcat, lucemque in tenebras permutando detrudat.

At væ illis, qui malum bonum, & bo-num malum dicunt, ait Propheta. Fu-ror igitur veſanus eorum & diſcordia affectibus peſſimis inſtructa flevit pri-dem exitium & miſeram totius patriæ ruinam. An non enim Iehova juſtiſſi-mus cauſſæ ſuæ exurgeret vindex? Pu-

det

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

det certè cuncta proferre , quanto ga
dio exultarint homines illi, & quot co
ficta fuerint cotidiè crimina abſurc
tatis. Nil niſi Barbaries, Barbaries c
mabatur , dum omnis Verbi Dei cultu
ſanctior diceretur Barbaries , & Ethn
ciſmus mera Sapientia & elegantia. I
his paucis facilè, quiſque ſapiens dijuc
care poterit , quis Deus agitarit tale
homines.

Ipſe ſtilus ſpurciſſimæ Idololatriæ
ethniciſſimi putidiſſimi ſatis oſtendi
quales iſti in animis & corde ſuo fu
rint ; quanta ſævities tyrannica illos c
ptivos duxerit infernali diritati: Ita ta
triciſſimis monſtris ſuas involveru
calumnias, imprecationes, pænarumqu
rancores. Sed uti meræ ſunt fabulæ ido
lolatricæ & tamen in crudelitate vani
ſimæ, ita quoque Jehova in capita eor
refudit omnia, qui tanto Chriſtiano ſta
tui fuerunt ſcandalo. Vnde & ipſi i
conſcientia ita convincebantur, ut ſcri
pta & rationes inverſionis non auderē
in publicum edere ; quùm cernerent
quod poſteritas ſanior omnes impreca
tiones propter ſuppreſſum Dei Verbun
in illos regerere merito poſſet. Ipſe vi
di mira, quantis aſtutiis id egerint ; u
Scripta eximia *Hoffmanni & Pffafrad*
poſſent è medio tolli, ne quid clarius e
niteſceret. *Velut etiam hoc magna cur*
& varijs inhibitionum generibus perficie
bant

ant, apud Magiſtratum, ne quis prodiret, ...iſi ea de re quid ſcriberet, diſputaret, diſſereret, aut typis divulgaret; quod etiam a...ud exteros per ſuos adſeclas curabant.

Ideo paucula quædam, ne planè cauſſa Dei ſua diſtitueretur notitiá, Magdeburgi *Mag. Iacobus Olvenſtadius* pro informatione hominum ad publicationem promovit; & inter alia inſignem ſuam edidit diſputationem, quâ ex Verbo Dei per omnes vires hominis naturalis demonſtrabat, quomodo animalis Spiritua...i eſſet oppoſitus, ubi demum *th. 20.* hæc ait.

Non poteſt loqui bona *Matt. 12. 34.* non cogitare *2. Cor. 3. 5.* operibus malis mentem intendit *Coloſſ. 1. 22.* In corde negat eſſe Deum. *Pſal. 14. 1.* factis negat Deum. *Tit. 1. 16.* Sed queî affirmet eſſe, quem ignorat. *Act. 17. 30. & 1. Cor. ...21.* Incedit in peccatis ſecundum diabolum, & agit in ipſo Diabolus *Eph. 2. 2.* excœcat ejus mentem diabolus *2. Cor. 4. 4.* laqueo Diaboli irretitus captivus ducitur ad ejus libitum. *2. Tim. 2. 26.* Niſi denique inveniat gratiam apud Deum in peccatis moritur. *Ioh. 8. 21. th. 21.* Quibus omnibus ſtantibus (ſicut ſtant firmiſſimè) aurea Lutheri dicta quur dubitaremus ſuperſtruere? *1. Cor. 3. 12. th. 22.* Dialectici & Philoſophi definiunt hominem animal rationale. Id quod in Dialectica & Philoſophia verum largimur:

mur: ſed quis in Theologia verum af-
mabit? *Tom.3 VVit.p.162. th.23.* Ra
eſt acerrimus & peſtilentiſſimus ho
Dei. *Tom.1.p.61. th.24.* Quo cultior
acutior eſt ratio,eo nocentior eſt bel
contra Deum,& omnia Dei opera. *T.*
2.p.125. th.25. Ratio hominis ad ſu-
mum uſque exultat, ne imum quid
Iota de Sapientia cœleſti intelligit. *To*
1 VVit.p.511. th.26. Deus in ſuo Ver
loquitur rationi impoſſibilia, mendac
ſtulta,infirma,abſurda,abominanda, h
retica & diabolica. *Tom. 1.p.123. th.*
Natura & ratio hominis cum omnib
ſuis Viribus caro eſt. *Tom.1.VVit.p.*
Breviter totus Ariſtoteles ad Theolog
eſt tenebræ ad lucem. *In diſp. anni 151*
th.28. longum latumque diſcrimen
inter naturales & Spirituales facultate
Spirituales enim non ſolum corrupt
ſed etiam planè abolitæ ſunt per pecc
tum in diabolis & hominibus. *Tom.*
VVit.p.94. &c.

Huic etiam negotio vir inter n
biles optimus *Heinricus Albertus*
Mynſingk porrigebat manus,& duo in
gnes Theologi Doct. *Iohannes Oleari*
Halæ Superalt. & Doct. *Gotfridus Schl*
terus nunc Superalt. in Oldenburg. C
mitatu,qui eximium edidit libellum p
Explicatione hujus certaminis, in qu
ſatis diffuſe & apertè demonſtravi
quomodo Philoſophia talis ethnica,nu

late nu

-tenus juxta approbatiſſimum Lutheri -rthodoxi ſenſum in Verbo Dei admitti -ebeat. Liber certe omnibus cognitu -tiliſſimus. Scripſerunt etiam alii, pro *Hoffmanno*. Sed quum res ita eſſet ſup-poſita, ut potius cauſſa dependeret ex -pe affectuum ethnicorum, quàm quod -n gloriam Dei vergere quid poſſet, ut -x ſuperadductis veſtigia ejus ſatis cla-a apparent, non potuit Hoffmanno alia -erſolvi gratia, quàm omnibus ſanctis -btigit, qui mundum ob falſitatem ſuam -rguere ſoliti ſunt. Hoc igitur, quum -uidam Theol. Stud. nomine *Chriſto-phorus Hervvichius* cerneret totum pro-eſſum cum cauſſa omni, quaſi in com-pendium redegit, & eleganti hoc car-mine expreſſit.

In Inclytâ quæ Iuliâ
Sit orta controverſia,
Quicunque vultis diſcere,
Rythmis meis attendite.
En, quatuor Philoſophi,
præ cæteris induſtrii:
Keſſelius, Liddelius,
Ovenus & Cornelius:
Hi non diu deliberant,
Rem protinus ſed inchoant,
Porphyrÿ perutilem
Plantare tendunt arborem:
Et ſomniant, quod cominus
Pertingat aſtra frondibus.

Mox æſtuant conſcendere
Ad uſque cœlum mobile.
Viſum quid occultiſſimus
Agat Iehovæ Spiritus,
Num mens Dei quàm maximè
Conſentiat cum Socrate?
Suis caro num viribus
Id noverit, quod Spiritus?
Carnalis an Scientia
Intelligat cœleſtia?
Humana num prudentia,
Rebus Sacris ſit congrua?
Idemne verum ſit Deo,
Verum videtur quod Sopho?
Num par fides ſit Dæmonis,
Et Chriſtiani pectoris?
Communis an his notio
Sit mentis, & conceptio?
Si Scriptitent Apoſtoli
Increduli vel Ethnici:
Unus Deus juſtiſſimus
Æternus eſt & optimus.
Vtrinque num ſit Veritas,
Totalis ac identitas?
Mendace ſeu de Dæmone,
Num poſſit hoc quis dicere?
Sophis ibi ſedentibus,
Divina ſomniantibus,
Arcana penſitantibus
Falſòque gloriantibus.
Hoffmannus ecce Taniel,
Deo miniſtrans Iſrael,
Hanc ſu[illegible]ruebat arborem,

Sophi

Sophi cadunt in pulverem.
Oſtrina Malchi ſuppara.
Prolapſa ſunt in ſtercora,
Vt ſordeunt mortalibus,
Altiſsimum colentibus,
Proinde ſunt Philoſophi
Furore tanto perciti,
Vt perſequantur candidum
Virtute præſtantem virum.
Sexa - Senex -- genarius
Habetur adverſarius,
Exinde quod ſalubria
Docere præſtat dogmata.
Potente Verbo protulit,
Pagella quæ nunc ſubijcit:
A ſeculi Scientia
Diſcreta ſunt oracula.
Humana quid Scientia?
An non furens dementia?
Nec illud eſt innoxium,
Quod æſtimetur optimum?
Carnalis eſt Scientia
Semper Deo contraria;
Abſtruſa ſacra, Myſtica
Sunt captui non conſona:
Carnalis id non percipit
Homo, Deus quod præcipit:
Sophis id eſt abſconditum
At parvulis concreditum.
Quod Socrates pronunciat,
Non Chriſtus illud approbat;
Eſt Chriſtus ipſa Veritas
Et ethnici ſunt vanitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Boans fides eſt dæmoni,
Boans fideli pectori.
Fides quid & Scientia,
Dei carent ſi gloria?
Proh! Dæmonis quæ Veritas!
Horrenda nonne falſitas!
Mentitur hoſtis omnia,
Dicat licet veriſſima?
Satan pater mendacij
Fons omnis actus ſubdoli,
Mendax agit fallaciter,
Quicquid facit, fit nequiter.
Omnino mendax dicitur,
Homo niſi renaſcitur.
Innata lucis claritas,
Eſt ſumma mentis cæcitas,
Carnalis ipſa Veritas.
Eſt ima cordis falſitas.
Idcirco non cognoſcere
Deum poteſt, nec credere.
Sophi dolent Noemata
Quod vana ſint & irrita,
Adverſus adverſarium
Anceps adornant prælium.
In diſputationibus,
Exercitationibus,
Ludunt meris ſermonibus,
Et criminationibus.
Exordium Calumnia,
Eſt finis impudentia;
Obſcurior ſi quæſtio,
Cachinnus eſt Solutio:
Agunt Sophi Sophiſticè

Hoff-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Hoffmannus autem candidè
Hic ſacroſancta dogmata,
Illi docendo ſcandala.
Nihil ferox audacia,
Nil obtinet fallacia:
Hoffmannus inſtat acriter
Verum tuetur fortiter.
Invicta nam Conſtantia,
Nec frangitur calumnia,
Illæſa Conſcientia
Parvi facit mendacia.
Hic carnis eſt mos impius,
Odiſſe mentem Spiritus,
Quod cœpit in primordijs,
Et durat hiſce ſeculis.
Apoſtolis & vatibus
Ni contigiſſet omnibus,
Perferre carnis ſcommata,
Quænam forent ſolatia?
Narrabo rem, quæ nomine
Quadrabit huc, & omine,
Et edocebit prælium
Carnale contra Spiritum.
Propheta Sanctus Daniel,
Deum celebrat Iſrael,
Tàm Spiritu ſpontaneo,
Quàm mente, corde ſerio:
Quem Rex ob excellentiam
Virtutis & præſtantiam
Inter miniſtros extulit,
Eique cunctos ſubdidit.
Reperta carnis ludicra
Decretaquamvis regia,

Idola ducit turpia
Coram Deo bdeligmata.
Exoſus eſt ſodalibus,
Dum de Dei magnalibus
Suis agens in ædibus,
Fervet precationibus.
Hunc in Leonum conijci
Antrum ſtudebant invidi;
Sed dens leonis horridi,
Vatis pepercit corpori.
Fit ſortis hac inverſio,
Calumniator, hiſtrio,
Hanc in ſpecum detruditur,
Et à feris diſcerpitur.
Vt comparem cognomines
Viros, Prophetas nobiles,
Et noſter hic præcelluit,
Quem cæteris dux prætulit:
Profeſſor Ordinarius
Creatus eſt primarius,
Qui quinque luſtra Iuliam
Nunc erudivit inclutam:
Mentem Lutheri ſobrijs
Secutus eſt in litteris;
Rectè, ſecundum Biblia,
Tractare ſcit Myſteria,
In ſe quod eſt induſtriæ,
Dat omne Chriſti gloriæ,
Non ex ſua potentia,
Sed Spiritali gratia,
Et hæreſes & ſchiſmata
Propellit ex Eccleſia;
Contra Papiſtas militat,

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

...t Zinglianos provocat.

Sunt arma non prudentia
...arnalis, aut ſophiſmata;
...ed Spiritus dictamina,
Divinitus quæ fortia.
Humana nam Scientia
A parte ſtans contraria,
Excogitat ſophiſmata
In Spiritum bacchantia.
Hoc quatuor Philoſophi
Redarguunt mendacij,
Et garriunt, injuria
Illata quod ſit maxima.
Quod artium cultoribus,
Sic imprimatur dedecus:
Mallent prius qui demori,
Quàm tale quidquam perpeti.
Catharma ſit Philoſophis,
Quod de Dei myſterijs,
Tam continenter diſputat,
Vt Sacra tantum proferat.
Lectas ſophorum regulas
Pronunciat fanaticas,
Coram Deo, quæ judice,
Nunquam queant conſiſtere.
Quantus tumultus extitit,
Hunc totus orbis audiit:
Hoffmannus autem pertulit,
Quem jure doctus ſuſcipit.
Quàm Danieli ſubdola
Tendant maligni retia,
Expertus eſt in annua
Servus Dei cuſtodia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Non ſufficit mendacium,
Nec omne, quod ſit clanculum,
Sed ſeculari brachio
Hæc ſtat, caditque factio.
Heic ſi poteſtas bis duos
Eſſet penes Philoſophos,
Hunc non darent leonibus,
Sed diſſecarent dentibus.
Tamen futurum quid prope
Sit, ſat licet prænoſcere,
Communis id contagio
Dat, judiciſque affectio.
Verbum Dei nunquam piam
Merebitur ſententiam,
Mortalium malignitas
Dum callet has argutias.
Num Chriſtus autis cognitus,
Sit in furoris ſordibus?
An cæcitas quid gratiæ
Dei reponat gloriæ?
Carnalis hæc fraternitas,
Cohæret, ut ſic Vanitas
Cum vanitate conſonet,
Nec ſe fides hinc explicet.
Hinc orta quæ ſit Iuliæ
Iactura, quæ viciniæ,
Et quanta Crux Eccleſiæ,
Solum Brunonis adſpice!
Quàm cuncta ſtant inania!
Carent, docente pulpitâ,
Diſcentibus ſubſellia.
O raritas in Iulta!
Silent Iehovæ plaſmata

Sonant

onant ſophorum phaſmata,
uæ magna ſunt phantaſmata.
vanitas in Iulia!
Iacet facultas optima,
uæ cæterarum Regula.
Abſit ruina Iuliæ,
avente ſtabit Principe.
Videbit ipſe debitè,
e quid, Iehova vindice,
auſſe ur heic mali, ſuis
uod deſtinet ſic poſteris.
Hæc ex ſophorum fructibus
t nata ſunt virtutibus:
Renate Lector judica,
An non Sacris ſint devia?
Exurge nunc Immanuel,
Vide, tuus quas Daniel
erpeſſus eſt injurias,
nter ſophiſtas beſtias.
Da, Chriſte, ſola Veritas,
Faceſſat hæc ut Vanitas:
Defende Verbi munia,
Adverſus hæc deliria;
Ut lux tui ſe Spiritus,
Noſtris reponat cordibus,
Et ceſſet omnis falſitas.
Ac deſinat profanitas. Amen.

Ne latum quidem unquam hic vates à veritate hiſtorica deviavit: narravit omnia debitè ſtilo veritatis ſimplici, nil profanitatis, quod aliis ſuperius cum abſurda Deaſtrorum ſuorum commixtione in

ne, in uſu fuit heîc ſubmiſcens. Omnia in intimis ſpectator fui ſedulus non ab que ſtupore ſummo. in Caſel.degens milia. Proinde dici non poteſt, qua tum vulnus profanitatis ethnicæ patr nis illis, & habitualiſtis ratiocinati uſque in cõſcientiam inflixerit! Nec c fuit perſecutio, variis machinationib inſtituta, adeo, ut etiam tandem nece ſum haberet Veritatis hujus decantat Apologia publica ſe defendere, quu vis vias ipſi juris præcluderet. Nihilom nus in ipſa Caſelii familia inſignis ing nii Nobilis fuit, nomine *Ianus Kotter tius*, qui licet in Ethnicis authoribu (informante ſic Caſelio omnes) eſſe educatus ſerio, tamen unicè mixturam talis Philoſophiæ falſæ (quam Soph ſticam dicere ſolebat) cum Chriſtia niſmo & potiſſimum Theologia impro baret, uti id carmine aliquo ad glorio ſum Malphum Muli Arcadici ſcriptorem demonſtrabat, quod ſe ita habet.

Exul Ariſtoteles noſtra à pietate faceſſat,
Atque tibi cedat, Spiritus Alme, locũ
Qui ſapis ante alios, amplectere Biblia li-
bros,
Rebus ut inde ſacris ſola medela fluat:
Non tibi Ariſtoteles bili, non unius aſſis
Profuerit: non, ſi venerit, ipſe Plato.
Quæſieris miſeræ ſi Animæ ſolatia certa:
Non adeo in Sophia magnus uterq; fuit

Sci

ilicet his gaudet vani Sapientia mundi
Fucis, vana magis, cœlica quàm cupiens.
uur ad o quæra̅ cuncto exhaurire labore,
Quod mihi nil vitæ proſit ad auxilium?
ed potius cunctos ſancto cum tempore ſumptus
Mi perdat, miſeræ mentis in arte mala?
uncta Stageiritæ præponens ſcita ſaluti,
Largo quam fundunt Biblia fonte piis,
alliтur egregiè ſibi defraudator iniquus,
Ethnicus, anvè Dei Filius eſſe cupis?
At ſit Ariſtoteles tibi firmata anchora & aura;
Qui tamen à nulla parte vel arte ſapit;
Sicut heri inflato jactabas ore ſupremum
Auctorem Sophiæ nil tamen unde ſapis.
Certè, haud ſenſus ille boni quid ſuggerit unquam,
Ex illo ſi quidquam in Sacra contuleris.
Protinus in nugas vertes Myſteria cœli,
Mentis in hæc quoties lumina tanta geras,
Vndique nugarum formator & inclutus Auctor
In Sanctis extat, ſomnia vana docens.
Scurram ſi quæras inverſoremq; bonorum,
Invenies promptum diſcipulum Satanæ.
Si divini igitur quidquam tibi ſuſcipis; ipſe
Spiritus author erit: Vana modo fugias.
Nil veri aut ſolidi gentilia ſomnia tradunt,
Ac, cœli quæ ſunt, non Ratio ulla capit:
Quin potius ſanam mentem cũ moribus ipſis
Corrumpunt graviter, non ſine pernicie.

Me

Me Sacra, me maneant in rebus Biblia
cris,
Sitque Stagiritæ gloria quæ poterit.
Hoc novi certus, fallax eſt undique ſtul
Ergo quis Sophiam diſcere ab hoc cupi

Ianus Kotterizius Equ. Ma

SIc etiam pridem fuêre alii magni ri, qui quidem tales animadverter in Philoſophia profana falſitates, qu inde peſſima fornicatio ſuboriatur, qu ties ullo modo, aut per Syllogiſmoru futilitates aut aliàs terminorum co ctiones cum Verbo Dei commiſceret Ideo ſemper admonitiones obliquas a hibere huic malo voluerunt epiden co, ut eſſent tandem, qui penitius id ex minarent, & medicinam remotion debitæ ex Chriſtianiſmo adhiberen Admodum autem profun derem tent runt, & propterea acerrimi rejectore aut impugnatores fuerunt Rationis h manæ, & notitiæ naturalis, ut eo recti ſic perverſiſſimum jugum profanæ & perditæ ſive falſæ illius Philoſophi Ethnicæ à cervice Chriſtianiſmi excu tere poſſent. Verum ſi ſaltem inter ve ram Priſcorum Patrum & Patriarcha rum, & falſam ethnicorum defraudato rum aut Impoſtorum Philoſophiam diſ crimen illud, de quo ſupra actum eſt, in venire noviſſent, difficultate ex omni ſe

facilè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

cilè expediviſſent pridem. Ejuſmodi
noque admonitionem exprimunt ſe-
ntentia *Adami Siberi ſen.* Carmina duo,
quæ habet in libr. Epigram, Addition,

In hominem, & Noſce te ipſum.

Mancipium Satanæ, fœnum, Caro, terra,
ciniſque,
Et bulla, & umbræ ſomnium: (mendax,
Peccati ſervus, ſcelus undique, & undique
Hoſtis Dei, iræ Filius: (ptus,
Ad bona terribili preſſus caligine, ince-
Et inanitas, & vanitas; (Verbo
Hæc, & quæ poſſent comprêndi, talia
Vis dicere uno? Dic, HOMO.

Lib. eodem.

De Veri Chriſtianiſmi Natura.

Eſt ubicunque Fides quæ viva, ſibi floret
honeſtas,
Et culto officij ſtas ſeges alta ſolo.
Quæ virtus? quæ ſponte velut ſe Chriſtus
in omnes
Diffundit, nulla lege coacta homines.
Spiritus ipſe Dei Fidei eſt effector: in illum
Ius nulli eſt; illum cogere nemo valet;
Nec vel tam valet eſſe, Fidem vita ut fœda
ſequatur,
Quam fructus arbor, quæ mala, ferre
bonos.

In Luthe-

In Lutheri Dictum, Tom. 4. lat. p. 36

In Theologia nullam Rectam Ra[...]
nem habemus & bonam voluntat[...]
præter Fidem.

Carmen Amici, ad imitationem
A. Clamp.

Illos, quos ſibi Malphi imaginantur
Conceptus & Olympicas figuras,
Rectitudine mentis expolitas,
Nec vidêre oculis, nec attigêre,
Nec tranſcendere Cogitationum
Unquam luminibus valent; profunda
Tanta eſt pernicies ubique mentis,
Humanæque Animæ, ut nihil ſuperſit
Sancti nilque potentialiter vel
Imis diſpoſitum intus in medullis:
Tantum abeſt, ut ibi vocatus hoſpes
Quiſquam de Grege, tot modis inepto,
Quidquam Tranſphyſicare poſsit, umbram
Quod ſaltem referat ſupremi honoris:
Tantum abeſt quoque ſordibus profanis
Vt ſeſe inſinuare lux Olympi
Poſsit. SPIRITVS INTEGE[...]
IEHOVÆ EST.

Quum variis ita modis illi obſtinatiſ[...]
mi profanitatis perditæ defenſores o[...]
pugnarentur ab iis, qui Chriſtianiſmu[...]
præſertim in iis locis, ubi Luthera[...]
Scrip[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ripta in honore adhuc (quamvis ad-
odum exigui ſunt) habentur, ſynce-
orem expetunt, & viderent ſimul,
uod tandem palmam cedere bonis, &
rdatiori affectu ſynceritatem Verbi
œleſtis colentibus, cogi poſſent; ad duo
æc extrema refugium ſumpſerunt, ut
cerent, quod non ſolum Barbaries de-
uo ſic advocaretur, ſed etiam Recta ra-
o in diſcrimen adduceretur, ſi non
mplius Ethnica talis Philoſophia eſſet
n Chriſtianiſmo admittenda. Vnde quo-
ue heîc reliquæ Scholæ paſſim ingen-
es excitarunt conclamationes, multum-
ue conqueſtæ fuerunt de reductione
arbariei, quùm humaniores eſſent litte-
æ (ita vocitabant auctores ethnicisſmi
t ædificatores ejus præcipuos) quæ
am à Chriſtianiſmo abarcerent.

Sed certè fucus iſte duplex non ſine
luplici blaſphemia in Spiritum Sanctū
pparuit, ut adeo etiam conſcientia
omnium Chriſtianorum profundiſſimè
ulnerata fuerit. Etenim Quiſnam om-
nis linguæ author? Quiſnam Verbi ſui
Cœleſtis Dictator? An ille ſit tam bar-
barus? Quis ſeminat bonum ſemen? Vn-
de tamen Zizania? Ah Ethnici ſcripto-
res, qui ſine Spiritu Iehovæ moverunt
calamos ſuos in propriam & ſuorū glo-
riam, ut iis grandiloquentia aliqua pu-
tativa famam quærerent nugacem, ſint
ſapientiores Spiritu Iehovæ? Et nos
Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Chriſtiani, unde nomen noſtrum ge
mus? An ex ethniciſmo, an à Chri
Quis ethniciſmi auctor? Quis malæ
zaniæ auctor? Quodnam igitur Verb
& quæ lingua nobis competit? Quem
Reg. Proph. Dav. pſ. 1. v. 2. Beatum
cit? Num eos qui veſtigiis peccator
inſiſtunt & in eorum ambulant conſil
an vero qui oblectationem omnem
Verbum Iehovæ deponunt, & nocte d
que de eo loquuntur? An non *Pſal. 56*
ſ. 11. ait, celebrabo Verbum Dei; laud
bo Verbum Iehovæ: in Deo confido, n
timebo; quid mihi homo faciat? Veſ
gloriatio non eſt bona, ait D. Paulus: e
dicam, quod planè ſit diabolica, niſi q
mecum illud rectius accipere velit Ve
bum, quo ait Proph. Venite adſcend
mus in montem Iehovæ. Quur poti
nobis ſermo ſit de Deaſtris profaniſ
mis, ſive Diabolo ipſo, quàm Deo vivo
quo producti & facti ſumus, cujuſque
lii in Chriſto dici cupimus? *Quur igit*
non potius nocte dieque in ferventiſſimo a
dore cordis ubique inter nos de tam Sa
ctiſſimo noſtræ vitæ Authore, agamus
mutuo colloquamur? Qui à ſermone ej
uſpiam vel minutiſſimum abhorret, n
toto pectoris ardore & amore ad eu
vehementiſſimè rapitur, & omni dulc
dini mundi, amorique formoſiſſim
puellæ Verbum ejus præfert; certè e
Deo natum dicere ſe nequit. In eo eni

prob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

oba ſolida ritè conſiſtit. Si dubitas,
ce has in te probas examinare cotidiè
bes,uti optimè *Ioh. Arnd. in Explic. E-*
ng. ad Dom. Sexag. pag. 165. f. 2. id de-
arat;inquiens : Proba arboris agnoſci-
ır ex ejus fructu : Proba equi ſumitur
x ejus labore:Proba auri eſt ignis:Pro-
a Angeli eſt Iehovæ gloria: Proba ho-
ninis eſt virtus ejus & pietas: Proba a-
nici exhibet neceſſitas: Proba fidei cō-
ſtit in dilectione aut Charitate : Proba
ei eſt ardens devotio:Proba Conſtan-
æ , apparet ex ærumnarum tolerantia:
roba Verbi Dei nos inhabitantis eſt
rux : Proba patientiæ ſunt injuriæ &
alumniæ:Proba humilitatis eſt contem-
tus & ignominia. Velut unaquaque res
ecum ſuam ducit probam ; ita quiſque
e ſibi in corde examinare poterit,cujus
piritus filius ſit. Si ethniciſmum adeo
trenuè amet,ut hunc in deliciis ſaltem
liquibus habeat; ſat videt,& ſentit ſe-
um, quod amor Dei non ſit in eo. Qui
nim mundum diligit,ait Chriſtus ipſe,
n eo non eſt amor Patris.

Ideoque videant heic omnes ethni-
iſmi acres & fervidi defenſores, cujus
Spiritus patrocinium ſuſtineant, in tan-
is Rationis humanæ commendationi-
bus. Habes Spiritum illum Hegemoni-
cum,ait D.Luth.principalem partē ho-
minis ad honeſta nitentem, id eſt,latro-
nem gloriæ divinæ , & majeſtatis affe-

 ctato-

ctatorem,tum maximè, quum ſunt ho-
neſtiſſimi, & ſummis ſuis virtutibus i-
lustriſſimi. Hos nunc nega eſſe carnem
& impio affectu perditos. *Tom. 2.lat.*
218. b. Numque itaque in tali Ethnici-
mi propugnatore dari poſſit recta R-
tio? An non eo ipſo, dum ſe talem pro-
fitetur inter Chriſtianos,demonſtrat ſta-
tim,quod ipſo uſu externæ Rationis la-
beſcat perfidè, ac prodat ſe maximè e-
vacillantem? Imo ipſo infante eſt ſtoli-
dior. Quis enim puer adeo inſanus, qu-
non potius ſui parentis ſe dicat filium
quàm alieni? Nec poterit quis ſimul Do-
minorum duorum adverſantium mini-
ſter eſſe. Jta Ratio ipſa in externis ſta-
rim reclamat.

Sed ſtolidi tales neque noſcunt inte-
externam aſtralem & internam Spiritu-
interni rationē dignoſcere. *Etenim in ex-*
ternis nulla recta ratio datur,ut rectè loqui-
tur D. Lutherus,niſi in Fide,id eſt,niſi ſit re-
generatus. Ita verè Credenti omnia Spi-
ritus Sancti dona patent. At in tantam
hic Chriſtianiſmus ethnicus ſui igno-
rantiam ſecuram præcipitatus eſt,ut ne-
mo fermè amplius noſcat, quid regene-
ratio ſit in Chriſto aut vivida Fides:
quod ipſe in adoleſcentia mea toties
expertus ſum, quum ſemper potiorem
animæ quàm externarum artium curam
gererem, circa Verbum Dei ubique ſol-
licitus. Profecto in omnibus academiis
potiſſi-

tiſſima mea erat converſatio cum heologis, quos habebant tunc præciuos, ut ſaltem ex iis addiſcerem, quid ſet Fides propriè in ſua genuina natura. Adeò autem rudes inveni omes, ut me ad Prædicamentum qualitatis mitterent, & Fidem habitum dicerẽt; a nemo ſanè erat, qui ex S. Scriprura erè mihi eam determinare vividè poiſſet. Miraris fortè, lector. Aſt ego di b hoc ſanctè, me in veritate id deprendiſſe. Ita enim manifeſtè tunc aniadverti, quod omnes à nimia Philoſoiæ profanæ cultura eſſent decepti, atue hæc cauſſa fuit, quur majori cum erveſtigationis ardore Sacram Scrituram perlegere, & Lutherum cum dem conferre inceperim; ubi tunc per lehovæ gratiam inveni, quod Fides nõ ſſet tam res levis & nudus oris aut linuæ adſenſus, aut habitus, ut vulgo puatur; ſed quod operatio ſit vivida Spiitus Dei in intima animæ & cordis raice, nec tamen ſolummodo ita, ut ſaltẽ ϖόςασιν referat, ſed etiã *καίνην κτίσιν* x novam Creaturam importet; ut rectè licat *Luth. Tom. 2. lat. p. 215* quod revea nihil differat creatio & Recreatio, ſie regeneratio & Fides, quum per Filem in Chriſtum, Chriſti juſtitia fiat noſtra juſtitia, & omnia, quæ ſunt ipſius; ino Chriſtus ipſemet noſter ſit, nos inabitans corporaliter: & ſit illa juſtitia

infinita, omnia peccata in momento a
ſorbens. *Tom.1.p,178.6.*

Namque Corpus cœleſte Chriſti
induimus,ceu ait Teut. noſter, ut n
ita res adumbrata ſit in nudis cogitati
num conceptibus ſaltem, ſed certè,
veriſſimo animi ardore in ſanctuariu
illud cœleſte ut te inſinues, neceſſu
eſt. *es muſt ernſt ſein,* ait *Teut.* Iſtud qu
poſtea aperto ore lætabundus celebra
plenius, & Scriptis publicis in meo V
ro Chriſtianiſmo id deprædicare inc
perem, tunc demum inveni, qui in cor
convicti idem mecum ſtatuerent & ſcr
berent. Habitualiſtæ autem pertinaci
res pudore quaſi confuſi varia quær
bant effugia, quibus Stagirenſis ſui au
ctoritati abblandiri ſtudebant. Jam ig
tur plures, ex annis inde pluſculis, pe
Dei gratiam, ſaniora vident, licet mult
diſſimulent, quibus etiam locutio S.Scr
pturæ, de mortificatione Carnis, abnega
tione ſui, & præcipuis Chriſtiani homi
nis virtutibus, item de inhabitation
Chriſti, & univerſæ Trinitatis in nobi
fermè incognita ita erat, ut ejus poten
tiam vividam, & ipſum regnum Chriſt
vix intelligerent. Iehova faxit, ut uber
tim ejus copia accreſcat. Hæc vero ide
dico, & in ſimplicitate abſque arrogan
tia prolata volo, ut eo rectius quiſque ſ
aptari ſinat, uni viro, ut ceu virgo pur
Chriſto nempe ſiſti poſſit, ut ait *D. Paul*

2.Cor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Cor.11.23. ne ſerpens ille,ſicuti Evam
liditate ſua ſeduxit, etiam cujuſquam
rrumpat mentem , & à ſimplicitate,
æ eſt in Chriſto,abripiat.

Verùm quùm heîc tam atrocem artis
e propugnatorem variis modis ſe
bolus oſtentabat,interim quoque tum
paulò antè factum eſt , ut aliis ſimul
locis gratia Dei potentior ſe exerue-
ad ethniciſmum concutiendum. Si-
t non multum abſimile apud Belgas
ntarat vir in Sacris judicioſiſſimi in-
nii & Spiritus, *Dn.Theodorus VVolck-
rdus Coornherterus, Delphenſis & Har-
nenſis Reipubl. Sec.* Is enim non tan-
n egregios de Amore vero in Chri-
m & vita Verbo Dei conformanda
nſcripſit libellos , ſed etiam in pluri-
s Lipſio præſertim in Politico pro-
ſſu ſuo,de occidendis hæreticis, & vi
nſcientiis inferenda , acriter oppo-
t,ubi ad oculum ipſi aliiſque ethnico-
m admiratoribus vanis , & phraſium
politoribus demonſtravit , quantas
roduxerint Chriſtianiſmo corrupte-
,ſub ſpecie nitidæ locutionis hypocri-
æ. Cognitione ejus ſcripta ſunt di-
iſſima quidem,ſed variis modis, ſup-
imuntur.

Sic etiam apud Gallos Theophraſti &
iſmegiſti ſaniorem Philoſophiam in
rſcrutatione naturæ eximiè cum ali-
ot aliis reſuſcitavit, *Ioſephus Querci-*

tanus, vir omnis ingenii æſtimio ma-
jor, qui etiam experimenta in curandis
morbis uſque ad miraculum, quaſi alter
Theophraſtus, edidit; ceu ſimul ita dilu-
cidè auctorem ſuum imitatus eſt, ut ei-
dem in pluribus dederit explicatiſſimum:
uti ipſius aurea teſtantur ſcripta, in quo-
rum editione multi exultant Orthodo-
xi, & veræ ſapientiæ ſtudioſi. Simili mo-
do id apud noſtros fecit *Osvvaldus Crol-
lius* in vera Philoſophia Medicus exerci-
tatiſſimus, cui meritò omnes alii Medici
palmam deferre coguntur, & inter Ger-
manos faciunt cum *Heinrico Cunrado* Li-
pſenſi, & *D. Ioachimo Tanckio*, *&* *D.
Georgio Horſtio*, olim optimis meis ami-
cis necnon *Iohan. Hartmanno* *Archia-
tro Lantgra. Haſſiæ*.

In Polonia eſt etiam Anteſignanus
ille omnium modernorum, & inter ve-
ræ Philoſophiæ alumnos præſtantiſſi-
mus, cui nobilitas ſimul ipſa adſcribitur
in lumine veræ Scientiæ, *Sendivodius*
quo nemo contractiori modo totum na-
turæ curſum uſque ad Tincturam Vni-
verſalem complexus eſt.

Apud Germanos autem inter noſtra-
tes ante hos in utraque veræ Sophiæ
parte ſe exeruit vir, in vitæ pietate om-
ni, imitationi Chriſti ſolidè ſtudens
Valentinus VVeigelius Eccleſiaſtes Scho-
pæ γνησίως Lutheranus, quem fruſtra
calumnioſus ille hiſtoriæ Eccleſiaſticæ
compi-

compilator Wittæberg. & perquam injurioſè exagitat, ſeipſum pag. 1011. ſic potius depingens in homine inſulſo, & ob impietatem, vafriciem, abſurditatesque in hiſtoriarum juxta affectum proprium adulteratione, ſatis decantato. Etenim quàm vir religioſus ille, dum erat in vivis, extiterit, cognitum eſt non tantum eorum relatione, qui cum eo vixerunt; ſed etiam ipſius optimæ notæ teſtantur ſcripta; quæ cum tanto furore omnium Pſeudo-Lutheranorum, & eorum, quibus potius Crux Chriſti ob carnalitatis nimiam dulcedinem odio & dolori, quam vera pietas cordi eſt, ſupprimuntur. Vt falſorum talium fratrum nugacitas calumniatrix eo rectius appareat, ſaltem ejus unum adducere libet locum, ex præfatione de *Vita Chriſti* ſive Vera & vivida Fide, unde reliqua facilè cenſeri poſſint; ſic ait *pag. 1.* Per vitam veram Chriſti (ſi quis in ea ritè vivat) quivis ſemetipſum optimè probare valet, an civis & incola ſanctæ civitatis Dei ſit, id eſt, num verè ſit membrum in corpore Eccleſiæ univerſalis Chriſti: ſicut etiam ex ea agnoſci & probari valent omnes libri, ſcripta, conciones, prædicationes, omnia hominum opera; num ad normam Verbi Dei procedant; & cum Chriſto colligant; an verò contra Chriſtum ſint & diſſipent; ſic & inde probari poſſunt omnes Ordines, Sectæ,

opiniones, hæreſes & errores. Quisque igitur Verus Chriſtianus eſt, & Chriſtum verè novit, ille etiam ejus Verbum novit & in Vita ejus incedit &c. Multi, imò omnes ajunt, ſe prædicare Chriſtum, eumque credere, quùm tamen inter millenos vix unus reperiatur, qui verè noſcat quid Chriſtus intimè ſit, & Fides, &c. dum putant orali fide (id eſt congeſtorum articulorum externa confeſſione) omnia contineri, &c. At Fides aut Vita Chriſti eſt norma, & menſura angularis, per quam omnes undique poſſunt menſurari (*juxta Ezech.*) num ad Dei civitatem pertineant, an vero in devia excurrant. Sit igitur quodcunque velit, ſive ſcripta, libelli, conciones, dicta aut facta, Chriſtianus verus ea omnia ad hanc normã cenſere poteſt, & obſervare, num conformitatem cum ea quid habeat, vel nõ, an cum Chriſto, aut contra eum ſit; & quod conforme invenit, retineat, quod diſſonet, rejiciat & deſerat. Atque ſic quiſque ſe optimè probare valet, ſive ſit Princeps, Cæſar, mendicus aut ruſticus, Doctor, Magiſter, paſtor porcorum, juvenis, ſenex, mas, fœmina &c. Sic quiſque ſe ipſum agnoſcet ritè, ne ſeipſum decipiat, aut ab aliis ſeduci ſe patiatur, &c.

En, bone lector, ita vir in candore ſuo Theologico longè optimus omnes paſſim mortales ad veram Vitam Chriſti

remit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

remittit, ut Chriſtum induant intimè; & in factis undique cunctis ſanctè exprimere diſcant, quod tunc veram & vividam, juxta D. Paulum, & efficacem, vocat Fidem, aliàs neminem pro vero Chriſti membro in ejus Corpore & Eccleſia habet, niſi Chriſti imitationem juxta abnegationem ſui in vita ſancta & pia ex toto cordis amore in Deum & proximum repræſentet. Atque hæc etiã fundamenta ex vera Philoſophia ſacra, non Ethniciſmi illa deprædatrice & falſa, in oculari demonſtratione declarat, indicans, quod ſic etiam Myſteria cum his conſentiant, &c. Num igitur hæc talis rabies, & venenata errorum congeries aut deliria ſint, quibus Germaniam & provincias illas infecerit, uti ille perverſus doctrinæ talis inverſor clamat, id judicet quiſque pius, qui in Spiritu Chriſti Veritatem Verbi Cœleſtis rectè penſitare novit. Hoc quidem omnium Pſeudo-Lutheranorum proprium eſt, ut vitam Chriſti & ejus ſolidam imitationem, quæ in manſuetudine & vivida proximi dilectione, & ſui abnegatione. *Matt. 16.24.25. Ioh, 8.31.32. 33. & 13. & 15.* conſiſtit, extremo odio habeant, nec tantum in ſemetipſis ab illa planè abhorreant; ſed etiam nec in aliis perferre poſſint, & extremis perſecutionibus eos afficiant, qui rectiora monent. Vnde ipſi demonſtrant manifeſtè,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

quod ne quidem Lutheri, multo minu[s]
Chriſti diſcipuli veri eſſe poſſint. Etenim
quid aliud eſt, quod Weigelius in talibu[s]
docet, dum Fidem vividam in Chriſt[o]
vita exprimit, quàm quod ipſe vult Lu-
therus, cujus verba, *Tom 4. lat. pag. 54.* ſic
ſe habent. *Fides purè eſt docenda, quod*
ſcilicet per eam ſic conglutineris cum Chri-
ſto, ut ex te & ipſo fiat quaſi una perſona:
quæ non poßit ſegregari, ſed perpetuo adhæ-
reſcat ei, ut cum fiducia dicere poßis: Ego
ſum Chriſtus, hoc eſt, Chriſti juſtitia, victo-
ria, vita, &c. eſt mea. Ideoque homo ſi-
ne Chriſto nihil eſt, quàm tenebræ, er-
rores & malitia, &c. *Et Tom. 2. lat. pag.*
158. ait, Ingreſſus in Chriſtum eſt Fides
Ioh. 10. quæ nos colligit in divitias Dei:
egreſſus autem eſt Charitas, quæ nos
juſtitia Dei indutos diſtribuit in obſe-
quia proximi, & exercitium proximi
corporis, ad ſuccurrendum alienæ pau-
pertati, ut & ipſi per nos attracti nobiſ-
cum ingrediantur in Chriſtum, &c. *Item*
Tom. 2. Germ. p. 35. ait: Fides eſt vivida
Spiritaliſque flamma, quâ corda per Spi-
ritum Sanctum inflammantur, regene-
rantur, & penitus convertuntur ita, ut
nil aliud deſiderent, velint, expetant, fa-
ciant ceu quid aliud ſint, NB. quàm quod
Moſes verbis poſcit & præcipit ſuis.
Vnde talis impletio legis, facit bona o-
pera, ac juſtus ita factus facit juſta. *Tom.*
1. lat. p. 409. Facere legem & implere le-
gem eſt

...em eſt credere in Chriſtum. Tom. 1. lat. p. ...07. Etenim ſic Gratia Dei hominem Deiformem reddit, & quaſi Deificat, ut & Scriptura ipſum Deum & Dei filium vocet. NB. *Ita hominem ſupra Carnem & ſanguinem evehi oportet & pluſquam hominem fieri, ſi juſtus coram Deo eſſe, cupiat Tom. 1. lat. p. 293.*

En, audis, quid heîc Lutherus dicat! Mirum, quod etiam ipſe Lutherus in his & talibus, quæ paſſim in ipſius ſcriptis, ubi orthodoxum agit vividum Fidei, obvia ſunt non itidem à ſuis falſis diſcipulis Weigelianus efficiatur! Sed carnales illi Clamatores, ſuæ vivant carni, & pergant blaſphemare Spiritum Dei in ſuis ſanctis; illi talem quoque metent meſſem ſuo tempore ſatis abundantem. Quid aliud eſt ſecundum conſcientiam vivere, ſi quis non realiter in & cum Chriſto vivere, ac vitam in hoc ad ſcopum æternum extendere cupiat? An calumniari proximum & ejus vitæ ſanctitatem injuriis afficere, Chriſti vitam, imaginem aut Fidem integram repræſentet, Hypocrita, ait Chriſtus, prius trabem ex tuo oculo extrahas, quam feſtucæ judex ſis proximo, *Matt. 7. 3.* Tu quis es, qui condemnas alienum famulum? Proprio damno ſtat aut cadit *Rom. 14. 4.* Si non caruit nævis, id ejus Dominus judicabit. Tu 8. præceptum cogeris obſervare undique.

Pudeat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Pudeat meritò eos, veluti etiam Chriſto de hoc graves reddent rationes, quod ejuſmodi pietatis ſolidæ diſſipatores, in figmentis ſuis calumnioſis, abſque neceſſitate evidenti tot ſectas ſibi & populo confingant, & diſcordantes faciãt auditores paſſim in Eccleſia Chriſti. Nimirum, (ſic ſcripſit ille magnus Ducatus ad Balth. ſuperattendens ad Generoſum quendam Dan. procerem non adeo pridem) cernimus ſatis quidem, quod vita Chriſtiana nuſpiam rectè informata ſit, & quod merito ad pietatem Fidei integram in Chriſtum foret reducenda; Sed ſic nobis Prædicantibus ſubtraheretur noſter reſpectus & exiſtimatio, nec haberemus redargutiones hæreſium in cathedra, quibus doctrinam noſtram, quaſi in exercitio publico, oſtenderemus. Exhorrui ſanè, quùm nuper iſtius magni & veri Chriſtianiſmi cupidiſſimi viri officiarius talia mihi referret. Jam igitur patet, & iſte ſuperattendens egregiè illud ſummum arcanum omnium Pſeudodoctorum prodidit, quur exoſum illis adeò hactenus fuerit illud vocabulum Irenicon εἰρήνης & pacificationis, quoties viri boni & docti, paciſque veræ ſummè amãtes ſe exeruerunt, ut Eccleſia Chriſto undique in vita prius debeat, quàm in opinionum diſtractione & vana diſputatione poſſet, conformis reddi.

Fin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Fingant, diſputent, calumnientur, condemnationes & execrationes protrudant, quaſcunque & quouſque velint, nemo certè erit aut Chriſti diſcipulus fieri, verèque regnum Dei introire poterit, niſi ſe prius abneget ſibi, atque Crucem hanc in Carnis mortificatione in ſe ſuſcipiat, & Chriſtum ſyncerus ſequatur, ejus vitam integrè imitando, quùm nemo unquam in Chriſtum Fidem habere, & in eum verè credere poſſit antequàm ſic novum hominem induat, qui in Deo ſit juſtus; & vividè in Chriſto regeneratus: Imo Fides nihil aliud eſt, quam nova creatura. Alias enim impoſſibile eſt prorſus, quod vera Pax, quæ hodiè tam anxiè paſſim quæritur. poſſit inveniri, aut recuperari: Niſi vitæ prius vera conformitas quæratur ante omnia: Si igitur vobis Prædicatores gloria Chriſti verè cordi eſt, nec potius mundum cum ventris & ambitionis propriæ cupiditatibus aut deliciis carnis quæritis; hoc agite ante omnia, ut ſic captivam rationem veſtram ducatis Chriſto & homines ad regenerationem vividam, in pœnitentia & amore ſancto, per virtutem Verbi & Spiritus Dei revocetis. Hoc deeſt; hoc curate, nec amplius obſtaculo heîc vobis ipſis & omni populo in Eccleſia Chriſti ſitis. Voluntas Domini vult efficaciter effici in factis Sanctis, non opinionum vanarum mutuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

mutuis pugnis & digladiationibus; ho
tenete firmiter: hoc abſque mora perfi
cite; aliàs dies judicii extremi in vo
redundabit omnium exitioſiſſimus. Fun
damentum hoc certè eſt, unicum, quo
nunc ritè quærendum, & in omnibus a
ctionibus unicè ponendum eſt. Atque n
quid dubitebis de hac voluntate Ieho
væ: ecce, ille tot miracula monſtrat i
cœlo, elementis & in terra: imò in me
dium procedit hominum cœtum, & ib
mirabiliter ſuam miſericordiam novi
illuminationibus declarat. Quæritis ex
emplum? ſanè expreſſum, imo & mani-
feſtiſſimum dabo. ait ille.

Memorabile eſt, & ideo benè notan
dum, quod nunc dicam; animadvertite
ſaltem. Quamvis profanitas ethnica, nos
tantis obruerit tenebris, ut hactenus ex-
plicatum eſt; tamen Iehova excitavit
paſſim ingenia, qui lucem naturæ aliis
retegerent modis ex ſolido Magiæ pri-
ſcæ Patrum fundamento. Iam vero ſub
ingreſſu ipſo hujus *ſeculi 1600*. eam quo-
que exeruit clementiam cœlitus, ut e-
tiam in revelationis modo vocationem
ſuam extraordinariam alicui viro pieta-
te juſta digno ex pago Seidenburg. in
Luſatia oriundo obtulerit, licet extite-
rit exiguæ ſortis, & ex ima plebe natus.
Non eum ex numero academicorum ſi-
bi ſelegit, ſicuti mos ipſius ſemper fert
ſanctus, ut Sapientiam Sapientium, jux-

ta do-

a doctrinam Pauli ad Corinthios , eo magis convelleret oſtenderetque eo clarius nobis ſuam virtutem. Miraculum quidem tum hoc ſummum edidit, ſed id uſque in decennium protulit , indeque ulterius porrexit ? donec ipſi facultatem omnem in utramque naturam & æternitatis & temporis introſpiciendi per Spiritum ſuum , ac conſignandi cuncta per litteras & libellos conceſſiſſet. Ne odio nominis ullo tangeretur, Teutonicum ſe appellavit, ut oſtenderet, quibus potiſſimum ſe manifeſtare debuerit primum. Mirabile eſt hoc, quod tunc maximè prodierit, quum circa *annum 1619.* ſe iterum magna controverſia de Philoſophiæ profanæ & ethnicæ mixtura cũ Verbo Dei inter nonnullos academicos & ſincerioris Chriſtianiſmi cupidos exeruiſſet. Etenim erant qui talem impietatis habitum & falſam commixtionem ethnicam in regno Fidei non amplius admittere poterant. Ideoque ex vero pietatis zelo commoti docebant, Spiritum Jehovæ unicum Verbi cœleſtis interpretem eſſe ſui, & Verbum illud in vividam vitæ indolem nobiſcum transformari debere, uti ſupra aliquoties monſtratum eſt.

Hoc quum ita in pietate ferventer nec ſine ardore cordis pij urgeretur, extulit ſe quoque clarius, vir inſignis ſimul pietatis & Ducatus Lunæburgenſis

Super-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Superattendens *Iohannes Arendus*, c
perquam illuſtres ediderat libellos
Vero Chriſtianiſmo, quibus, ex Tauler
Luthero, Theologia Teutonica, & W
gelio & maximè ex ipſis Sacræ Script
ræ fontibus, adeoque ex ipſius Chri
ore & Verbo, Fidem vivificam diſer
conſcripſit, ut verioris lucis figuram pi
reſuſcitaret. Verum uti perverſitas e
hominum malitioſa, quæ ſemper eo r
bioſior effervescit, quoties videt luce
magis affulgeſcere clariorem; ita etia
heic accidit, ut non tantum huic piet
tis veræ lumini omnivarias tenebr
infinitis ſuſpicionibus, incuſationib
& diſputationibus objecerint; ſed etia
perſecutiones non minores in omn
bonos intentarint, condemnando nun
alios, nũc aliorum in ſecuritatem abr
piendo conſcientias, quaſi non opus fi
ut vitæ Chriſtianæ veſtigia in facto a
moris mutui oſtendantur, quùm impu
tatio meritoria Chriſti hæc omnia no
bis impetrarit juſtitiæ, & juſtitiam ſuan
nobis imputet, ſi ſaltem dicamus ore cõ
fitentes, hunc & illum articulum ita cre
do, ceu tu mihi eundem præſcripſiſti: ſi
enim ſtatim ex ore prolata dictio cun
evaporatione auræ beatum facit. Hæ
perſuaſio ita mundum occœcavit hodi
totum, ut omnes fermè undique morta
les in nimiam abierint ſecuritatem; qua
ſi ſufficeret ſolummodo, ſe articulorum

Augu

Auguſtanæ confeſſionis aut aliorum profiteri confeſſorem. *Quid vero? an non potius ad Verbum Dei & mandata Chriſti ſum alligatus?* Hic ſanè non otioſos inque foro ſtantes mercenarios in vineam ſuam Iehova recipit; ſed jubet ſeveriſſimè per modum mandati, ut ejus teneamus ritè veſtigia, illumque in imitatione pia ſequamur fideliter per omnes vitæ actiones, nec quidquam ſit ſine amore Dei & proximi integro & ſincero. Hoc vero quum ita urgeat B. Arndius, plurimi, qui ſub falſo titulo Chriſtiani nominis Chriſto fucum in carnali vita venditare cupiunt, aperto ore impudentiſſimè audent proferre; *quod impoſſibile ita ſit juxta præſcriptionem Arndij vivere, quum onus nimis durum imponat mortalibus, & tamen non neceſſum ſit, ita vivere ob miſericordiam Dei, & meritum Chriſti, cui ſic noſtra vita ſyncera detractionem adijceret, quaſi ipſe non ſatis feciſſet.* Certè ipſe ita audivi & Theologos diſſerere magnos, à quibus exemplum vitæ ſanctioris promanare debebat. Verùm quid eſt credere, aut vera Fides? Reſpondit B. Luth. *Tom. 1. lat. p. 107. 5.* Facere legem & implere legem, eſt Credere in Chriſtum. Non Arndius nec ego hæc dico ſed Lutherus, à quo Lutherani dici volunt. Quales igitur poſſunt eſſe Lutherani illi pſeudoapoſtoli, aut Crypto-Lutherani? An non pu-

tas,ó homo Chriſtiane me heic obſtup factum ad tantas acerbitates?

Duo nimirum ſunt potiſſimum, qu heîc objiciunt, videlicet impoſſibilit tem,& ſupervacuitatem. O os impuden quid loqueris? Chriſtus ſanè non impo ſibilia nobis propoſuit; quæ tibi impo ſibilia erant in gratia Patris Iehovæ re cuperanda & in thronum Dei cœleſt regrediendi, ipſe perfecit; ac propterea pro gratiarum actione, cupit, ut ipſum in imitatione debita ſequaris per omne hujus vitæ partes, ad quod tibi Spiritum ſuum in regeneratione ſancta offert, u in integra Fide renatus omnia ſatis per ficere poſſis, quæcunque à te expetit: A ut nil habeas, quod excuſationis loco excipere poſſis, ille te ad infantilem ſal tem vitam revocat,& vult, ut ſaltem pue ris te adſimiles, in ſimplici & cordia vita Fidei, atque quod tunc ſtatim tib poteſtatem ſit conceſſurus pro ingreſſ ad regnum Dei, licet ab eo ne quidem tantillum abſis, ut etiam in te ipſo intu pridem hoc poſſideas, modo temetipſum non indignum tanta poſſibilitate ſis fa cturus. Ideoque quod in manibus quaſ habes, ſi illud nequiter contemnas, & Spiritui malignè ita reſignes cujus eri culpa? Si Dominus quiſpiam terræ te munificentiſſima arce donet, ut tranquil lus & pacificè cum debita gratitudine in ea habites; an tu loco gratioſæ vitæ

ſeii-

ſeligeres extremas diſſolutiones? Pudeat ergo te, hujus locuti, quod Diabolus ipſe ex ore tuo protulit; nec dignus es, qui pluribus refuteris. Abi ad beſtias, & vide, num canis etiam hero ſuo in tantum ſit refractarius pro alimentis vitæ externis? Si neſcis, puerum te & omnes Chriſtianos in amore Dei & proximi expetit, ſic verè & vividè Chriſtum indues. An hoc ſit impoſſibile? Quin in voluntate tua omnia tibi ſita ſunt; Si ardorem velle habeas, dona Dei ſtant cuivis omnia juxta modum ſuum parata.

Pro ſecundo igitur, quid de ſupervacantia clangis? An beſtia es? an homo? An diaboli ſemen? Ignoras tuam nobilitatem, quid eam deceat? Ignoras beneficia & merita Chriſti uſque ad mortem quid ea requirant? Niſi perverſiſſima eſſes creatura, non ita loquerere. Imò ſi diabolo ipſi tantum liberationis beneficium obtingere potuiſſet, quid putas cuinam vitæ ſe eſſet adſimulaturus, an quæ gratitudinem ponit, aut ingratitudinem. Ille novit, quid ſit æternitas: ideoque lubens decies millenis aut centenis millenis annis facilè ſe duriſſimo vitæ generi ſubmitteret pro liberatione calamitatis ſuæ æternæ. At tu ne quidem carni tantillum velles detrahere, ut ſe Spiritui Dei accommodet: atque ne id cogaris facere, fingis tibi ex tuo cerebro ignominiam aliquam, qua afficeres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Chriſti meritum, ſi tu præſtares bon
opera. Fingis te Lutheranum? An nc
igitur ſuperius allegata verba Luthe
intelligis, quid ille in Fidem depona
quod hæc nunc quam ſine bonis fruct
bus eſſe poſſit, multo minus quam lu
abſque lumine, aut arbor bona abſqu
fructibus. Fides verbalis & in articul
diſputabilis nihil tibi proderit. Si ab
que operibus dilectionis inveniaris i
die extremi judicij, certè gehennæ cu
omnibus maledictis adjudicaberis *Mat*
25. Non enim beſtias & leones, aut lu
cones & lupos recipiet cœlo; ſed eo
qui in imitatione ſui id eſt Chriſti v
xerunt debitè, & factores ſe Verbi ſyr
ceros abſque fuco & falſitate doloqu
& hypocriſi præſtiterunt. Ideoque vu
ut plenior ſit juſtitia noſtra, quàm Pha
riſæorum & litteratorum habitualiſta
rumvè nudorum, aliàs non poterimu
ingredi regnum Cœlorum. Tum quoqu
mandata Chriſti habes expreſſa, quomo
do te per totam vitam in operibus cha
ritaris ubique exercere debeas. Conſul
in his ſaltem, ſi quid ignoras, quid man
det. *Matt 5.6.7.* & alibi, facilè inve
nies: Ac ne quid ulterius effugij quæ
ras, perſpice *D. Ioh. Apoſt. in Epiſtol. ſuis*
qui id ſanctè affirmat, quod præcept
Chriſti levia ſint: Nec certè dura ſunt
niſi tu ipſe tibi onus conſarcines. *Qui*
enim verè amanti ſit grave aut durum? S
Chri

Chriſtum verè amas; Chriſto quoque & Spiritus Sancti ductui te facilè concedes, & in ejus potius virtutibus ſanctè animitus, quum nudè ſaltem habitualiter ad modum ethnicum carnis vanæ exercebis. Qui Chriſtum enim amat, verbum ejus ſervat aut ſervare ſtudet. Qui in hoc non eſt totus, aut id refugit ſaltem, eo ipſo declarat, quod amor Patris non ſit in eo, ſed potius ſecundum cupiditates vivat diaboli: in quo nec ullæ ſimulatæ virtutes externæ juxta habitum adſumptæ te excuſabunt. Sed ſufficiat heîc jam illud reſponſum, quùm abſurditates apud ἀτόπους plura non mereantur. Quin etiam olim in litigio illo magno apud Habitualiſtas profanæ ſuæ Sapientiæ id & ejuſmodi plura explicavimus, unde adeò adhuc in tanta erga nos hærent rabie. Sed ut tandem acquieſcere paululū diſcant, quùm ipſam Iram Dei pro vindice ſatis forti ſint paſſi, pro meliori informatione, non deſinam illis id inculcare, quod tum ex Luthero fuit reſponſum & Carmine ſatis bono confirmatum. Quæſtio erat.

An Sapientes profani & Habitualiſtæ illi Rationales, in defenſione ferventi ſui Ethniciſmi & mixtura philoſophica cum Chriſtianiſmo, poſſent dici vera Chriſti membra?

Reſpondet D. Lutherus in præfat. ad Corinth. dicens: Poſtquam Germanis

Euangelium Dei revelavimus, ex grati Dei, inde etiam quiſque optimus magi ſtrorum haberi cupit, & Spiritui De præjudicium addere: Quaſi vero Euan gelium propterea nobis eſſet prædica tum, ut rationis noſtræ ſapientiam pro fanam & intelligentiam in eo oſtente mus, indeque nobis gloriam conficere mus. Proinde Corinthii verè exẽplum talibus noſtris hominibus exhibeant, & ſimulacro illis ſint hoc tempore, qui cer tè ſimili indigerent jam Epiſtola, quæ digniſſimè illis opponeretur. Sed oportet hoc ita eſſe, & Euangelio hæc fortuna competit, quæ ἀντιλέγοντες ſanctioli omnes & ſapientes naſutule profani errores, hæreſes & ſcandala cauſſare debeant, ut probati (ceu D. Paulus loquitur) manifeſtentur rectius. Quapropter reprehendit & condemnat D. Paul. admodum ſeverè talem noxiam Sapientiam, & ſciolos illos ſanctulos reddit ſtultos; dicens ſimpliciter, quod nihil intelligant de Chriſto, aut Spiritu ejus & donis Dei, nobis in Chriſto datis: unde neceſſum ſit, ut prius incipiant hæc & talia addiſcere, quùm Spirituales omnino requirat homines, qui hæc intelligere velint: quia Sapientiam ſibi aliquam heîc adſcribere velle & intelligentiam attribuere, in Euangelio, eſt certè merũ illud ſcandalum, & obſtaculum, quod Dei & Chriſti cognitionem veram impedit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bedit, ac è contra hæreſes, liteſque cauſet. Ratio carnalis intelligens & Sapientia ejus ad hoc quidem conducere poſſunt, ut furioſos ſanctulos & laſcivos Chriſtianos faciat; at Chriſtum Dominum noſtrum in æternum hoc modo aſſequi nequeunt, iſi renati in ſtultitiam revertantur, & ſinant ſe in humilitate per Verbum Dei placidè ducier &c. O quàm igitur longè Habitualiſtæ profani illi à vera Lutheri doctrina abſunt?

Sic & M. Vit. Didericus in præfat. ad eoſd. Cor.

SI homines in humilitate viverent, nec nimium alta expeterent ſibi, manſuri certè eſſent optimè unanimes. Verum ſtatim ſimulac ſe ſuſcitant, ac ſibi quid imaginantur, protenus unus altero melior, doctior & probior eſſe cupit: Proinde turba ſe movet, quod diſcordias inter ſe alere incipiant, alter aliumq; contemnat. Ideoque ait Paulus: veluti planè indecorum eſt, quùm omnes uni capiti ſubjecti ſimus, ut ſeparationes tentemus; ſic etiam minus decet nos ſuperbire. Quia noſtra ars ſumma, nempe amabile Euangelium, coram mundo eſt mera ſtultitia, & contempta concio. mundus Sapientes alit homines, qui nil credere velint, niſi quod cum Ratione congruat. Verum cum tali Sapientia ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Diabolum proruunt. Chriſtiani ſtu[lti] ſunt homines,quia talia credunt,quæ c[um] ratione non conſentiant, ſed cum ta[li] ſtultitia cœlum aſcendunt. Ergo cave[te] te vobis à tali mundi Sapientia: Deu[s] noſter ejuſmodi homines cœlo ſuo no[n] recipit. Non multi potentes, Sapiente[s] & nobiles vocati ſunt; ſed quod ſtultum eſt coram mundo, in eo placitum e[ſt] Deo, ut Sapientes confundat.

Idem Excell. vir D. Caſpar. Pfaffradiu[s] in Diſp. 5. docet,

PIetas hæc quidem vera eſt, quando in Verbo & vera Fide,ſub obedientia Chriſti per Spiritum ejus,ad Dei Iehovæ gloriam,non per terminales rationis conceptus vita vera Chriſtiana dirigitur. Fundamentum enim hoc pietati unicè in homine ſubſternunt, atque ſic verè homo novam Creaturam exhibet Chriſto, ſi Fides, Verbum & Spiritus Chriſti illum, in obedientia, juxta normam ſanctitatis conſervent. Quippe ſic ſolummodo vivimus efficaciter nudi in Deo per Chriſtum,ſi caro & ratio cũ omnibus viribus in Chriſto mortificetur, & nova creatione Spiritus induamur: Atque hæc vera pietatis norma eſt unica, nihil hic Ethnicè philoſophicum ſapere debet,ſed omnia in Chriſto per Fidem vivificam, non certè quæ habituali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bitualiter ſit acquiſita,ſed quam Spiritus per Verbum Iehovæ in nobis generavit, ut ſic pie ſanctеque in viis Iehovæ incedere,ac quiſque vitam ſuam in Charitatis exercitio fideli, & ſolido pietatis exemplo abſque hypocriſi depromere, Chriſtumque toto corde imitari valeat. At nunc hodiè quid, in Chriſtianiſmo pietas aliud, quam ſtudiis & terminis philoſophicis exculta ratio, & Verbis habitualibus ex Sacra Scriptura litteraliter petitis ſimulata devotio? Namque nihil Spiritus,nil ardoris in fide,nil heîc perſpicitur Charitatis, ſed hypocriſis ubique omnes confingit habituales conceptus de Deo Iehova, de parentis Clementia,de Iuſtitia Iehovæ, de beneficio Chriſti,de Salutis æternitate,de Spiritus S. donis, & tota Theologiæ univerſitate. Non hic Spiritualia Spiritualibus dijudicantur, ſed uti Ariſtoteles tales terminos ſuppeditat,ita profano mentis Conceptu in Theologiam intruduntur: Vnde nihil niſi merus Ethniciſmus cum profaniſſima Idololatria emergit. Atque hi ſunt verè illi, qui ut tenebris ignorantiæ hærent, qui talia ſectantur. Proinde qui alios ignorantiæ inſimulẽt, ipſi ſanè in peſſimâ hærent Cæleſtium & Fidei pernicioſiſſima inſcitia. Ipſi tenebris inerrant denſiſſimis & Tartareis, qui lucem ſibi deſtinant extra gratiæ lumen. Barbariem dum clamant alios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

lios revocare,ipſorum lingua,os, cor, a-
nimus peſſimi reos convincit Barbari-
mi, dum nihil niſi terminos fremun
Tandem ut omnia paucis complecta-
mur: Verus Chriſtianiſmus non eſt ha-
bitualis pietatis conſuetudo, ut hodi
naſutuli Blatrones ſomniant ſibi:ſed,u
B.Luth.ait Tom,2.*Germ,p.* 320. Quand
Deus Fidem creat in homine,res majo
eſt, quàm ſi cœlum & terram de nov
creet. Namque Chriſtus in nobis, im
nobiſcum unus eſſe debet,ſi Chriſtianu
filius Dei,hæres regni,frater Chriſti, ſo
cius Angelorum, Dominus mundi, &
particeps divinæ naturæ effici velit.

Ideo ait *D.Paul 2.Cor,8.17,* ſi quis e
in Chriſto,ille eſt nova Creatura. Nam
que extra Chriſtum uti nulla ſalus; it
etiam nullus Chriſtianiſmus; ſed quo
abſque eo,licet in ſummis ſit virtutibus
tamen ſumma eſt Idololatria, & proin
de condemnatio longè horribilior. Nu
la enim virtus extra gratiam & Fider
habet Deum pro fine, ſed tantum quæ
rit,quæ ſua ſunt. *Tom.1.p.301.* Atque id
eo mala ſunt opera noſtra coram Dec
quia non fiunt ex Deo,nec propter Deũ
ibid.p.134. Vnde neceſſe eſt,ut,qui vel
bona operari, non ab operando, ſed
credendo incipiat,quod perſonam faci
bonam. Non enim bona opera faciun
bonum virum;ſed bonus vir facit bon
opera.Nec perſonam quid facit bonam

ni

niſi fides. *Tom.1.lat.p.469.* Credere autem verè in Chriſtum, eſt facere legem, & implere legem. Atque ſic opera Fidei non faciunt fidem; ſed Fides facit opera Fidei. Iuſto ita non eſt lex poſita: quia jam juſtus ex Fide, non eget lege, ſed ſua ſponte facit opera, quæ Charitas, ceu anima Fidei, ſic exprimit. *Tom. 1. lat. 307.*

Quæſtio hinc fuit olim.

Quid igitur habitus pugnax. An ſic nova Creatura poteſt dari in Chriſtiano abſque abnegatione ſui.

RESpondet quidem. *B.Luth,Tom.1.p.29.inquiens.* Impoſſibile eſt in Deum ſperare, niſi de omnibus creaturis diſperetur. *Id.p.438.* Qui credit in Chriſtum, evacuatur à ſe ipſo, fit ocioſus ab operibus ſuis, ut vivat & operetur in eo Chriſtus: Qui lege quærit juſtificari (juxta vires rationis habituales) evacuatur à Chriſto, fit ocioſus ab operibus Dei, ut vivat & operetur in ſeipſo, hoc eſt, pereat & perdatur. Nihilominus quùm in illa pugna Habitualiſtica, eſſent academici & noſtrates Theologi quibus rationis habitus, ut eo rectius ſuam ſalvarent Philoſophiam ethnicam & phantaſticam illam, magis placebat, eis tunc neceſſum habui ex Verbo Dei & D. Luthero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

thero tale objicere Carmen, quod ita
habet, ut rectius Fidei eſſe & Naturam
cujus adeo ignari erant, addiſcerent.

Quænam vera Fides? Per quam nos cor
renato (de
Vivimus in Chriſto, Fidei lux qualis & u
Non habitu conficta quidem, ceu ſomni
amens (b
Iſtam quiſque ſibi, nec mentis acumine n
Gignitur, at Ihovæ quam monſtrans Regi
la Verbi
Spiritus in nobis cœleſti lumine profert.
Quæ vires Fidei? Ratio nòn ulla profani
Ingenij heic quidquam largitur roboris e
ſe, (re
Omnia ſed Chriſti ſunt mortificanda labe
Vt nova lux vigeat. Sophie quæ vera? Ie
hova (den
Quam docet in Verbo, myſteria cœlica pan
Perpetuo in nugis ſibi vivit Gracia men
dax. (di
Quid vero Pietas? Haud nuda affectio cor
Sed ſanctam Chriſti referens imitatio vi
tam. (quam
Nil extra Chriſtum virtutis quid ſapit un
Præterque hunc veniam nec juſtè fact
merentur,
Ante Dei faciem, ni Chriſtus in omnibu
unus. (nis
Quid Ratio in Verbo? Seductrix cæca peren
Quiſnam Chriſtiades? Quis verè hoc no
mine dignus?

Nor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Non qui quid ſimulat, nec quem jactantia magnum
Venditat in linguâ; verum quem Spiritus intus
Vrget amore Dei, renovatus lumine ſemper,
Vt præſtet factis, ceu vivida poſcit id arbor. (recti?
Quæ vitæ probitas? Quæ mens ſibi conſcia
Duplicitate carens, quæ ſimplicitate decenti, (rem.
In Verbi virtute, Dei ſibi quærit amo-
Pernicies homini quæ maxima? Corde ſuperbo
Si ſibi quis Sophiæ veſtigia deputet alta.
An vera eſt Sophie, quam concipit arte profana
Ingenium, cœcæ vel ponit Notio mentis?
Nil minus. Hoc etenim, quod primus perdidit Adam
In lapſu penitus, queî poßis dicere nondum
Amiſſum nobis? Homo cœcus in omnibus hæret, (ri:
Nec penetrare valet quidquam ratione prio-
Imo videt minimè, pedibus quod culcat in orbe,
Ut loquitur ſapiens; Sic ſe tam turpiter amens
Spiritui mundi ſubjectum reddidit, hu'us
Vt ductu vivat, Sed quænam Eccleſia vera? (catam;
Non, quam fortè vides oculis, palpasque vo-
Sed Chriſti regnum crucibus determinat intus,

Cladius

Cladibus & varijs: Hæc ipſi inſignia cer
Vnde dicam ſcripſit jampridem hanc tar
rus illi,
Enſe, rota, laqueis, unda, ignibus atq
flagellis:
Attamen hæc Chriſti fulcris defixa man
bit. (*tu*
Proîn ſic tu vivas, Fidei in pietate ren
Vt te ritè probes Chriſto, nec hypocriſin
lam (
Corde tuo foveas tecum, ſed purus in o
Integritate puer vivas, tutiſſimus ibis.
Aut Regnum Fidei, ſatanævè, haut te
tius ordo eſt.
Aut vivis luci, aut tenebris; lex tert
nuſquam,
Quo petis aſtra, Orcumve tibi; via tert
nulla eſt.

Ergo omnia, quæ ſuſcipis & peragis ô homo, hoc fac in Fide juxta Verbu Dei, non extra Chriſtum, neque pe nude profanum ſaltem talem Habitu rationis Philoſophicæ; aliàs fruſtra pu gnas contra Iehovam & jam judicatu es ex Verbo Dei: Executionem ſeve ram addit dies ultimus ſtatim. Veriſſi mum enim eſt, hoc caveas rogo; quam diu rationis tuæ externæ & ejus ener gias in Philoſophia profana defenſorem & patronum agis fortem, tam diu tu proprio, quem tibi conficis & imagina ris, inſervis Deo. & veri Dei Iehova

perma

permanes hoſtis extremus. Inde enim ſe quoque Adam à Deo averterat, & ex hac perſuaſione Diabolus per ſerpentem decepit Hevam, ut ita turpiter regimini aſtralis Spiritus ſubjecti hæreamus. Ideoque niſi quis per abnegationem ſui captivam ducat rationem ſub obedientia Chriſti, non poterit regeneratione aut regnum Chriſti introire, & ſalvus fieri. aut quoque ad veram pervenire Sapientiam, ubi Spiritus Iehovæ imperium tenet in cordibus renatis.

Ecce mi, *Lector Chriſtiane*, hæc olim oppoſui pro meliori informatione illis, qui tanto furore pro habitu ethnico in mixtura Chriſtianiſmi illud fovebant bellum habitualiſticum. Carmen hoc extremo habebant odio, & confiſcari curabant fervidè: Sed fruſtrà. Iudicet quivis in Chriſto renatus, quid ſubſit peccati? An non potius ipſi ſuam prodiderint malitiam? Nec ſanè abſque vindicta Iehovæ ſumma fuit, quod certè ex animo doleo, Vtinam id viderēt multi, & agnoſcerent, potius omnes, quod vix pauci deprehendunt, quantæ occœcationes & diſtractiones animorū heîc ſubſint, dum potius profana vana Sapiētia, quam ipſum Verbum Dei in tanto habetur precio, ut nemo hodiè mundo cenſeatur eruditus, niſi ſit profaniſſimè doctus, quantumvis bonæ mentis aut pietatis unā ne virgultam habeas, imo ſi quid

quid domeſticæ virtutis adſit, id he
prodiget; unde ait, *Val. And. in Men*
ſuo. Poſtquam tales docti prodierunt, Bo
deſierunt quia nemo hoc curat, imo & hu
ſeculo amplius ignotum eſt, quomodo n
oporteat in actibus ſanctis à prima juve
tute grandeſcere in menſuram plenitudin
Chriſti.

An non potius id nobis curandum, pe
quæ renaſcamur in ſupernis ad novan
creaturam? An talia Metaphyſica, Log
ca, aut Phyſica Stagirenſis præſtare no
bis queat, niſi potius homines in om
nes vanitatum ſterilitates diſputabile
præcipitet. Hoc quùm etiam vidiſſet
modernus ſereniſſimus glorioſiſſimusq
Rex Sueciæ *Guſtavus Adolfus*, iden
de talibus inutilibus argutiis ſentiens
quod olim cenſuit (*referente id Cu*
ſpiniano) Maximilianus I. Imperator
rectè publico edicto ante paucos annos
omne Metaphyſicæ ſtudium cum Logi-
cali vanitate ita ex ſuo regno extermi-
navit, ut nemo bibliopolarum ſub pœna
confiſcationis tales libros ibi importa-
re aut ſubditorum quiſpiam legere &
cognoſcere auſit, ne nova barbarie re-
gnum ipſi fuſcinetur, aut ille in rebus
gerendis diſputatores & gloſſatores va-
nos pro negotiorum effectoribus nan-
ciſcatur. Qui vel in hoc capite potius
æterna laude dignus & encomiaſtica
promeruit Carmina, quàm ante 30. an-
nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

nos illi Verbi cœleſtis ſuppreſſores, & barbariæ perpetui commendatores, qui omni ſtudio id præcavere laborant, ne quis Spiritus Sancti diſcipulus fiat, niſi prius Ethniciſmi fuerit acuratiſſimus alumnus per aliquot annos. E contra autem veræ Philoſophiæ Triſmegiſti, & Theophraſti in ſua Academia Vpſalienſi iſte Rex ambas aperuit portas, ut ex eo fonte veritas doctrinarum in natura fundatarum rectius pateat. Velut etiam primas jam ibi *Clar. Medicus Iohan. Raicus tenet partes optimus Philoſ.* Quid enim boni ex opinionibus exurgat? Etenim ſi omnis erroris origo in Religionis cauſſa inde ex falſa Philoſophia promanat, uti Lactantius duobus libris integrè hoc explicat, quur etiam non in negotiis quibuſvis externis idem accidit.

Rectè, ait *Lactant. lib. 3. c. 4.* Zeno ac Stoici opinationẽ repudiarunt. Opinari enim, te ſcire, quod neſcias, non eſt ſapientis, ſed temerarii potius ac ſtulti. Ergo ſi neque ſciri quicquam poteſt (ut Socrates docuit) nec opinari oportet (*ut Zeno*) tota Philoſophia ſublata eſt. Quid? quod non tantum ab his duobus evertitur, qui Philoſophiæ principes fuerunt; ſed ab NB. omnibus; ut jam videatur jampridem ſuis armis eſſe confecta. In multas ſectas Philoſophia diviſa eſt, & omnes varia ſentiunt. In qua ponemus veritatem? In omnibus certè

non poteſt : deſignemus quamlibe
Nempe in cæteris omnibus Sapienti
non erit : Tranſeamus ad ſingulas : Ec
dem modo, quicquid uni dabimus , cæ
teris auferemus. *Unaquaque enim ſect*
omnes alias evertit, ut ſe ſuaque confir
met. Nec ulla alteri ſapere concedit, ne de
ſipere fateatur : Sed ſicut alias tollit , ſi
ipſa quoque ab aliis tollitur, &c. Ideoqu
recte cum aliis ſapientioribus , quemvi
Chriſtianum , verè ſapere cupientem
cap, 26. ad Verbum Dei remittit, quod
inde ſola doctrina Cœleſtis ea peti que
at , quæ veram largiatur Sapientiam. Ac
cap.30. dicit, ſe propterea falſam mon-
ſtraſſe Philoſophiam , ut oſtenderet , to
& tanta ingenia in rebus falſis eſſe con-
ſumpta. *Faceſſant igitur omnes illi , qu*
humanam vitam non inſtruunt , ſed tur-
bant. Quid enim docent ? Aut quem in-
ſtruunt, qui ſeipſos non inſtruunt ? Quem
ſanare ægroti ? quem regere cæci poſſunt ?
&c. Quid nobis iniqui ſumus, & ſapien-
tiam recipere cunctamur ? &c.

Qui vult ſapiens ac beatus eſſe; audiat
Dei vocem, diſcat juſtitiam , Sacramen-
tum nativitatis ſuæ norit , humana con-
temnat, divina ſuſcipiat , ut ſummum il-
lud bonum, ad quod natus eſt, poſſit adi-
piſci. Diſſolutis religionibus univer-
ſis, & omnibus, quæcunque in earum de-
fenſionem dici vel ſolebant , vel pote-
rant, refutatis ; deinde convictis Philo-
ſophiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſophiæ diſciplinis, ad veram Religionẽ nobis, ſapientiamque veniendum eſt, &c. At hoc quomodo fiet, niſi imitamen illud optimum Regis Sueciæ ſuſcipiatur? Aliàs enim permanebit confuſio, & diſſipatio ſectarum, nec Spiritus Dei ad ſuam intromitti poterit apud animos hominum, operationem. O quàm metuo, ut Teutonici noſtri vaticinium, quod hoſce in ſuo de tripl. vita libro c. 13. deſtinavit temporibus, vim ſuam in noſtris ſortiatur executionem? Ideoque hoc concluſi loco ſubnectemus, ne quid quiſpiam, qui id percipere poteſt, ſit neſcius. Res myſtica eſt; proinde ſedulo quilibet, cui datum eſt, id annotet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

TEVTONICI MAGIA

Ex mirabilibus magnis, Vati cinium ultimorum & præ- ſentium continens temporum;

In quo explicatur, quis hinc jam expe ctandus ſit eventus.

Res quæ ex initio creſcit, initium hab
& finem, nec altius excreſcit quã ha
bet ſuum numerum, ex quo accretionem
ſumpſit. Quodcunque autem in uno eſt nu
mero, incorruptibile eſt; quia ſaltem eſt V
num, nec quid ulterius, quum nil ſit in eo
quod id perfringat: quippe nulla res, quæ e
Unitate conſtat, ſe ipſam invenit. Quand
vero duæ res in una ſunt, tunc ſimul qui
contrarÿ in ÿs ſe exerit. & patitur adver
ſitatem. Vnum enim non contra ſeipſum pu
gnat; ſed in ſe contrahitur & ex ſe, atqu
manet unum. Ac licet ulterius quid in ſ
quærat, tamen nihil invenit, unde nec un
quam ſibi adverſatur; quia unum eſt, &
quocunque tendat, in una ambulat volunta
te: at ſi duæ ſint voluntates, adeſt quoqu
ſeparatio quædam; quum una ſæpius in ſ
attrahatur, altera vero extra ſe tendat. At
que ſi hæc res tantum unum habeat corpus,
tunc regimen in eo corpore diſſentit ſibi. Et
quando ita unum in alterum fertur cum

adve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

adverſitate , tunc contraria voluntas eſt, quæ in alterum irruit , atque in hoc tertius habitat numerus : Iſte proinde tertius numerus eſt commixta eſſentia, ex duobus prioribus, atque erga binos hos oppoſitionem fovet, quum proprium quid ſibi eſſe velit ; & tamen in ſe duas continet voluntates ex duobus primis , ubi una ad dextram altera ad ſiniſtram tendit.

Sic itaque res hæc ex duobus in multa exurgit , & unaquæque propriam continet voluntatem : Ac ſi jam in uno ſit corpore, tunc in ſe ſibi diſſentit; quia multas continet voluntates, & indiget judice aliquo, qui dijudicet id, voluntateſque illas imperio cohibeat ſuo. Quod ſi vero voluntates nimia potentia efferveſcant, nec judici ſe ſubmittere velint ; ſed ſurſum erumpunt , tunc ex uno regimine duo exurgunt; quia id eruptionem evaſum, ſemetipſum judicat ſecundum ſuam voluntatem, & infenſum ſibi fovet alterum, quod in ejus non ſit voluntate , ut inde controverſia ſit ingens , dum alterum ſuppreſſionem alteri ſupponit, & ſe ſolum in ſua extollit eſſentia : Quod ſi vero hoc non queat ſupprimere alterum, licet ſe quàm maximè illi opponat , inde unumquodque in ſuum ſummum excreſcit numerum, ac ſemper in lucta vivit adverſus alterum. Et quando hinc igitur evenit, ut in ſummum excreverit numerum , nec ulterius egredi valeat, tunc in ſeipſum regreditur , & ibi adſpicit ſeſe, quei fiat, quod nequeat ulterius excre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

creſcere: tunc animadvertit numeri finẽ, &
ſuam voluntatem in numeri finem dirigi
& metam hãc confringere nititur. In ea ve
ro voluntate, quam in numeri finem dirigi
quaque niſum confractionis ſubit, Prophet
enaſcitur, atq; is ejus proprius eſt Propheta
qui vaticinatur de erroribus in voluntate
unde & quur hæc nõ amplius procedere va
leat, agitq; de confractione. Quia ille in sũ
mo numero in Corona progeneratur ad finer
termini, & de Turba in ſuo regno loquitur
quomodo hoc finiri debeat, atq; quænam ſin
cauſſæ, quod ex ſuo numero proprio exceder
amplius nequeat. Hinc ille de novo vaticina
tur, quod ex confractione provocari debet
quia illius regni os eſt, & indicat adverſan-
tem voluntatem, quomodo regnum in ſua vo-
luntate accreverit, & ex propria libidine ex
ſe ipſo progreſſum ſit in multas voluntates
atq; ſic detegit regni hujus ſuperbiam, ava-
ritiam, & invidiam, quum tamen regnum
unum ſaltem haberet radicẽ ex qua progeni-
tũ erat: inde indicat malos ramos, qui ex ra-
dice procreati ſunt, & regni errores & tur-
bam ejus referunt adeo, ut etiam veterẽ ar-
borẽ prægravando ſupprimant, eidemq; om-
nem ſuccum & virtutẽ auferunt, ut ſic exa-
reſcat. Atq; tunc indicat falſitatem ramo-
rum, qui arbori vires ſubduxerunt, & eam
penitus obruunt. Illi dicunt, quod nova ſint
arbor, regnumq; bonum, & faſtu ita turgẽt,
quaſi hoſpites peregrini ſint magna vigẽtes
ſapientia & probitate; & tamen ex veteri

procrea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

procreati ſunt arbore, ejuſque filij ſunt, qui ita proprium ſuum devorant parentem. Hic ait propheta, quod lupi ſint, nec filij, qui venerint ad necandum, & deglutiendum, & veteris arboris locum occupandum, quum etiã ſuperbia ita extuberent uſq; ad metã ſuam, ubi à propriis filijs devorabuntur. Hic iſte proprius eorum eſt Propheta, qui in corũ corona accrevit, quia indicat radicẽ malitiæ, ex quâ primus excreverat arbor: Ille indicat venenum, quo radix infectus erat, ut ita ex una voluntate multæ excreverint; unde contentio & maligna falſitas exorta conſtat.

Quod ſi igitur Turba cum aliqua re ſimul excreverit, quæ ex uno multa conficit, ubi multitudo ſeipſam invenit; inde etiam Turba multitudinem confringit: Quippe prima voluntas ſaltem appetit unam eam rẽ, quæ corpus ipſi exhibet, & gaudium: Quia unum ſemper alterum adſenſu exuperare cupit; quod alterum perpeti nequit: Vnde invidia & falſitas exurgit, ex qua ira & contentio oritur, ut unum alterum ſemper configere laboret & proſternere. Licet vero prima voluntas ejus ſit judex, Turba tamen in omnibus ramis ſimul excrevit, quæ obedientiã diſturbat, ut ita unumquodq; ſuam propriã ſibi eligat viam, nec ſe judicio ſubmittere velit; ſed ſibi ipſi ſit educator, & contemnat parentem cum omnibus liberis, qui tamen ejus fratres & ſorores repræſentant: dicitq; inde, quod ſolus ipſe ſibi ſit arbor cum virtute ſua; quũ tamẽ rebellis propriæ libidinis defector,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſuperbus falſusque necator ſit, qui ſe contra primã voluntatẽ nempe radicem ipſum opppoſuerit, & refractarius nequam ſit factus.

Quando proinde hinc fit, quod Parens ſuos nefarios inobedienteſque liberos cernat, tunc quærit ſalutem eorum, qua ratione confractum denuo ſanare queat, & oleum infundit vulneri: ſed deprehenditur, quod oleum homero illis ſit veneno: quia ſuam voluntatem primæ voluntati nempe radici ſubduxerunt, ex qua oleum ſcaturit. ſed Turba aliud oleum ipſis in voluntatem ſuam implantavit, ut ita huic regno nullum conſilium ad ſalutem proſit: unde cogitur ſe ipſum in ſe & ſecum devorare, velut regnum malignũ decet: attamen in ſummum exceſcit numerum, nempe in 1000. uſq; ad finem. Quippe corona continet 1000. numerum, tunc non aliquod amplius ſupereſt ullum conſilium, niſi totum hoc in univerſum ſecum in Unitatem conformetur, & in primam revertatur voluntatem, atque ſe obedientiæ ſubmittat, fiatque denuo una res; atque tunc iterum numerare incipit: Attamen in primordio bene ſe quidem habet, dum adhuc in paucitate hæret: quia quod ſpacioſitate viget, non facile adinvicem ſe collidet: Quod vero anguſtis contractum eſt terminis, id ſemper ultra metam ſuam extendere ſe laborat, & ſibi hoc perſuaſum habet, quaſi vicini quoque habitaculum ad ſe ſpectet, unde ſemper terminum & metam abrumpere cupit, Quãvis vero ſit, quod ex una re aliqua excreſ-

eat aliud, quod ſi autem primæ voluntati, ex qua originaliter producta prodiit, non ſit conformis, neque eſt ejus vera & genuina ſoboles, ſed eſt ſaltem inutilis ſtolo quidam, qui matri adverſatur, nec uſpiam eã amat: quia in ſua malitia ſucereſcit, Ideoque mater non eum in priorem recipit voluntatem, ut in æternum conſiſtat; ſed ipſi curſum ſuum permittit liberum uſque ad metam.

Quando autem ita mater cernit, quod omnes ejus liberi ſic miſerè deficiunt à ſe, deſertamque derelinquant, ſimulque quaſi alienigenæ fiant, concedit illa in triſtitiam, ſperat meliorationem, nec tamen venit; tunc ipſa Turbam quærit: quippe voluntatem in ſe redigit ipſam, quærit matricem, ubi invenit novam ſobolem in lilij ramo, atque tradit deficientes liberos Turbæ, ut ſeipſos commordeant rodendo enecentque etiam proprium venenum & turbam in eos effundit, ut tandem è medio tollantur, & novam ſobolẽ rectius enutriat, quæ in ipſius maneat ædibus, & in quam ſuum deponat gaudium.

Inde tibi ita dicitur, tu magna & excelſa diffuſa arbor, quæ ab initio ſaltem ſurculus eras: ſaltem in unam voluntatem creata eras; omneſque ramuli tui tuam fovere debebant voluntatem; at diabolus tibi hoc invidebat, & venenum interſerebat in tuam voluntatem, ex qua turba excreſcebat; unde in eo omnes tuos ramulos perdidiſti, ut ita in unoquoque ramulo ſimul Turba excreverit. Tu in ſuperbiam incidebas, & ex prima vo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

luntate, quam tibi Iehova inplantabat, egrediebaris in mirabilia magnæ illius Turbæ: ibi in ea omnes liberi tui in ſcandalum ſunt producti, & te deſeruerunt. Idcirco ait mater matricis: angor me tenet, progenerâram mihi arborem parvulam, & ejus bonos mihi ad eſum præparâram fructus ſed multos ferinos protulit fructus, qui mihi non proſunt ad comeſtionem. Parturiam proinde, & novum Filiolum mihi procreabo in ſenectute mea, qui in mea mihi maneat domo, & meam perficiat voluntatem, ut tandem aliquid obtineam gaudij; Quum omnes liberi mei me deſeruerint, ſolatium meum ex meo novo filiolo mihi concipiam; & ille in meis permanebit ædibus, dum vivo; Satanas non cribrabit eum. Ipſum veſte puerili induam; infantiliter & ſimplici cultu mecum habitabit. Ecce ex prima radice illum producam, & confringam Turbam; quia reliquorum numerus in corona ad finem pervenit. Quid vos ſtolones inutiles multa quæritis? Vos dicitis, nos exuperamus matrem: nos prævalemus intelligentia & arte: Quid adeo deſideranter curet mater veſtram Scientiam & artem? Illa expetit à vobis obedientiam: non deſiderat intelligentiam aut artem veſtram; quia admodum ſimplex eſt, & ſaltem Vnum numerat. Si matri placere cupitis, neceſſe eſt, ut ex multitudine in Vnitatem revertamini non per intelligentiam & artem; ſed ex ſuperba veſtra turba, ex vobis ipſis in ſimplicem humilita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

militatem. Neceſſum eſt, ut deſeratis ſplendorem propriæ intelligentiæ ex turba ortum, & fiatis ſicuti pueri, aliàs primæ matri nullatenus accepti eritis; Sed Turba vos recipit atque tunc cernite, ubi veſtra ſit futura manſio, quando Iehova occultum illud humanitatis judicaturus eſt, & omnia per ignem iræ ipſius pertranſibunt: hæc ita Spiritus magnorum mirabilium pronunciat.

Mater Heva ajebat, quum primum filium progenerarit: Iam ego virum Domini excepi: ille efficiet: ille ſerpenti conculcat caput & poſſidebit regnum: Verum erat Kain necator. Ita tu quoque jam dicis, invenimus Dominum, jã poſſidebimus regnũ; quia veram doctrinam invenimus: ſic nos docebimus, indeque erimus Filij Dei. Sed audi, tu quidem doctrinæ veſtigia inveniſti, ſed Cain es, quum ſaltem regnum quæras, nec potentiam ejus expetas in Sacrificio Abelis: ſolummodo in carnali delicio ſubſiſtere cupis, & ſaltem putamina reſervas tibi ex Verbo Dei, quæ omni carent potentia virtutis: Hiſtoriam tantum obtines, & propterea pugnas moves, divaſtando terras & homines necando; at potentiam ejus abnegas. Tu ais, nos propè ſumus proximique à regno Dei, quum tamen nunquam longius ab eo fueris, quod finis tuus mox comprobabit. Quidnam tibi prodeſt ſcientia tua. Diabolus quoque talia cuncta novit, quæ tu noſti; non tamen factor eorum eſt: velut etiam tu. Ideoque utrique veſtrûm regnum Dei oc-

cultum

cultum manet. Scientia tua tibi laqueus eſt, qui te captivum trahit. Si ſimplex eſſes, non ita faſtu tumeſceres. Quidnam ſimplici cognitum eſt, de falſis argutijs & dolo, niſi id ex aſtuta Scientia Turbæ addiſceret? Sed ais tu: nos voluntatem Dei portamus & docemus eam. An vero non es Cain, qui Habelum cotidiè interficit? Temetipſum modo rectè agnoſce: Tu es ipſus: Imo Habel coram pedibus tuis jacet, & lamentatur; at tu es mala beſtia, quæ Habelum pedibus conculcat; Tu ſuper inflexa genua inequitas, & miſerum inſtar pulveris curas; ac tamen ejus devoras ſudorem, atque dolo te exples omni abſque fundamento. Quomodo igitur dicas: Heic eſt templum Chriſti. O tu es Babel, civitas fornicationis & falſitatis. Noſti voluntatem Dei, ac tuam tamen perficis; & tamen ais; nos ex Babylone exceſſimus. Nos veram nobiſcum fovemus doctrinam. Imo ſi tu Spiritum juſtitiæ tecum haberes & veritatis, & parvo viveres contentus; mater tibi ſemper abundantiam præſtaret rerum; nec ullus adeſſet defectus. Verum ſuperbia & faſtus tuus nullam habet Deo fidem: Proinde ſaltem niteris avaritia, & ſolus pinguedinem terræ tibi deputas & abſorbere hanc cupis. Omnia cum vi tibi arripis, non quid jure occupas. Ius & juſtitiam, quam tibi arrogas, cor falſum & avarum tuum confinxit, quum ſaltem in dolo vivas. Tibi ſapis, & teipſum decipis in

proprium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

*roprium dammum. Si verè ſaperes, reſpi-
eres ad finem tuum, quæque hunc ſequan-
ur. Verum te ſuperbia excœcas tua, & ta-
men dicis; heic aureum tempus: multi vole-
bant vidiſſe, quæ nos videmus, & audiviſ-
ſe, quæ nos audimus, nec audiverunt &
viderunt ea. Imo audi tu, teſtimonium quo-
que in te erit, ac ſententiam judicij eo gra-
viorem in te effundet. Non enim inde me-
lior es redditus, ſed multo pejor. Quare no-
ſcas, quidnam tibi ſit annunciatum. Is tuus
proprius fuit Propheta, qui te ex ſuper-
bia tua retrorſum in humilitatis ma-
trem revocavit? Sed tu longè pejor es fa-
ctus. Tu Spiritui ſuum eripuiſti gladium,
& confregiſti hunc, ut ea peragas, quæ ipſe
velis: Sed ille te deſeruit, ac tradidit Tur-
bæ, quæ te devorabit ſicuti olim Iſraeli hoc
obtingebat. Non heic quidquam Conſilij
prodeſt: Confœderationes tuæ omnes nul-
lius ſunt momenti; quum brachio carnali te
devoveas, inde quoque Iehova planè à te
abſceſſit, & tibi hoc conficere, ut eo te re-
ctius ipſum conſumas. Vel quorſum fœdus
Dei ore tuo jactas, quum tamen diſcipli-
nam odio habeas, & ſaltem avaritiam quæ-
ras? Num putas, Iehovam ita falſum agere
hypocritā, ceu tu facis? Deſiſte modo à fal-
ſo clamore tuo, nō certè Iehovæ acceptus es,
niſi converſus fueris, & ex falſitate egreſſū
facias. Iā tibi ritè obtingit, ceu Turba illud
expetit, cujus unica hæc recreatio es, ut
iram Dei expleat, & hæc devoret, quodcunq;*

in ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

in ejus regno ſit natum educatumque. Tu verè adhuc in eo cæcutis, nec quidquam vides. Quid avaritia tua tanta cogis? Abſcede egrediendo. An non vides, quomodo nobilis ſe elevet Tinctura? Iam mox illa ſuũ edet florem, tunc argenti aurique copia ſat ſufficiens tibi aderit. Verum quid multis hæc proferenda ſint? Tu ex fornicatione nimia in ſomnolentiam incidiſti: Tu potius vivus in infernum abires, priuſquam meretricem deſereres: Ideoque id in executionem perveniet, quod tibi proprius tuus propheta indicavit, qui jam diu ſatis turba ſua te advocavit: Tu ſaltem expectas ignis gladium, qui etiam te perſcindet. An vero putas, nos ita ſtoliditate captos eſſe, quod ejuſmodi proloquamur? Imo magis? Ex te nati ſumus: nos cernimus & intelligimus querimonias matris noſtræ optimè, qua ita convellit filios ſuos: quia indicat furorem Turbæ, qui accrevit uſque in furibundam iram Iehovæ. Nos loquimur, quodcunque nobis datur, & quodcunque in ſeveritate Domini agnoſcimus; quidnam rei nobiſcum eſt cum Babylone? Nobiſcum ipſis loquimur, & cum noſtri corporis membris, & iis, qui in propylæis Iehovæ habitant: cum iis, qui nobiſcum jam triſtitia torquentur, quorum tamen triſtitia in gaudium convertetur.

CON-

CONCLVSIO.

Ex ejuſd. Sac. Phil. Teut. lib. de 3. vit. c. 14.

IDeoque, ô vos Chariſſimi filii, oculos veſtros jam ampliſſimo deducite adſpectu: Exite ex theologico certamine, & ingredimini in luctam contra diabolum, contra voluptuoſam veſtram carnem & ſanguinem, Chriſtianus non eſt iracundus miles, qui regnum hujus mundi ambiat. Quippe Chriſtus ajebat: Regnum meum non eſt de hoc mundo: alias miniſtri mei ob id certamen inirent. Sanct. Paulus ait, quærite, quod ſuperius eſt, ubi Chriſtus eſt. Nos ſumus a Chriſto ex hoc mundo avocati, ut ita in anima Deo ſervitutem præſtemus, ac in Chriſto vivamus. Sed terreno hoc corpore in hoc mundo verſemur, ut ipſi victum & amictum procuremus. Inde hoc terrenæ huic vitæ impoſitum eſt, ut operas ſuas præſtet & laboret, corpuſque ſuum alat. Aſt anima ejus eſſe debet Dominus & id gubernare; Ea non concedat Spiritui aſtrali, ut falſitates exerceat, & ſe mendaciis ac dolis expleat: quia tale quid in animam introducitur. Miſera anima in hac vita ſummis circumdata eſt periculis, ubi faux inferni ſemper uſque ad os pertingit; quia infecta

fecta eſt aſtris & elementorum Spiritu
qui nocte dieque contra eam pugnan
Proinde, ô *mi Amice*, temetipſum con
ſidera,& perpende hoc, in quonam va
culo,tu Animam, tanquam optimũ the
ſaurum,teneas concluſam! Facilè ſic e
ſomno beſtialis vitæ exſuſcitaberis: Co
gita ſaltem, quid poſt hunc futurum ſi
terminum, quando te ſtellarum & ele
mentorum Spiritus eſt deſerturus,quor
ſum tunc optimus tuus theſaurus, quer
ipſe exhibes tibi, ſit perventurus, & i
quod receptaculum Principii in ætern
abſque fine ullo ſis permanſurus. &c
Audiant omnes, ait *Eraſm. Roterod. in pa
raphr. Euang. cap. 5.* Ex falſis opinioni
bus oriuntur omnia peccata vitæ. H
igitur eximendis ante omnia ſtudẽdu
eſt. Quoniam pernicioſiſſimus animor
morbus eſt ferocitas, & arrogantia, qu
non ſinit hominem capacem eſſe ver
doctrinæ; imo fons eſt, unde ferè ſcat
quicquid eſt capitalium vitiorum. &c
Ita certè quò quis magis rationi confidi
juxta profanitatem, eò minus audito
erit Chriſti idoneus, & Sanctorum eju
Spiritus Jehovæ manſuetos amat & i
dilectione proximi ex animo vivente
quem cunctis unicè precor. Amen.

*Vita Dei ex Verbo, Carnis Sapient
mors eſt.*

FINIS.

IEHOVA SALVS MEA.

Appen

APPENDIX

Quæſtio eximia & hiſce temporibus vertiginoſis ſummè neceſſaria.

Quis veræ Sapientiæ Doctor & vitæ verè Chriſtianæ informator; num habitus externæ Rationis an Spiritus Dei?

QUum diſtinctionem hanc inter Spiritum Dei & Spiritum mundi accuratiſſimè foveat Scriptura, talem quæſtionem, ſcitu omnino hodiè proficuam, vir ſummæ auctoritatis, qui vero Chriſtianiſmi ſtatui optimè cupit ſatis nervosè reſolvendam in fundamentis putavit, quam exinde heic pro meliori lectoris informatione ſubnectere corollarii vice volui: nec dubito, quin *lectori*, veræ pietatis cupido, aliquem allatura ſit fructum, modo Veritati dociles præbere aures non abnegaverit, aut ſuæ conſcientiæ non ejuraverit proprium ſtimulum. Sic vero reſpondet ille.

Verè in hac quæſtione lapſus primus latet Adamicus, quum imaginatione ſua nimis arroganti ſe præcipitaret in ambitionem & ſuperbiam, unde inobediens factus Deo, ſuæ ſe rationis perversè tradidit viribus, quibus ſemper in applauſu pompoſo ſuam Diabolus ſuggerit confidentiam; unde homo ita miſerè per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ditus & occœcatus in amore ſui vivit, ut imperio Spiritus ſyderei ſe totum confingendum concrediderit. Quum igitur heîc nihil inveniat, quod magis ſibi accommodatum ſit, quàm vis externæ rationis, eam in ſumma arripit potentia, eandemque in habitus ſibi ita adſociare cupit, ut hujus auxilio proprias cœcæ rationis vires per quævis ardua & ſupercœleſtia effundere queat. Tam cœcus homo eſt heic redditus, ut nequeat quidquam in iis cernere, quæ ante pedes ſunt: Nihilominus in arrogantia turpi efferveſcere ſemper cupit. Cœleſtia quidem ambit; ſed ſuo principio tenebricosè involutus non poteſt ad alterum exurgere aut ſe elevare Principium, niſi, omnem ſuperbiæ inclinationem cum habitu ſuo prius mortificando, in captivationem rationis propriæ abeat, ut inſtar pueri in humilitatem ad voluntatem Dei revertatur. Sic Spiritui aſtrali & Diabolo omne in ſeſe eripiet imperium, & Spiritui Dei ſe ſubmittere demum rectius addiſcet, magiſque idoneus auditor Verbi Cœleſtis ſibi in ſeſe evadet. In omnibus ſanctis hoc videre eſt, ſi modo quis ſanis S. Scripturam adſpiciat litteris, qui ea ratione ſuũ experti ſunt in ſeſe Doctorẽ Spiritum. Quare etiam David abſque ulla amphibologia directò ad hanc quæſtionem quàm optimè & rotundiſſimè reſpondet
in Pſal.

n Pſalm. 119. 15. inquiens : Gratias tibi ago, ex vero corde, quod tu me doceas Iura juſtitiæ tuæ. It. 99. omnibus doctoribus meis prudentiorem me feciſti; quia teſtimonia tua ſunt meditatio mea. *100.* Senibus ſum intelligentior: quia tua obſervo mandata. *104.* Ex mandatis tuis factus ſum prudens: propterea odi omnem viam falſitatis. *118.* Conculcas omnes aberrantes ab edictis tuis; quia obfuſcationes eorum mera ſunt mendacia. *128.* Propterea omnia mandata tua omnino recta duxi, omnem Semitam mendacii odi, &c. Qui itaque verum Doctorem Sapientiæ Spiritum Dei agnoſcere nolit, ille certè cœcus eſt & refractarius perverſus. *Ita D. Paulus* non fruſtrà docet, quod Sapientia Sapientum à Deo ſit infatuata & abolita; quàm tamen homines ita rebelles reſuſcitant ſibi. Ipſe etiam Chriſtus nos remittit ad Spiritum ſuum, quod ille ſolus revelet veritatem. *Ioh. 16.* Et quum maximè Sapientes hujus mundi cum ſua Philoſophia profana Deo reſiſtant, ideò Chriſtus non de grege Phariſæorum & litteratorum, qui ſibi tunc omne Sapientiæ regnum adſcribebant, diſcipulos ſeligere potuit ac voluit, ſed è media pleba piſcatores & operarios, ut inde eo rectius conſtet, quod rationales habitualiſtæ minus apti ſint ad Dei Sapientiam & Spiritus S. ductum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Rectè itaque Divus Bernhardus (in quo D. Lutherus plus exiſtimat veræ eſſe Theologiæ, & plus Spiritus, ſcientiæque Chriſti, quàm in aliis Patribus) *ſerm. 9. in Cant. ait*: Scientia ſecularis inebriat animum ſed curioſitate non charitate: implet, non nutrit: inflat, non ædificat: ingurgitat, non confortat. Idem ſuo quoque exemplo *Ludovicus Vives* magnus aliàs Philoſophiæ talis patronus comprobat; ita dicens: Quæ in juventute elato ſupercilio putabam eſſe theſauros in Philoſophia; jam converſus & ſenex, video vix ſtercora eſſe, & tantum remoras vitæ piæ, ſtudiorumque neceſſariorum fuiſſe &c. *Br. p. 418*. O quàm ſtolidè vani multa nobis cum tanto Sudore ſtercora colligimus in juventute? Beati tamen, qui id maturè agnoſcunt. Sed vix ſunt, qui videant, tandem, niſi à Spiritu Dei tangantur, quùm Spiritus mundi ita animos denſis involvat tenebris, ut vix ad reſipiſcentiam redeant. Nec prætereundus heic eſt omnium eruditiſſimus & doctorum Alpha merito, *Eraſmus Roterodamus*, qui in Enarratione & Commentario *in Pſal. 1.* ita loquitur: Poſtremò non tam ingenio, quàm pietate percipiuntur Sacræ litteræ; Spiritus eas docet non Ariſtoteles; gratia, non ratio; afflatus non Syllogiſmus. Si myſtici ſenſus cognitio, divini Spiritus munere contingit, quod Paulus

pro-

prophetiæ donum appellat, quur plebem Chriſtianam univerſam ab hujus muneris conſortio ſecludimus? An non poteſt Chriſti Spiritus impertire ſemetipſum, cui velit? Imo in quem potius ſolet deſcendere, quam in humilem & manſuetum? Non in falſa Scientiæ perſuaſione turgidum ac ferocem, non inſidentem Sophiſticis captiunculis; non in Ariſtotelicis ratiunculis inflatum. Chriſtus ipſe gratias agit Patri, quod cœleſtis Sapientiæ myſterium abſconderit à Sapiẽtibus, & revelarit parvulis. Habet, mihi crede, divinus ille Spiritus ſuum faſtidium; habet ſuas delicias. Nec adduci poſſum, ut credam, eum dignari quenquam communione ſui, qui tot profanis diſciplinis, qui tot *Ariſtotelicis Syllogiſmis*, qui tot gentilium Philoſophorum decretis, imo qui harum rerum non cognitione ſed falſiſſimæ Scientiæ perſuaſione freti, irreverenter ac confidenter, ad arcanarum litterarum adyta acceſſerit &c. Ita & *D. Lutherus Tom. 2. lat. p. 273.* inquit: Dum omnibus etiam parvulis ſit expoſita S. Scriptura ad ſocietatem uſque; magnis tamen ſemper ſepoſita eſt ad eſuriem. Sapientia enim eſt, cujus principium eſt timor Dei, qui intellectum dat parvulis, & Sapientiam Sapientum reprobat. Ac *Tom. 1. Germ. p. 94?* Eruditi doctores ſunt inverſores; Sapientes deſipientes; rationales, irra-

tionalitatis magiſtri in Verbo Dei.

Nihilominus noſtri temporis Sapientes nil aliud in Verbo Dei ſapere cupiunt, quàm terminos, Logicales, Metaphyſicales & ethnicorum phantaſias obſcuras. In primis ſunt Crypto aut Pſeudo-Lutherani, qui non verentur talem habitum Theologiæ ſuæ adſcribere, qui rationi juxta ſuos conceptus proprios in carne omnino competat. Sic enim *Cal. ait in prolog. ſuæ Epiſt. Theol.* Sicut aliorum habituum, ita quoque hujus (Theologiæ) magna eſt latitudo. In aliis enim magis eſt perfectus, in aliis vero minus. Quùm autem triplex munus Theologi fecerimus, ſive tres officii ejus ex ipſo Theologiæ habitu promanantes partes. Scilicet explicare, confirmare ſive probare & defendere, neminem munus Doctoris in Eccleſia vel ambire, vel capeſſere convenit, niſi qui idoneus ſit prioribus duabus certa ratione ſatisfacere, &c. Et ut clarius pateſcat, qualem habitum litteralem & Sermocinalem velit, ita pergit: Neque vero dubium, quin utatur S. Scriptura vocibus ſive terminis aliàs uſitatis, & ſenſu atque ſignificatu eo, quem in communi loquendi conſuetudine obtinent. Vtique enim hominibus loquitur, à quibus, ſi ſecus eſſet, intelligi non poſſet, Cœlum igitur, terra, homo, bos, aſinus &c. Idem in Sacra Scriptura de-

notant,

notant, quod nobis in familiari ſermone: Quod ſi uſitata ſignificatione non accipiuntur, ſed alia inuſitata ; quæro ego unde ea ſignificatio nobis innoteſcat? Certè nova opus erit revelatione; quæ, niſi fingatur, nulla eſt. Quod ſi autem iſta ponatur, de ratione vero revelationis ſit, ut inuſitato modo loquatur, tum rurſus, ad eam intelligendam, alia opus fuerit revelatione, & ad hanc iterum alia, & ſic in infinitum. Termini itaque & inde factæ enunciationes S. litterarum eoſdē in intellectu legentiū vel audientiū generant conceptus NB. *notiones*, ſive ſpecies intelligibiles, quas aliàs ſolent, &c, Hæc doctoralis eſt locutio, quùm profeſſorem agat; proinde etiam hoc addit poſtea: A vocabulis actus, potentiæ, cauſſæ, effectus, neceſſarii, contingentis, totius, partium, ſubſtantiæ &c. Theologus nec abſtinet, nec abſtinere poteſt. Quod ſi uti velit, quemadmodum ſanè uti cogitur, utatur NB. neceſſe eſt in ſenſu & ſignificatu recepto, nempe, ut illa rerum ratio per hos terminos innuatur, quæ aliàs ſolet. Ex ipſis ſanè Scripturis novam & inuſitatam ſignificationem non evincet. &c. Pudet ſanè plura referre, in tantum enim ille Doctor, à veritate, rerum Spiritualium earumque intellectu Spirituali receſſit, ut ne quidem in Doctoratu ſuo parcat blaſphemis cōtradictionibus in Spiritum Dei.

Licet videantur carnali judicio hæc non incongruè dicta; tamen in fundamento meræ ſunt expugnationes & eluſiones Verbi Dei tales, ceu diabolus ipſe de Verbo Dei loqui ſolet, quùm vim ejus prorſus negent ut ait *Paul. 2. Tim. 3.5.* An non hæc efficacia deceptionis, ut credant mendacio. *2.Theſſ.2.11.* Exemplo uno atque altero res ſatis clara erit. Quæſo enim quid in S. Scriptura clarius poteſt haberi vocabulo Domini? Et proculdubio omnes hoc percipiunt quid ſit Dominus? quia in oculos & aures ſenſualiter iſte conceptus influit: Et tamen *D. Apoſt. 1. Cor. 12. 3.* adſeverat hoc, quod nemo poſſit Iheſum Dominum appellare, niſi per Spiritum Sanctum. Sic & Chriſtus ipſe *Matt. 22 44. & Luc. 20. 42.* à naſutulis Phariſæis & doctiſſimis Iudæorum Doctoribus litteratis quærit, quomodo filius Davidis ejus dicatur Dominus? Ad quod tamen ei non potuerunt reſpondere, licet vox Domini ipſis eſſet cognitiſſima, & pluſquam habitualiter prolata. Quare autem hoc. D. Paul. ait, quod qui careant Spiritu, non poſſint Iheſum vocare Dominum; & quod ſapientia hujus mundi non poſſit ea percipere, quæ ſunt Spiritus. Tanta eſt differentia inter verba quæ humana profert Sapientia, & quæ Spiritus S. docet *1. Cor. 2. 13. 14.* Sic & Chriſtus *Luc. 18. 34.* ſuis diſcipulis explicabat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ctabat Paſſionem ſuam cum omnibus circumſtantiis, quod tradi deberet gentibus, ab iis conſpui, flagellari, &c. adeo, ut minutiſſimus puer potuiſſet percipere, quid ſit tradere, quid ſputum, quid flagellum &c. Et tamen ait Lucas quod nihil horum intellexerint, licet eſſent homines ſat ſanæ mentis, & Doctorem Doctorum omnium, ipſiuſque Sapientiæ Sapientiam audirent ex ore ſuo talia proferentem. Vnde vero hoc? Fortè defuit, quod non extiterint boni Metaphyſici, bonique Logici, vel neque Grammatici. Imo nondum benè erant ſtultificati in Chriſto, ut *ait Luth. Tom. 1. lat. p. 28.* Nemo enim benè philoſophatur, niſi ſtultus, id eſt Chriſtianus, inquit ibidem ex D. Paulo id depromens. Quùm igitur nondum boni Chriſtiani eſſent redditi, & adhuc nimium carnaliter ſibi ſaperent, non poterant Spiritualia Spiritualiter dijudicare, ait D. Paul. Spiritus Dei enim nos ducit ſolus in omnem veritatem, ait Chriſtus *Ioh. 16. 13.* quem mundus non poteſt accipere. *Ioh. 14. 17.* Ideoque fit, ut parvuli longè propiores ſint regno cœlorum, quàm ejuſmodi litteraliter litterati & in litteris ſuæ rationis profanæ eruditiſſimi. Ac niſi propterea fiant ſicuti pueri, ut ait *Chr. Matt. 18.* peribunt in ſuo regno mundano, nec participes erunt Chriſti. Quid igitur docent iſti ſive tales doctores academi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ci in tantum inſanire incautos. An non ſunt potius ſeductores, quàm doctores? Tam accurata eſt ſanè S. Scriptura, ut etiam eum dicat non noviſſe Deum, qui non diligat. *1.Joh.4.8.* Dei tamen vox adeo communis eſt, ut etiam ethnici ea utantur. Ergo quomodo cognitio & dilectio in Deitate conveniunt, quum dilectio non ſit cognitio, & è contra? Quid prodeſt oralis habitus in corde mortuus? Ita ſanè longè aliud ad ejuſmodi cognitionem veram requiritur, quàm communis ſignificatio hujus doctoris loquitur. Nempe ubi non eſt cor renatum & vivificatio Spiritus intus, ibi littera prorſus occidit. *2.Cor.3.6.* Quod prius ille doctor habitualiter ethnicus addiſcat, quid ſit; quàm velit tam turpiter ſeducere miſeram juventutem, ac blaſphematorem in Spiritum Dei agere. *In dict. l.p. 130. 131. &c.* multa profert, de peccato in Spiritum Sanctum, & fatetur, eſſe infitiationem cognitæ veritatis ex malitioſo propoſito ortam; quãvis omnem contradictionem contineat ſimul; tamen ille videat, quid heic ſubſit, quùm tam pertinaciter Spiritui Dei reluctetur in revelationibus ſuis, quæ ſumma certè ſunt Dona Spiritus, præ miſeris illis carnalis Theologiæ habitibus, qui nil niſi litteram mortuam clangere noſcunt. At Spiritus Dei exhibet Spiritui noſtro teſtimonium, ſi inhabitet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

nos. *Rom.8.11.16.* Diſcas etiam hoc ex Eraſmo & Luthero, quænam res ſint, quas Verbum Dei explicat, & quæ dona diverſa ſint Spiritus in iis addiſcendis. *1.Cor.14.* Sunt enim quædam, quæ voluit Deus nobis notiſſima, uti in vitæ præceptis apparet, & in imitatione Chriſti, abnegatione ſui, &c. Sũt etiam, quæ myſteria omnium 3. Principiorum ingrediuntur, atque hæc vel ſimul vel ſeparatim, ut rectè dicat *Eraſm. in Diatrib. ſua*, quod adyta talia ſint quæ non poſſint omnibus patere, niſi per revelationes in novitate Spiritus *Rom. 7. 6.* & adoptione ejus *R.8.15. & 1.Cor. 2. 10. & 12.3.* Chriſtus ipſe agit gratias Parenti, quod pueris revelarit talia, & à Sapientibus mundi abſcondiderit. *Matt.11.25. & Luc 10.21.* Quid igitur tam perversè iterum irridet revelationes Dei, quæ certè durabunt uſque ad finem mundi, quũ Iehovæ manus nunquam ſit decurtata, ut loquitur David. Non una revelatio indiget aliam, & hæc iterum aliam, ut ita progreſſus fiat in infinitum. Chriſtus ait, ille de meo ſumet & vobis annunciabit. *Ioh.15.14.* & omnia vos docebit. *Ioh. 14. 26. Luc.12.12.* quum illum Deus cuique ad menſuram det. *Ioh. 3. 34.* ut quemque vivificet *Ioh.6.63.* & teſtimonium det nobis. *Rom. 8.16.* Doleo certè ex animo, quoties tot Pſeudo-Rabbinos audiam tam frigidè de ſanctiſſimo Verbo Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

bo Dei ſentientes. Legat arator, habet heic quo paſcatur; Legat eruditiſſimus, erit quod diſcat, ait, *Eraſ. in 1. Pſal. Comment.* Non igitur aliud poſſum, quàm ut etiam à talibus noſtri temporis Habitualiſtis cavendos putem omnes ceu Chriſtus ait *Luc. 20.46.* Cavete à litteratis, qui volunt ambulare ſtolati, & amãt ſalutationes in foris, ac primos conſeſſus in conventibus. &c. gravius recipient judicium. Vtinam hoc intelligerent modo, & in his benè ſuos connecterent terminos, ut non in ore ſaltem, ſed maximè in corde hæreret ipſis vivida talis adhortatio. Ac ne quid heic deſit, graviſſimum Theoſophi noſtri lubet heic addere judicium, qui ſatis expeditã ſuam adjiciet concluſionem, dum *lib. de 3. vit. cap. 16.* Ita loquitur.

Dilectiſſimi filij, fratres & ſorores, quæſumus, ut hoc vobis conſilium conſultum accipiatis. Etenim amabilis ille amor Dei Patris in corde ejus, qui noſtri cauſa homo factus eſt, ſe in Corona Spiritus mundani extulit, & nos cirando vocat, ac commiſeratione ſumma ejus miſericordia ducitur, quod Turbæ magnæ in victimam inciderimus. Ille multos jam tibi mittit nuncios & te allicit in voce ſua; atque plures adhuc mittet. At quur exagitas eos & interficis? Proba eos, num ipſorum Spiritus ex Deo ſit progenitus? Num propriam ſui ventris

viam

viam in Antichriſto quærant? Certè tẽpus eſt exurgendi ex ſomno: Non ſequetur quid jocoſi. *Non decet ita jocosè claves Spiritus Dei in ludibrio tractare, & Concluſa Fidei tam confidenter conſuere, juxta veſtram opinionem. Non ſe quid patitur ita temerè concludi, ſed potius in vero ardore cordis vult excitari ad obedientiam, ceu filios Chriſti decet.* D. Paul. non ita præceptum dat diſcipulis, ut diſputent de myſteriis Dei & ſuæ opinionis conficiant articulos; ſed ut dona excitent, quæ in unoquoque vigent. Nulla propria rationis vis quid efficit, multo minus ſuperbia Scholarum altiorum, quam tamen hypocriſin ſub pallio Spiritus S. contegunt. Quidnam de Perſona & Corpore Chriſti concluditis? Num eam habetis poteſtatem? An non eſt vobis Myſterium, nec quid in eo intelligitis, niſi in Chriſto verè renati ſitis? Num terrenis oculis introſpicere poſſitis cœlum, ubi Chriſtus eſt? An non dicit ille? Ecce vobiſcum ſum cotidiè uſque ad finem mundi? Si vobiſcum eſt, quur tamẽ ejus occupatis ſellam, ejuſque abnegatis præſentiam? An non eſtis Pilatus, qui Chriſtum condemnat? A quo habetis poteſtatem ad perficiendum concluſiones? S. Domini ejus eſtis, non eritis filii iſtius. Videte ne antiquus ſitis filius in ædibus, qui hæreditatem rixis petit, & poteſtatem ambit violenter, & tamen ſaltem

faſtuo-

faſtuoſus manet inſidiator & iracundus erga Parentem.

Vos ô mei filij moneo: profectò res ita non ſuccedet in eo viæ progreſſu. Chriſtus dicebat ad diſcipulos ſuos, quũ diabolum, ex lunatico expelleret, quod diſcipuli in propria rationis vi non poterant perficere: Hoc genus non effugit, niſi per jejunium & precationes. Chariſſimi frat. non certè ejicietis diabolum, niſi Chriſtum vobiſcum habeatis. Veſtræ artes & rationales ſyllogiſmi cum concluſionibus ſuis nihil obtinebunt. Non quid eſt, hoc aliud, quàm quod à Deo in propriam voluntatem deficiant. Orandum eſt nobis & jejunandum, ne in tentationem & rationem noſtram, in retia diaboli laqueoſque ejus incidamus. Quippe diabolus ſemper hominis rationi ſuos expandit caſſes, qui in hos incidit, ille putat, ſe eſſe in Chriſti reti captum; ſed ille hæret in Antichriſti laqueis captus. Ratio nulla quid percipit de regno Dei, niſi quod vix putamina tangat. Vis virtutis rationi abſcondita manet, niſi in Deo ſit renata; tunc ratio ignis inſtar ardentis in Spiritum Dei ingreditur. Sed Spiritus Dei non eam ſurſum elevari ſinit; ſed incurvat eam ad terram: quia novit militem eam oppugnantem. Vita vigilans ad id requiritur certamen, quæ caſtitatem exerceat, nec ſe carnali libidinoſo

Spiritu

Spiritu hujus mundi obruat: non ſit e-
bria vita & nimis oppleta. *Nam ſimulac
anima terreni Spiritus vigore inflamma-
tur, tunc Spiritus Dei in ſuum recedit prin-
cipium, & anima a Spiritu mundi capti-
vata hæret, ac Diabolus acceſſum ad eam
ſibi acquirit, tunc ſimul ipſius anteà in Deo
agnita intelligentia in externam rationem
tranſmutatur; unde homo putat, in ſecũdum
Spiritum Dei eſſe formatum.* Omnino
non mi Fritzi, conſtellatio, quæ
in Spiritu Dei debebat quieſcere tale
cor & animam poſſidere expetit, ubi
Spiritus Dei ſeſſorem egit: quia omnis
creatura anhelat virtutem Dei. Verùm
conſtellatio etiamſi in templum Chri-
ſti perveniat, tamen ſuum quærit
tantum, quodcunque in ſua obtinet fa-
cultate. Nihil hæc autem de intelligen-
tia Divina novit, Habet ſuam propriam
Sapientiam, & conficit Spiritum hujus
mundi. Magnam quidem callet artem;
quia Myſterium Magnum terrenum & e-
lementare in ea latet: Sed Clavem ad
Principium libertatis Dei extra natu-
ram, non obtinet ibi. Habet initium &
finem, nec ulterius proſpicit: conficit &
videt ſaltem hypocriticam animalem
vitam. Ideoque abſtineamus prorſus à
ſuperbia & ſecuritate, nec ulla nitamur
arte habituali, multò minus littera: quia
ipſius Spiritus abſque Spiritu Dei nobis
occultus eſt. Habemus voluntatem Dei
in Scri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

in Scriptura: verum abſque Spiritu Dei ſolummodo obtinemus putamina & verbum mortuum. Spiritus Dei exuſcitat primum vivum Verbum in nobis, ut litteram & ſcriptum Verbum intelligamus. Hoc inde ſatis patet, quod ex arte docti, ſaltem litterales docti & nõ Theodidactici ſint; aliàs nullas foverent inter ſe concertationes propter gloriam & doctrinam ; nec ita ob calicem Chriſti tot moverent circumgyrationes.

Quamvis mille θεοδίδακτοι, qui ex Spiritu Dei progenerarentur, inter ſeſe viverent, & quiſque eorum ſingulari dono & cognitione in Deo excelleret; tamen omnes in radice Chriſti uniti eſſent, & quiſque expeteret amorem Dei in Chriſto. Quiſnam diſcipulorum ſe cuperet ſupra magiſtrum ſuum extollere? Quum ſimus in Chriſto unum corpus, quur auſit unum membrum pugnare cum altero propter alimenta. Vnumquodque membrum ſua habet negotia, ut mirabilia Iehovæ detegat. Non omnes unum gerimus ſermonem, ſed tamẽ unum Spiritum in Chriſto: Vnicuique ſua deputatur portio in hoc quidnam in Deo detegere debeat, ut ſumma Dei Arcana in lucem protrahantur, & mirabilia illa, quæ ab æterno præviſa ſunt in ejus Sapientia in detectionem proveniant, in quem finem Anima hominis in Deo creabatur, &c. Neceſſum eſt, ut hoc

ſciatis

ſciatis, quod Iehovæ Amor tanta humilitate prævaleat, ut etiam, quando Anima in eo inflammat, Animæ ipſi in eo ſit ſubjectus. Verùm nulla Anima in hoc inſoleſcat lætanter: ſed ſe in Amore Iehovæ humiliet, & perpetim ex ſuis excedat cupiditatibus, ut Spiritus Dei in ea vivat, & eum adſpiciat in ſequela. Hoc quidem Animæ admittitur ut nonnihil ferventiæ propter Deum emittat; at melius facit, ſi in humilitate ambulet, in qua velut in potentia Majeſtatis incedit, & perquam amabilis infans eſt. Quid mihi prodeſt, ut ignem ſupra fratrem meum effundam, & memet ipſum ſimul in eo inflammem. Longè beatius eſt ſub Cruce in patientia permanere in manſuetudineque, quàm ignem cœlitus advocare. Chriſtus venit ad quærendum & beandum, quod perditum eſt, non quod iram in nos velit concitare, ſed ut nos ex fauce diaboli eripiat; unde nos in ſe regeneravit ad vivam creaturam in Deo, atque nos ex Patris ira eduxit ignea. Ille viam nobis præparavit, qua debeamus in amore & manſuetudine eundem ſequi, ceu filios decet ad nutum parentum. Vnde nos tam fideliter docet in Dominica ſua oratione quid nobis ſit peragendum. *Matt.6*, &c. *Sic & d l.cap.14.ait.*

Dilectiſſimi filii noſtra concertatio propter ſummum inſtituta bonum, non

conſiſtit in ictu gladii, ut ob Dei Voluntatem & regnum ſit nobis belligerandum, & mutuò nos perſequendum interficiendumque: Nec conſiſtit in multâ ſcientia, ſed in mera infantili obedientia, ut ex carnis voluntate noſtra, quæ animalis eſt, & in qua diabolus habitat, egrediamur in voluntatem Dei. Non quid in cujuſquam opinari aut ſcire depoſitum eſt; quia Spiritus Dei cuivis largitur ſcientiam ex mirabilibus, ex quibus natus eſt. Cernitis ſatis, quomodo Spiritui magni mundi ſimus ſubjecti. Quippe quando infans in utero materno ſeminatus eſt, tunc ſtatim ille adeſt, & figurat eum juxta rotam externæ naturæ; addit eidem mores & voluntatem: oſtendit illi mirabilia arcanorum ſuorum, & aperit ipſi viam voluntatis ſuæ: Ducit eum in introitum matris ſuæ per hunc mundum: Corpus ejus tradit terræ, & animam inferno, niſi adſit Chriſtus. Quod ſi igitur hoc noſcamus, oportet nos animæ noſtræ ſpiritum extollere, & omnino contra illum malignum terrenum pugnare ſpiritum, ac penitus cum anima & corpore toto nos illi opponere, & nullatenus contra fratres & ſorores inſurgere. *Non certe diabolum arte diſputandi ulla aut multiſcia ſcientia evincere poſſumus: Tam quoque nec Verbum Dei bello aut ferro ullo obtinere poterimus; ſed ſimplici potius obedientiâ & vita*

& vita pura Dei, ut pauco ſimus contenti & ex mala ſuperbiæ arrogantia egrediamur in vitam humilem puerorum, ubi quiſque ſuum opus cum omni cura fratribus & ſororibus ad utilitatem eorum deſtinat ita, ut nil aliud, quàm Iehovæ eo ipſo inſervire & proximo cupiat: nec proprium quærat honorem aut commodum, ſed cuique ita benefaciat, ut inde amorem & comprecationem fratrum & ſororum obtineat.

Si vis Deo rectè inſervire, abſtineas ab omni offendiculo, ne bonum tuum impediatur: non concedas ſatanæ ullam in te poteſtatem & cor tuum, ne te cribret. Expelle à te omnes malas cogitationes & influxiones; quia Satan ſe illis inſinuat ex Spiritu mundi, ac occupat animum tuum: ſis ſemper vigilans & pugna contra Satanam, rejice in ipſius collum omnes malas influentias &c. Sis nulla hora ſecurus, quùm neſcias, quando Spiritus mundi hujus ſuum à te repoſcat: quia metam tuam in utero materno accipis, quam tranſgredi nequis &c. *O amici dilecti*, certè perquam anguſta eſt via in regnum Dei: qui hanc ambulat, multis crucibus obnoxius eſt, &c. Spiritus hujus mundi in carne & ſanguine ſaltem commodum & regimẽ hujus mundi quærit, Diabolus omnes ſuos filios contra talem excitat, ut ſemper anguſtiis & ludibriis illorum exponatur, nec agnoſcitur in hoc mundo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

quod filius Dei ſit. Dilectiſſimi filii: caute vivatis in hoc mundo : quia in hypocriticas ducimini vias : magna eſt gloriatio de Fide,& tamen ſaltem homo in hiſtoricam perducitur fidem , quæ ſolūmodo in ſcientia exercetur. Vobis ſaltem ſcientia ea proponitur, & qui huic non adhæret,pro hæretico habetur. *Ah quàm planè mortua eſt moderna Fides:manetur tantum in notitia, & putatur , quod iſta ſit vera via,quando quis noſcat, multa de Deo diſſerere, de Chriſti merito ſermocinari & inde conſolationem concipere aliquam.* Verùm hæc omnia nihil proſunt, ſi multa noſcas,& de iis glorieris. *Vera Fides in Chriſtum res longè alia eſt : non ita nude in hiſtoria latet aut in litterali cognitione. Littera non eſt Verbum verum, ſed ſaltem dux & monſtrator eſt Verbi:Verbum eſt vividum , & continet in ſe Spiritum. Fides vera eſt renata verè voluntas, quæ in vivum ingreditur Verbum.*

Quod ſi ſatis diu conſolatione nuda excipias meritum Chriſti, & tamen voluntas tua nequam manet , tunc ille ſpiritus,qui ex voluntate tua egreditur,fur & latro exiſtit:Aliud audis & aliud agis. Iehova non excipit hypocritam ullum; ſed ardentem in ſe voluntatem , qui in obedientia ſe ipſi dedat vera : Hoc eſt credere in Spiritu S. ibi mors Chriſti & Verbum fructuoſum eſt. Chriſtus ait: neceſſum eſt,ut convertamini , & fiat s

ſicuti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

ſicuti pueri, quibus adhuc nulla falſitas cognita eſt, & fas eſt, ut in Chriſto per Chriſti mortem ex ejus carne & ſanguine regeneremini, ſi regnum Dei cernere velitis. Qui enim non comedit carnem filii hominis, & bibit ejus ſanguinem, nullius partis particeps eſt in eo. Ideo, dilectiſſimi filii, non ſaltem in hoſtia illud latet, quã expenditis, & in calice eo; Sed quando anima ſe convertit, & corpus domat, ac ſe prorſus in obedientiam Dei inque ejus voluntatem devovet, atque Chriſti introitum ad Patrem expetit, tunc ex vita hujus mundi egreditur, ac cum Chriſto ad Patrem accedit, qui ipſi Carnem Chriſti porrigit cum ſanguine. Sic enim manducat de Verbo Domini in menſa Dei, & accipit Chriſti carnem pro corpore, & ſanguinẽ ejus pro completione gaudii. Quippe anima in Corde habitat, & ardet ex Cordis ſanguine, velut incenſa lux, & regimen principale obtinet in cerebro. Ibi quinque apertas fovet portas, in quibus cum Spirituali vita regimen tenet. Quod ſi jam Tinctura in anima cordiſque ſanguine in voluntatem Chriſti ingreſſa ſit, tunc quoque illa voluntas Spiritum animæ in Capite regit. Ac licet multos impetus ab animali terreno perferat Spiritu, tam à Diabolo ipſo, qui terrenum Spiritum, quoties anima ſecuritate ſui laborat, inficit & in carnalem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

præcipitat voluptatem : Et tamen, ſi ſaltem anima carnales cogitationes rejiciat, manet ea in Chriſto : Quia nimis durus eſt diabolo bolus, Corpus Chriſti, quod anima portat, evincere: Sed tamen longè durior bolus eſt animæ, ſe à Spiritu hujus mundi avertere, & in obediẽtiam Chriſti ingredi. Dilecti filii, non ſanè manipulus hiſtoricæ Fidei ad hoc requiritur, ubi meritum Chriſti in aciem conſtituitur: neceſſum eſt, ut ardor fervidus adſit : Cogeris heîc ardente Fide per mortem, diabolum & infernum in Chriſti meritum ingredi. Evincendus eſt tibi heîc Spiritus mundi. Voluntas tua neceſſum habet, ut cum ratione & ſenſibus cunctis in voluntatem Dei ſe involvat; ubi ſatis cognoſces, quid hiſtoria Scientiæ requirat. Niſi diabolum ex corde tuo expellas, nunquam tibi in voluntatem Dei ingreſſum concedet. Si nequitiam falſitatis in corde retineas, & ſaltem ſic pugnam de Chriſti merito cũ illo committes ; ſatis captus in ejus hærebis compedibus : Quippe Diabolus acerrimum heîc agit oppoſitorem : pugnat cum anima, quàm diu poteſt, nec eam dimittit prius, niſi omnia terrena in ejus conjiciat collum, & ſic egreſſum ſuſcipiat. Quod ſi hoc faciat, ex ejus diſcedit territorio, atque ille tunc evictus eſt. Verum ô quàm adſiduus eſt in reproductione talium ; inſtar aucupis eã

callidè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

[c]allidè ambulat denuò : quod ſi videat [o]ccaſionem, iterum terreno veſtitu eam [i]nduit. Ah quam duram luctam ſemper [c]ogitur anima ſubire cum diabolo ? Heîc [i]ta Chriſti meritum paſſio & mors op-timam addit medicinam, &c. *Cap. 11. d. l. in port. 3. ait.*

Quod ſi nos penitus in Chriſtum de-mergamus, tunc Chriſtus in nobis, & nos in illo vivimus. Etiamſi externum corpus nos veſtiat, tamen Chriſtus in nobis vivit, & in fine mundi nos abſque macula in ſua carne ſiſtet. In eo omnes ſumus unum corpus; quia ille noſtrum exhibet nobis corpus in Deo; atque A-dam noſtrum eſt Corpus in hoc mun-do. In Deo non tale inepte crudum eſt corpus, ſed corpus in potentia cum cœ-leſti carne & ſanguine. Vbi voluntas no-ſtra eſt, ibi quoque cor noſtrum. *Iehova in nobis eſt, ſi ejus perficiamus voluntatem: Ac ſi in ea incedamus, tunc ejus ſapientiam induimus, atque in ea Sapientia eſt Chriſtus unus homo. Et ſic in ejus nativitatem ingre-dimur, & novus homo evadimus in vita Chriſti, in anima Chriſti, in Majeſtate Chriſti. Et Chriſtus eſt in Patre ſuo, & is eſt æternitas, Naturaque finis.*

Quorſum igitur ulterius pergis, *miſer ô homo*; non ſine te ita porro à Diabolo & Antichriſto infatuari. Nemo mortaliũ poteſtatem in Deo habet, niſi ſit in vo-luntate Dei, in amore Dei, in Chriſto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

niſi Chriſti animam & carnem habeat. Hoc autem poſſidet,ſi non ſit avarus, inhians,ſuperbus, hypocrita, & ſimulator, ac regnum Dei pecunia vendat &c. O cœce munde,in quantum occœcatus es, qui putas, te Myſterium magnum non audere tangere,quùm indignum te æſtimes, quaſi ſolius ſacerdotis ſit officium, quùm tamen ſis in Chriſto. Si ſis in Chriſto,omnia tibi ſunt libera: quia fœdus ejus poſſides in baptiſmate & ſacramento, quod ad fideles ſpectat, non ad Sophiſtas, &c.

Non ex opinione conficitur Fides. Quidnam proſit tibi opinio? Opiniones non repræſentant Spiritum Chriſti, qui vivificat ſed Chriſti Spiritus noſtro Spiritui teſtimonium exhibet quod filij Dei ſimus. Ille in nobis eſt: *quid ergo opiniones ita obſtinate quærimus*? Dicimus, quod in omnibus ſectarum opinionibus ſint hæreſes & Antichriſtus. Habes Chriſti Verbum, ei te ſimpliciter credas, non litteræ modo ſolum,ſed Verbo vivo, quod Deus & homo eſt:quia in eo latet Scriptura, quam diſcere & docere debes ex Chriſti Spiritu, & non ex opinione. Si verò ejus non es capax, quid doces multa in effictione opinionum? Num putas, Deum eſſe nugatorem talem, ceu tu te prodis? & quod ille confictam opinionem tuam pro Verbo excipiat ſuo, quùm tu tamen in Deo ſis mortuus? &c. Chriſtus aiebat;

non quæro meum honorem : regnum meum non eſt de hoc mundo: Illi autem docent, regnum Chriſti eſſe in hiſtoria. Chriſtus aiebat; Spiritus Dei de meo ſumet & vobis annunciabit, & omnia quæ vobis dixi, in memoriam revocabit. Ita, dilecti filii, quoque nemo ad lites procurrat. Illi omnes ob veritatem litigant; quia ex una arbore procreati ſunt; & diffident inter ſeſe ob prædam & ſpolia Antichriſti, cujus finis jam inſtat. Omnes avertite animos veſtros à litibus, & ſimpliciter incidite in humilitate ad portam Chriſti in ovile Chriſti. Quærite hunc in Cordibus veſtris: Non opus eſt, ut multis diſputationibus eum inveſtigetis; ſed orate Deum in nomine Iheſu Chriſti ad promiſſionem ejus, ut ipſe per Spiritum S. vobis corda reſerat veſtra; & in hunc toto ardore vos convertite. Deſerite externum molis lapideæ ſplendorem vanum, & introite in templum Chriſti: ibi vobis fit obviam Spiritus Dei: huic vos concredite totos, in humilitate fida: Ille vobis reſerabit corda in beneficio Chriſti: Ille vobis intelligentiam omnem repandet, & revocabit in recordationem ea, quæcũque Chriſtus locutus eſt, &c.

Non cures, ubi locus ſit optimus, in quo reſeraturus ſit tibi intellectum: Nam veluti Sol exoritur & lucet uſque in occaſum: ita quoque ſplendet Chriſtus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

omnibus mundi angulis à nativitate uſque ſuam æternitatem. Non ſeligas locum unum præ altero ,&c. Dilect. filii obſtipate aures veſtras, ad calumnias luporum mutuas; non enim ſeipſos inter ſeſe convellunt tantum,ſed etiam eccleſiam Chriſti, quæ ubique eſt paſſim ubicunque pœnitentes inveniuntur homines , hinç diſcinditur. *Quicunque ex ſuis peccatis deſcedunt,ſe ad Deum convertendo,illi ſunt in Chriſto,etiamſi eſſent exteri.* Tamē Deus non reſpectum perſonarum,aut nominis habet , nec opiniones concluſæ quid coram Deo valent; ſed ille cordis abyſſum perquirit. Antichriſtus in culpa ſic eſt, quod Turcæ in propriam conceſſerint ſententiam : quoniā litium opinantium non erat modus nec finis. Hoc offendiculi erat Aſiaticis, Syris,Ægyptiis, Nigritis, Græcis & Africanis:Indiani quoque in meliori & diviniori vivunt vita ad ſimplicitatem ſynceram, quam Antichriſtiani; licet non omnes ; tamen multi mores inter eos habentur,qui devotionem ſāctiorem oſtendunt,quam ſuperbia meretricis fert. Meretrix Babylonica regnum Chriſti ita diſtrahit , ut omnes terræ populi inde ſcandalum ſumant,& dicant.

Quomodo populus iſte Dei eſſe poteſt,qui adeo tyrannos,ſuperbos,faſtuoſos,avaros, auſteros, crudeles ſe gerunt; qui ſolummodo aliorum bona anhelant,

& nil

& nil niſi potentiam & honorem am-
biunt? Ethnici certè, non tãtæ ſunt ma-
litiæ ; nolumus eorum facinorum parti-
cipes eſſe:Deus ſat ubique habitat. Nos
honeſtam & caſtam degemus vitam in
devotione pia , & unicum adorabimus
Deum,qui cuncta creavit ,& ex eorum
excedemus rixoſis opinionibus : mane-
bimus in una ſententia & mente ; ſic
quoque noſtræ regiones nobis tranquil-
læ manent ; quando unum invocamus
Deum,non erit lis ulla;ſed omnes in una
incedimus voluntate,tunc quoque amo-
rem & dilectionem mutuam exercere
inter nos poterimus.

Ecce, *mi homo Chriſtiane* , hoc ita
Turcas in ſummam effudit potentiam,
ut poteſtas eorum uſque in 1000.nume-
rum adſcenderit. Ideo adeo per mundũ
dominantur ; quia arborem naturæ re-
præſentant , quæ etiam coram Deo vi-
get : ſed non altius atque ad 1000. nu-
merum excreſcit:Tunc enim ejus ferox
& ferinum cor faciem cum oculis ac-
cipit. Tu Antichriſte eum non devora-
bis fauce draconili , uti in Apocal. Ioh.
videre eſt. Ille regnum ſuum uſque ad
finem poſſidet.Sed quando tu in ſtagnum
demerſus fueris , ut Chriſtus ipſe ſuas
paſcat oves,tunc inter oviculas incedit:
dum tuus confrangatur enſis crudelis.
Non ſpiculis aut lanceis confringes eũ;
at te, hypocrita, tuæ ſtrangulant nugæ.
Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Qui Antichriſtum occidere cupit, ill
eſt Antichriſti equus, in quo equitat. Ill
tantum potentior fit ex lite; quia cord
à veritate avertuntur, & obdureſcend
ex Deo in litem pertinaciores abeunt
Ibi quiſque ſpectatorem agit in mirabi
libus litium, & aucupantur pompoſas lo-
cutiones, unde ex Chriſto in opiniones
concidunt, ſibique vias proprias in te-
nebris quærunt, ubi nulla lux adeſt. Ita
Diabolus in Antichriſto regnat, & libe-
ros in hominum dogmata abducit, in o-
piniones & ſophiſmata, ut nil amplius
lucis cernant, &c. O filii mei Chriſti an
nihil cernitis? an non cernitis, quomo-
do omnia pecuniæ, honoris & ventris
cauſſa fiant? An ibi Chriſtus habitet, Eſto-
te perſpicaces. &c.

Iehova Pater nos in Chriſto ex veri-
tate progeneravit: ideo non debemus
ſervos mendaciorum agere. Nam quan-
do mendaciis nos ingerimus, excidimus
ex Chriſto, & ſumus cum Diabolo, qui
pater eſt nugarum. Talis quoque eſt An-
tichriſtus & omnes, qui ab eo dependẽt,
aut ei ſerviunt. Longè melius eſt, abeſſe
hinc longius, & Chriſtum in corde radi-
catum fovere, quàm in officio Antichri-
ſtiano nugas audire &c. Quiſque jam
putat, quod exſtirparit Antichriſtum, &
quod jam inde in certamine vivatur
quiſque eum occidere cupit. Verum ô
cœca ſimplicitas, non ita occidis eum,
ſaltem

ſaltem ex eo exeas, & ingredere tẽplum Chriſti, & relinque Antichriſtum tuum ante fores; tunc ipſe concidet mox, & pudore abominationum ac fornicationis ſuæ confundetur ſibi. Non adores eum, nec flectas genua. Iehovam invoca, & aperi ſaltem oculos: Totus mundus eſt Dei plenus. Externa ſaltem hæc vita curam ſuam exigit: at in interna ipſe Deus habitat. Externa vita quidem etiam Dei eſt; ſed abyſſus in ea latet, nẽpe centrum naturæ, in qua ardens ſtrenua vita eſt, cujus cauſſa hæc monitio facta eſt. Vale, Hactenus ille.

Votum Davidis.

DEteſtor omnes moribus Ethnicis,
Qui Chriſtianum ſe vocitant gregem,
Tantoque dediſcenda ſemper
In ſtudio habere hinc laborant.
Ihova, cuncti quæſumus unicè
Noſtri laboris ſit miſeratio
Perpes tibi, nec derelinquas
Chriſtiadum miſeram cohortem.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60

s:8:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 60